appetens: neqꝫ cupidus in diui-
tijs ⁊c. Patet etiā scđm quod dixi-
mus per Damascenū in suis apho
rismis dicentem. Gloriosorum su-
perbiam et naturale multiloquiū
si sapias cōtemnas: nec te egrum
iterrogare per omnia pudeat: nec
esse debet sine prudentia: interitū
vllo modo significans patiēti: im-
mo sibi cauere debet ne verbū ali-
quod proferat suspectum et inad-
uertenter et si mori iā patiētem in
tueretur: quinimmo poti⁹ semper
ipsum confortet:cū iubeat Rasis
in.vi.suorū aphorismorū hoc maxi-
me debere obseruari dicēs.Docto-
res medicine egros debent conso-
lari etiam si signa mortis perpen-
dant.qđ similiter voluit Dasmasce
nus cū ait.Oportet te infirmo salu
tem promittere semper: nec illum
vnqꝫ a spe deponere et si ipse de-
speres:neqꝫ sit medicus hanelitus
vel sudoris fetidi:vt patet manife-
ste totum similiter corpus sanū ha
beat:et forte vt continuo studio ac
infirmorum sollicitudini possit in
cūbere:et sepius eos visitare:⁊ per
maxime acute laborantes dicente
Rasi in.x.Almansoris.c.j.Febrici-
tantes acute necesse est vt medicus
sepe videat:et propterea medici cō
plexio: vt idē dixit in aphorismis:
debet esse temperata.s.sana et for-
tis et nō imbecillis ⁊c.Debet pre-
terea medicus mediocris esse ha-
bitudinis et stature:neqꝫ sit valde
pulcher et decor⁹:neqꝫ cōptus vt fe
mina:neqꝫ turpis aut đformis adeo
vt ab hoib⁹ aspernatur:neqꝫ gygā
tes aut homūculus:sed medius vt
noster dixit padubanēsis.qđ sensit
etiā Damascen⁹ i suis aphorismis
dicēs.Medic⁹ mediocris qualita-
tis dz eē:vt nō nimis mūd⁹.i.orna
tus ⁊ cōptus admiretur: neqꝫ ex to
to aspernatur:et ꝙ ita glosandum
sit verbū illud mund⁹ apparet ex
his q̄ dixit Rasis in li.xxv.cōtinē-
tis.c.ix.cū ait.dz esse medic⁹ mun-
dus in corpe:facie:capillis:et alijs
mēbris ei⁹:et indumēta ipsius de-
bent esse mūda:hoc em̄ conueniens
est:sicut superfluus ornat⁹ vitupe-
rat.iuxta illud.Sint pcul a nobis
iuuenes vt femina compti. Debet
etiā bn̄ vestitus et satis ditat⁹ esse
medic⁹:⁊ nō indigere adminiculā-
tibus bonis fortune:sine quib⁹ nō
cōtingit esse felicem . Et si pauper
sit et studiosus: a potentib⁹ dz ad-
iuuari ne idigētie causa nephādū
aliquod coactus sit perpetrare ⁊c.

¶Capitulū duodecimū docet
eligere medicū ex vita eius: et
complet sermonem de medicis
et eorum electione.

Hoc capitulū erit tanqꝫ
superiorū breuis epilo-
gus:vtilis equidē ⁊ sen
tētia plen⁹ cū acceperis
ipsum ex.iiij.Almāso.c.
vltimo dicētis.valde cōsiderari dz
in quib⁹ vitā suā expedit medic⁹:⁊
in qbus illud qđ de suo preterijt tē
pore exercuit:atqꝫ de qb⁹ stādo sol⁹
cogitat. Si em̄ sue vite spaciū me-
dicorū ac philosophorū libros pscru
tādo preterijt:eiusqꝫ studiū est quā
do sol⁹ stat:eos diligenter intueri:
bona de eo haberi pōt suspitio et
psequitur.Si aūt vite sue spaciū in
alijs q̄ i hijs quorū fecim⁹ mētionē
pterijt: ac sol⁹ stādo i cātilenis et
in instrumētis musicis,delectatur:
inebriari

inebriari quoq atq his similia cõ cupiscit: nõ nisi de eo mala põt ha beri suspitio. Postq aũt scitũ fue rit q ipse frequenter libros intuea tur: cõsiderãdũ erit qualis sit eius astutia atq ingeniũ: et an cũ loqua cibus et oppositorib' sit cõuersat': et si in eo sit potẽtia perscrutandi et medicãdi: vel non. Et postq eum libros legere atq intelligere notũ fuerit: perquirẽdũ erit an infirmo rum cura laborauerit: et eis medica tus fuerit: atq si hoc in ciuitatib' famosis vbi medici ac infirmi mul ti sunt egerit diligẽter erit perscru tandũ: an non. Qui autez hec duo habere inuent' fuerit: sapiens erit et aliis pferri dz: qd si contingat ali cui vnũ istorũ deesse: cõuenienti' est vt operãdi magisteriuz ei desit: ita tñ q non penitus eius expers existat etc. Et post aliqua subiunxit Si quis aut huius doctrine nomẽ sit adeptus qui literas non nouit: vel si literas nouit verba nõ intelli git: nec etiã cũ sapientibus mora tus fuerit: non est cõfidendũ in eo: neq sue sapientie credendũ: immo sciendum est eũ nullo modo posse proficere: impossibile est enim vnũ hominẽ etiã si longo tẽpore viuat huius doctrine per se maximã con sequi partẽ nisi secundũ preceden tium incesserit regulã. Huius eñ doctrine quantitas vite hominis mensuram excedit plurimum. Et post pauca etiã subdit. Qui autem de hac doctrina vsq nunc aliquid sunt cõsecuti: nõ pauci fuerũt: nec in breui hoc consecuti sunt: sed fue rũt mille: et in mille annis hoc ade pti sunt. Quorũ libros si q frequen ter perscrutatus fuerit in breui om nes videre videbit ac si illis mille annis vixisset: et illorũ laborẽ mille annis ptulisset hec ipse. Ex quib' colligi põt q studiosus et lector as siduus debet medicus esse: practi cus etiam et reb' secularibus mini me deditus: queadmodũ et nos in superiorib' declarauim'. ego autẽ pcor hunc meũ librũ legẽtes: si de hac materia longũ ac tediosum fe ci sermonẽ plusq forsitam decens erat: veniã mihi tribuãt: rẽ eñ exi stimaui pmaxime neccessariã posse scire virũ talẽ inuenire in manib' cuius vita rebus omnibus carior preciosiorq confidenter et absq pe riculo reponatur.

¶ Capitulũ decimũtertiũ osten dit q medicus electus debeat cõplexionẽ sui domini natura lẽ cognoscere et quomodo.

Postq igitur medicus ele ctus fuerit vt supra dixi mus: debet primitus cõ plexionẽ dñi sui natura lẽ cõsiderare et ipsam op time intelligere: tñ qz ipam conser uet si sana sit: vel in meli' reducat si valde a tẽperamẽto lapsa fuerit: tũ qz sciat egritudines curare: si in aliqs dñs inciderit. Qd minime fa cere posset nisi naturã et naturalez cõplexionez sui dñi cognouerit: vt voluit Gal. in introductorio medi corũ cũ ait: neq in sanitate custodi re neq in egrotantibus causiolo gizare: neq significare: neq curare recte poterit vtiq quis: qui nõ per scrutatus fuerit ex qb' elementis cõsistat hõ: et qliter euersis his que a principio natura fiunt. Et in. iii. de ingenio sanitatis. capi. quarto sic dixit Curatiões fieri nõ possũt nisi cũ scientia cõplexionũ corporũ medicandorũ. aliter enim non pos sumus ad complementũ artis per uenire. et in. c. ix. eiusdẽ inquit. pri mitus quod oportet cõsiderari ab essentia morbi sumendum est. hoc autem fieri non potest nisi primo

complexio totius corporis infirmi cognoscatur. Cui⁹ causam ꝛ rationē innuit in tertio terapentice.ca. xij. dicēs. Naturā noscere oportet ei⁹ quod curatur corporis vt q̄tū amota eius egritudo a cōmoderatione scientes imponam⁹ ei qualitatē illā infrigidet mensurā palam est ergo naturā infirmi necessario esse inuestigādā: vt idem ait in septimo eiusdē.cap. Cōcludamus ergo cū eodē in secūdo de accidēti ꝛ morbo.cap. tertio dicēte. Necesse est vt studeas in sciendis naturis corporū ꝛ eorū cōplexionem in quibus dispositio efficit. Et nō oportet esse de numero illorū de quib⁹ facit mētionē in tertio terapētice.cap.penul. dicēs. Nōnulli neq̧ querūt neq̧ cognoscūt cōplexione infirmorū ꝛ scd̄m puerbiū vna forma calcei oēs calceant. Debet igitur medicus complexionem sui dñi totis virib⁹ idagare qm̄ nō facile cognoscitur: vt Gal. ostēdit in decimosecundo.ca. libri preallegati dicēs. Dignoscere decet cōplexiones corporum. est aūt valde difficile hoc tale et alibi per multas ꝛ difficiles cognitiōes vniuscuiusq̧ particularū cōplexio inuenitur ꝛ coniecturatiue magis q̄ disciplinatiue. Ex quo modum inueniendi cōplexionē nobis ostēdit: scilicet vt prius complexiones particularū corporis notem⁹, ꝛ precipue principaliū sicut etiā docuit Auer. in quarto colliget cap. primo dicens. Cognitis mēbrorū principaliū cōplexionibus poterim⁹ iudicare super cōplexionē totius. Debet igitur medicus inuestigare primo cōplexionem cordis quod nobilissimum est membrorū: vt dixit Cōmentator in secūdo celi.cōmento. lxxiiij. Ipsum em̄ ē princeps primus ꝛ sequit ipsum in principatu cerebrū: deinde epar: postea vero testiculi: vt etiā Hali refert in secūdo tegni.cōmento.xcj. Considerās ergo si dñs sit impiger ad actiōes: si audax: si irascibilis: si pilosus: si habeat pectus amplum carnosum et hmōi. et tunc arguat cordis caliditatem maiorē ꝛ minorem scd̄m signorum intensionem vel remissionem. Si vero his contraria percipiet sup frigiditatē sui cordis iudicabit: ꝛ per alia hmōi signa posita a Gal. in secūdo tegni. textu cōmēti. lxiij. ꝛ a Rasi. in secundo Almansoris capitulo decimo. ꝛ ab Auicē. in secundo primi. necnon ab Auerroi in quarto colliget. Consideret preterea cerebrū qd̄ domus est rationalis anime: vt dixit Galienus in. j. de regimine sanitatis. ꝛ notet ingeniū et memoriā: mobilitatem mentis: faciei colorem: capillos rubeos vel nigros: ꝛ eorū crementū ꝛ crispitudinē vel planiciē: ꝛ consideret etiā si ex odorib⁹ ꝛ calefacientibus ledatur: ꝛ videat si orta a cerebro sint grossa ampla: caputq̧ bene formatū: poterit ex his iudicare super caliditatē cerebri: et per contraria sup frigiditatē. Cōsimili modo per magnitudinē venarū ꝛ earū amplitudinem ꝛ longitudinē digitorū ꝛ citrinitatē ꝛ ardorē exeūtiū et nocumentum cōsequēs ex reb⁹ calidis ꝛ per operationes et talia huiusmodi signa posita a Galieno in secundo tegni. textu commenti, lxxviij. ꝛ scd̄o Almansoris capitulo secūdo. poterit iudicare sup caliditatē epatis: ꝛ per opposita sup frigiditatem. Et cōsimiliter p proportionalia signa cōprehēdere disposi tiones renum ꝛ testiū: debet quoq̧ cōplexionē stomachi intelligere: q̄ licet nō sit mēbrū principale: est tū principalib⁹ deseruiens: ꝛ primus membrorū cocus per appetitum: sitim: digestionem: eructuationē, lin

gue colo: em: saporem oris: vomitū ꝛ per nocumentū vel iuuamentū3 ab extrinsecis illatū facile intelliget an calidus vel frigidus humidus vel siccus stomach⁹ extiterit. Sic igitur oibus cōsideratis: computū faciat: quid ex tali summa resultet ꝛ sciet que sit totius corporis habitudo ꝛ complexio: cū toti⁹ habitudines assimilētur cordi ꝛ epati ꝛ ceteris: vt Galien⁹ inquit in secundo tegni. textu commenti. xcū. Uñ si principalia mēbra calida fuerint ꝛ humida corpus inde resultabit sanguineū: si vero calida ꝛ sicca colericū: ꝛ sic de alijs suo mō vt bñ exptus ꝛ studiosus medicus intelligit quē nō vt edoceam hec scripsi sed vt dominus eius cognoscat eū recto calle procedere: cum ordinem quem scribimus obseruauerit.

¶ Capitulum decimumquartū ostendit q medic⁹ debet cognoscere ꝛ intelligere cōsuetudinē et vitam domini sui ꝛ demū qd ipse agere debeat.

NEcessaria est medico rerum naturalium cognitio vt preter naturalia possit facile cum oporteat remouere: vt sensit Gal. in secūdo de ingenio sanitas. capi. quarto dicens. Si naturalia non agnoueris eorū que sūt extra naturam noticiā nullatenus habebis. Est quoq3 necessaria vt naturale sit custodiendū ꝛ confirmandū3 qd aūt est extra naturā expellendū vt idē inquid in tertio lib. eiusdē3. Considerata ergo cōplexione ꝛ corporis cōpositione: cōsequenter erit itelligēda ꝯsuetudo cū altera sit natura: vt Cōmentator ait in primo phisycorū3 cōmento. lxxj. ꝛ Aristo. in libello de memoria: ꝛ in plerisq3 alijs locis. Qd etiam voluit Gal. in tertio de ingenio sanitatis. capi. septimo dicens. Antiqui studuerūt in scienda consuetudine quia per eam sciebant proprietatem nature infirmorum. ꝛ in tertio terapentice cap. penul. ait. Non paruā quādā ꝛ ignobilem intentionē in auxiliorum inuentione existimamus esse cōsuetudinē. in lib. quoq3 de assuetudinibus iterum de ea sic scripsit. Oportet multā cōsiderationem facere de assuetudine ꝛ dissuetudine debentē scdm modū mederi. ꝛ si nō debet in multis eorꝫ que scdm medicinā claudicare: ꝛ subdit. hec quidem gloriosissimi medicorū Erasi. ꝛ Hippo. dixerunt de virtute assuetudinū nō rōni inuentionē eorum attribuētes: s3 ex aperte apparentibus docti. quēadmodū3 quippe et alios hoies qcūq3 nō sicut sues vel asini viuūt s3 assequunt a quibus iuuantur ꝛ nocentur: licet audire quotidie dicentes assuetos esse circa hūc cibū ꝛ hūc potū: ꝛ ꝑpter hoc nō est posse relinquere eos: etenim nocent. scdm trāsit⁹ ꝛc. hec ipse. ꝛ ꝑpterea dixit Rasis in libro. vj. suorꝫ aphorismorꝫ. Decet magistrū egri cōsuetudinē cogscere i sanitate: vt cū res ipsi placētes in sanitate cognouerit ei ꝑmittat cū ab egritudine erept⁹ fuerit. Intelligat igitur medic⁹ qꝫtū dñs eius exercitare se cōsueuerit quoue exercitiū gñe quibus vti cibarijs qꝫtūq3 comedere: qꝫtūq3 dormire ꝛ vigilare ꝯsueuerit. Quib⁹ rebus delectetur: qbus iuuet: ꝛ a qb⁹ ledi solitus sit: ꝛ q̄ sint illa bene perpendat ꝛ silia inuestiget. Interroget etiā si nocumentū aut lesionē in oculis: dētib⁹: stomacho: splene: renib⁹: vesica: vl i aliq̄ alio mēbrorꝫ suorꝫ sentiat in ꝑtia rū vl alias i eis passus sit. si q3 egrotare sit ꝯsuetus et in quo tpe anni quibusq3 remedas sanari exami-

net. Intelligat quoq₃ si quolibet anno flobotomari vel aliquo mō purgari sit cōsuetus: similiter ₇ de oibꝰ talibus: cumq₃ hec oia bene notauerit debet cōsiderare denuo si cōplexio sua talis: aut alicuius mēbrorū valde lapsa fuerit a temperamento vt si stomachū male dispositū vel renes ₇ hmōi inuenerit ante omnia si tēpus anni ₇ cetera cōsentiant purget si opus fuerit ₇ cōfortet: postq₃ malā illam dispositionem pro posse suo remouerit ₇ postea preseruet ipsum ne iterum recidiuet. si autem corpus totum omnēq₃ partē eius sanā inuenerit a temperamēto tñ lapsaz notabiliter: ₇ de eius reductione spē habeat reducere debet in instantū cōtinens contēperātias minuēdo in q̄ntum eucrasia corrupta fuerit ꝓm q̄ docuit Galienus in tertio tegni textu cōmēti. xxviij. ₇ textu cōmenti. l. vbi sic inquit. Si velis permutare corpus puta calidum ₇ siccuz non sunt administrande calide et sicce diete: sed que tantū eucrata crasi frigidiores ₇ humidiores quātū natura eius erat calidior ₇ siccior: ₇ sic de aliis suo modo. Si ꝟo corpus scđm se totū sanū ₇ robustū satisq₃ bene cōplexionatum et compositionatum inuenerit: sit medici studiū conseruare ipsum ꝑut reperit offerendo sibi similia iuxta illud Gal. in tertio tegni dicentis. Oportet vt offeras similia similibus qñ seruare vis corporis crasim qualē accepit. Et sic ei oia ꝓportiōnabilia ₇ ꝯseruātia administrabit: ꝯtria queq₃ ꝓhibebit q̄ si ꝑut virū sapientē dz gubernare ₇ ꝯseruare ipm sciuerit ₇ dñs obediens fuerit ꝑculdubio vitā dñi sui per multos annos sine aliquo nocumēto nedū absq₃ aliqua infirmitate prolongabit.

¶ Capitulū. xv. demonstrat q̄ regimē sanitatis sit vnicuiq₃ hominum quantūuis sanissimo necessarium.

Quam plures equidez: vt pleriq₃ faciūt quotidie dicēt. Si sanus sum totꝰ ac bñ cōplexionatꝰ atq₃ fortis q̄d opus est medico cōseruāte nonne ipsa natura se sola sufficiens est cōseruare? De quorum secta fuit ille veronensis plinius q̄ medicos animarū negotiatores ausus est appellare. Quibus dico q̄ errant profecto si regimen cōseruatiuū sue fortitudinis ac roboris a medico dirigendū neglexerint: propterea q̄ talis gubernatio est vite vniuscuiusq₃ necessaria cuz corpus nostrum quantūuis sanissimū facile irregulatū cadat in egritudinē: vt ipsa docet experientia. Quod tñ nō esset nisi corpꝰ mutabile foret dicēte Gal. in lib. de ꝯstitutione artis medicatiue. c. x. Non eñ indigeret corpꝰ arte ꝓcurāte custodito in eo. i. habitu: sed hoc ipm est cā in indigendo ꝓcuratiua arte sc₃: qm̄ diaforat: ₇ nō ꝑmanet tale quale erat ante: quod etiam voluit in tertio tegni cū ait. Quod si impassibile esset ₇ immutabile corpꝰ ₇ semꝑ maneret in optima compositione. tunc nihil indigeret arte cōstituente ipsum: qm̄ vero immutat ₇ corrumpitur et conuertitur nō seruans quā habebat a principio cōsistentiam procuratione scđm hoc indiget: propter hoc igit quot modis alteratur corpus totidem ₇ genera procurationis habebit: hoc est conseruantiū causarū. Et post pauca subiunxit alteratur corpus a quibusdā ex necessitate: a q̄busdā vero nō ex necessitate: dico aūt ex necessitate q̄dē q̄bus impossibi

le est ipm nõ approximare: namq̃ semper incontinenti immorari et comedere: ꝛ bibere: ꝛ vigilare: necessarium est ei: gladijs vero ꝛ bestijs: non necessariũ est vti: vnde in priori quidẽ genere causarũ circa corpus ars cõficit: circa vero scdm nequaq̃. Et postea enumerãs has causas dixi eas sex esse: scilicet aer: motus: quies: cibus ꝛ potus somnus ꝛ vigilia inanitio ꝛ repletio: ꝛ accidentia anime quorũ singulũ si indigenti corpori adducat: ꝛ in cõpetenti quantitate ꝛ qualitate salubre sit: nihil vo indigẽti oĩno oblatum: aut nõ incõpetenti mensura ꝛ quantitate egrũ constituitur. hec Gal. ad literã. Que fuit etiam sententia Aristotelis in. xix. pblematum. problemate. xxxviij. dicentis. Laborãtes ꝛ bibentes ꝛ comedentes ordinate saluamus. ꝛ augem⁹ naturã ꝛ virtutem: inordinate aũt rumpimus ꝛ stupefacimus ipsam. Que autem sit hmõi ordinatio nõ est possibile scire nisi a peritissimo in hac arte: ꝛ propterea est necesse vt medicus sapiens qualis est. quẽ supradiximus p tali regimine necessario habeatur: ꝛ cõtinue ex suo sapienti cõsilio gubernetur. Et ipe diriget oĩa quecũq̃ scripta sunt in hoc libro: ꝛ appropriabit ea cõplexioni: etati. cõsuetudini: regioni: et ceteris talib⁹ dñi sui in debita ꝛ sibi pportionata q̃titate: ꝛ qualitate: q vero ppter impotẽtiã medicũ cõtinue in domo sua nõ poterit habere hũc saltẽ librũ sibi emat i quo regimẽ omne traditur sanitatis ꝛ ipsum legat persepe ꝛ obseruet q̃cunq̃ legerit tanq̃ maxime in sui salutem necessaria prout illustres antiquorũ scripserũt: quorũ sñias ꝛ verba in ppria forma apposui vt q̃ lectores mee iuuenili nõ crederẽt etati dictis sapientũ allegatis fidẽ adhiberẽt. Scribã igit primo de aere ꝛ de ei⁹ annexis: deinde de exercitio: postea de cibis ꝛ potib⁹ ꝛ sic de alijs successiue scdz q̃ supra dictũ est de mẽte Gal. vt vnusquisq̃ intelligat quot ꝛ quanta sint in eis obseruanda in sue sanitatis custodia. Cũ quib⁹ si se recte gubernauerit proculdubio nunq̃ medicinis indigebit: sanusq̃ p suas discurret etates vsq̃ ad suũ vite terminũ quẽ preterire nõ poterit. iuxta illud. Constituisti terminos ei⁹ ꝛc. Quod ei cõcedat omnipotẽs ac sublimis oĩm rerũ creator trinus ꝛ vnus. Amen.

¶ Capitulum decimumsextum ostẽdit q̃ aeris dispositiones cõsiderande sint ratione multorũ ex eis prouenientium nocumentorum.

Volens medicus sanitatem sui dñi cõseruare dz postq̃ ea que supra diximus examinauerit considerare aeris illius regionis dispositionẽ ꝛ qualitatẽ: et quecũq̃ alia sibi pertinentia. iuxta sñiam Haliabatis i quinto Theorice. c. ij. dicentis. Necessario inheret medico aeris agnoscere habitudines singulis temporibus et singulis locis causas etiã quibus immutatur. Quod etiam sensit Hippocrates in libro de aere et aqua dicens. Si quis ad medicine statũ accedere curat: necesse est prius vt anni tempora ꝛ que in eis generantur attente requirat ꝛ idẽ in libro de lege ait. Congruit enim si q̃s dz medicinalẽ sciẽtiã vere doceri participẽ esse nature discipline doctrine loci: aptitudinis laboris ꝛ temporis. Et ppterea Gal. in libro de sectis inquit. Rationabilis medic⁹ dz scire naturas hominũ: aquarũ

locorũ ꝛc. Auicē. quoq; l.ij.j. sic ait. Medicus debet scire tēporũ diuersitatē q̃ in vnoquoq; climate cõmoueri solet ꝑ naturã eñ tēporũ anni stat sanitas plusq̃ ꝑ alias causas. teste Auerroy in.ij. colliget.c. vltimo. Et propterea de his oibus dicendũ est. De aere igitur in primis inchoãtes dicemus ꝙ duplex existit: purus.s.ꝛ impurus. Purus eñ ꝙ est elementũ est corpus simplex cui⁹ naturalis locus est vt sit supra aquã ꝛ sub igne: cuius natura calida est ꝛ humida ꝛc. vt Auic. inquit in prima primi. ꝛ hũc aerez non habemus. Alter vero impur⁹ aer existit: ꝛ est hic quē inspiramus ꝛ respiramus. de quo Princeps ait in.ij.j. doc.ij.c.ix. Aer q̃ nos circundat non est purus: sed est corpus ĩ sua substãtia cõmixtum ex aere, certo ꝛ partibus aqueis vaporosis: et partibus terreis in fumo ꝛ nubib⁹ surgētibus ꝛ partibus igneis etiã ꝛ huius aeris dispositiones dꝫ medicus cõsiderare. vt voluit Hippocrates loco superius allegato dicens, Cum medicus tēperantiam aeris tēporumq; discordiã prenotauerit: scientia sua semꝑ erit vtilis ad sanitatis ingenium: in curãdis quoq; egritudinibus confert dicēte Gal. in tertio libro de ingenio sanitatis.c.viij. in morborũ curatione inquirendũ est aeris cõplexiones eo ꝙ afficiunt corpus, sicut medicina: imo etiã plus cũ nobis continue adhereat: nec eius alterationē fugere possimus. vt idē inqt in tertio Terapētice.c.v. cum ait. Alias quidem materias ꝛ eligere ꝛ fugere possumus: an autem materiam q̃ ex continente nos nõ possibile est fugere sed necessariuꝫ est vti ea que est presens qui licet frigidus sit in cõplexione cõparatione spiritus innati: vt dixit Auicen. in.ij.j. doc.ij.c.ij. Cuꝫ ꝓhibeat spm̃ ne ad igneitatem conuertatur: ex qua ad maliciã perueniat existens elementum nostrorũ corporũ ꝛ spirituum: ꝛ emanatio nostris adueniēs spiritibus: ꝛ causa meliorationis eorũ vt tēperans: vt idem dixit vbi supra. Tamen eius frigiditas non peruenit apud nos in terris habitatis tanta quin aliquo modo resoluat: imo in oibus resoluit dispositionibus ꝓpter illud quod in eo existit de virtute solis ꝛ stellarũ vt idem refert loco allegato. Quod etiam voluit Gal. in quarto de accidēti ꝛ morbo.c.vij. cũ inquit. Aer q̃ vicinus est cuti dissoluit membra sub cuti existentia ita ꝙ inaniunt. Sua igitur caliditati natu rali et quandoq; accidentali aer nos resoluit cum calidus sit: vt ꝓbat Cõciliator in sua decimaquarta differentia. Et plus nocet q̃ꝫ cibi ꝛ potus: vt idem ostendit rationibus ꝛ auctoritatibus in differētia.cxiiij. Et propter hãc causam debet medicus in cõseruatiõe sanitatis suas optime qualitates considerare: et nocentes eius dispositiones vt corrigere ꝛ rectificare possit que incõuenietes sunt ꝛ bonas eligere.

¶ Capitulum decimumseptimum docet cognoscere qui aer bonus sit eligendus: ꝛ q̃ malus existat fugiendus.

NOn est dubium supradictorũ ratione ꝙ qui suaꝫ vult cõseruare sanitatem vt in bono aere viuere, debeat. Quis vero bonus ꝛ quis malus sit in hoc capitulo dicendum est vt vnusquisq; bonum ac laudabilē a non bono possit distinguere. Incipiamus igitur cum Principe nostro Auicē. in.ij.j. dicēte. Aer q̃dē dũ est temperatus ꝛ cla

rus: neqꝫ substantia extranea com plexioni spūs contraria ei admisce tur. est sanitatem efficiens: ipsam conseruans: cū vero est econtrario contrarium operatur. ⁊ infra subiunxit. Aer bone substantie est ille cui non admiscetur ex vaporibus: neqꝫ ex fumis res extranea: ⁊ q̄ discoopertus est celo: neqꝫ constrict⁹ in parietibus siue muris qui permanet clarus longinquus a loco in quo oriūtur caules ⁊ eruca: aut nuces: aut ficus: ⁊ ab oleribus putridis: ventis bonis insufflagantibus discoopertus. Cui cōcordat Haliabas in quinto Theorice. c. x. dicēs. Aeris complexionis immutatio ꝓpter vapores hmōi est: si em̄ habitatio sit in loco in quo stagna ⁊ paludes sint oleraqꝫ et arbores putride: sessioqꝫ in speluncis aut domibus plurime humiditatis ⁊ muscidis aliisqꝫ talibus que aerē alterant ⁊ corrūpunt eius loci populus multorū est morborū putridarūqꝫ febriū q̄ multe in eis emergunt: colores eorū in croceū mutātur: nec cibos digerunt bene. ⁊ vires habēt paucas ⁊ debiles ⁊ mēbra eorum eneruata. Quod etiam sensit Galienus in primo de regimine sanitatis cū inquit. Bonus aer est qui certissime est purus. est aūt talis qui neqꝫ stagnorum: neqꝫ paludum euaporatione turbatur. Aer itaqꝫ bonus vt Princeps voluit vbi supra: est ille q̄ non est retētus in terra profunda: qui cito calefit cū sol oritur: ⁊ cito infrigidat cum occidit: neqꝫ est strictus inter parietes qui parum est ꝙ fuerunt constructi ⁊ nondum integra ad ꝑfectā siccitatē deuenerunt: neqꝫ suffocat guttur cum attrahit. Aer vero malus erit qui opposita iam dictis: cōditiones habuerit: vt qui distēperat⁹ fuerit valde in qualitatibus suis. Nā calidus aer dissoluit et laxat: si caliditas eius multa fuerit: ⁊ colorē efficit citrinū ⁊ resoluit qđ de sanguine ad exteriora trahit: ipse quoqꝫ multū efficit sudorē ⁊ minuit vrinā ⁊ digestionē debilitat ⁊ sitim facit. Et in. ix. c. doct. ij. sic ait de eo. Calefacit iuncturas ⁊ laxat: ⁊ humores resoluit: ⁊ spm̄ deiicit ⁊ virtutes: ⁊ ꝓhibet digestionē: ꝓpterea ꝙ calorē innatū occultū resoluit: qđ instrumētū aīe existit ⁊ nature. Aer quoqꝫ distēperatus infrigiditate multū nocet debilibus imbecillē eorū calorē cōgelando. porosqꝫ cōstipando multis infert nocumentū dicente Auicē. vbi supra ꝙ hmōi est mortificans ⁊ multū cōtinet materias ⁊ facit catarrū: ⁊ debilitat neruos: ⁊ tracheā arteriā magno impedit nocumēto. Aer etiā humidus cutim lenit ⁊ corpus humectat: siccus vero denigrat cutē ⁊ eam exiccat. Sic igit aer quilibet distemperatus aliquo modo nocet vt Princeps dixit loco allegato. Similiter aer turbatus tristificat animā ⁊ cōmiscet humores. vt idem refert in eo loco. Quod sensit Galienus in primo de febribus ad glauconem. c. j. dicens. Lucidus nimis ⁊ calidus locus relaxat corpus. Frigidus autem ⁊ obscurus cōstringit: mediocriter autē ex his temperat⁹ mulcet: oblectat: et temperat. Et ideo concludendū est cum eodem in primo de regimine sanitatis dicēte. Malus aer est qui ex putrefactione animalium: vel olerum: vel leguminū: vel stercorē inquinatur: ⁊ q̄ nebulosus est ꝓpter fumū vel stagnū vicinū. Debet ergo aer boni odoris esse: ⁊ propterea aer propinquus flumini in quo linum ⁊ huiusmodi macerantur est illaudabilis eo ꝙ turbidus humidus: ⁊ fetidus: ⁊ ꝓpterea fit

causa malarũ febrinz ⁊ pestilentie quandoqꝫ. vt Auicen. voluit in prima quarti. tractatu. iiij. Expressiꝰ aũt id in. ij. tractatu eiusdẽ quarti sensisse vr̃ cũ inquit Qđ putredo fit qñqꝫ ꝑpter dispositiones extrinsecas ex aeribꝰ malis: sicut est aer pestilentie ⁊ aer lacunaꝝ ⁊ locoꝝ infusorũ in quibus madefiũt res: vt linum ⁊ aspaltum: fugiatur itaqꝫ talis aer omnino: ⁊ ille eligatur q̃ oibus melior existit q̃ est clarus: et est subtilis in quo neqꝫ multi existũt vaporos: neqꝫ quietus: neqꝫ ꝑsocatus inuenitur: sed venti boni venientes ad ipsum cõmouẽt eum atqꝫ attrahitur delicatus sentitur qui velociter post solis occasum in frigidatꝛ vt Rasis inquit in almansoris. iij. capitulo vigesimo quinto.

¶ Capitulum decimũoctauum ostendit locũ: sitũ ⁊ conditiões eligende habitationis pro sanitatis conseruatione.

Postq̃ igitur bonum aerem a malo sciuerimus secernere vt supra dictum est debet vnusquisqꝫ suam volens conseruare sanitatem bonũ aerẽ eligere malumqꝫ euitare: atqꝫ in bono aere suã reperire habitationẽ. Que ꝑ posset has habeat conditiones vt sit remota ab oleribus malis ⁊ a locis putridis vt pretactũ est: aliter eñ in bono aere nõ existeret. Deinde oportet vt sit in loco ciuitatis sane altiori: qm̃ loca habitabilia alta producunt hoies sanos ⁊ fortes: laboꝛes multum patiẽtes ⁊ diu viuentes, queãdmodum per oppositũ in locis habitabilibus ꝓfundis morãtes it vaporositate existunt multa ⁊ epatis habent debilitatẽ: vt dixit Auicen. in. ij. j. doc. ij. c. x. Multo qꝫ diffusius Haliabas in quinto theorice. c. nono cum ait. dico ꝙ regiones alte ⁊ elate et loci similiter eorũ aer est clarus ⁊ frigide cõplexionis. Uẽtus enim borealis illas ab altis ꝑflat locis. Et ideo populus inhabitãs est decẽs facie: ⁊ coloris fortis: sanus paucoꝝ morborum: corporaqꝫ eorũ hoim magna: aerẽ enim respirant clarũ qui ab altis venit locis: vnde viri sũt amicitie ⁊ mansuetudinis ⁊c. Econtra aũt se habẽt qui in profundis ihabitent locis vt idẽ diligenter scripsit ibidẽ. Quorũ oia causa quidez ⁊ ratio est qm̃ loca alta sunt euẽtabilia ꝓfunda autez minime. Habitantes autẽ euentabiles regiones ⁊ loca tarde senescunt. in palludestribꝰ vero velociter: vt placuit magno philosophorũ Aristoteli. in decimo quarto problematũ: ꝓblemate septimo. Cũ quo cõcordare videtur Rasis i primo libro suoꝝ aphorismorũ dicens. Nõ euadit homo qui mari vicinus existit ⁊ lacunis vt prolongetꝛ in etate nec a debilitate mẽbrorũz nec ab amissione luminis ⁊c. Sit itaqꝫ locus habitationis altior q̃ esse possit. Sed si quis obijceret. hoc verũ esse nõ videtur: ꝑpterea ꝙ quanto locus altior erit tanto calidior cũ soli magis ꝓpinquus ⁊ ignis elemento existat. In locis autẽ calidis habitantes digestiuam habẽt debilitatẽ: ⁊ cũ in eis magna sit resolutio minuitꝛ eorum humiditas ⁊ cito i pũs aduenit senium: sicut habitantibus in terra nigrorum accidit: quibus aduenit seniũ annis triginta et eoꝝ corda sunt timida ꝑpterea ꝙ multũ spiritus resoluitꝛ vt inquit Auicẽ. vbi supra. non igitꝛ loca alta cõuenire vr̃. Quibus respondeo ꝙ totũ ex altitudine loci oppositũ contingit nec est sicut dictum est: cũ plus faciat

ad refrigeriū altitudo q̄ profundi tas ratione distantie reflexorū so lis radiorū ꝛ ratione vētorum ibi magis q̄ in humili loco spirantiū. Et q̄ ita sit patet per Auicē. in.ca. octauo. Fen alligate dicentē. Loc⁹ qui est profundus est calidior et lo cus altus semꝑ est frigidior. Quod etiā docet experientia cū media re gio aeris sit frigidior causans in estate q̄ calidissima grandines et huiusmodi. Locus igit̄ altus erit frigidus magis q̄ profundus. Et propterea magis faciens ad sa= nitatē cū dicat Princeps loco supe rius allegato. Q̄d in locis habita= bilibus frigidis morantes sūt for= tiores ꝛ audacie maioris ꝛ melius digerentes ꝛc. Debet etiā habita= tio: siue domus in tali loco fabrica ta has etiā duas habere conditio= nes: quarū prima est vt naturaliter per montē aliquē aut per aliā hui⁹ terre eleuationē: aut artificialiter ꝑ parietes ꝛ talia sit v̄sus meridiē ꝛ occidentē cooꝑta discooperta vero suas habēs fenestras versus orien tē septentrionē. Cui si vicinū fuerit flumē bone ꝛ laudabilis aque tan to melior fiet iuxta sententiā Auic. vbi supra sed. c. octauo dicētis. Ci= uitates magis temperate ex parte mōtiū sunt q̄ ab oriente discooper= te sunt ꝛ a septētrione: et cooꝑte ab occidēte ꝛ meridie. Q̄d etiā voluit Rasis in tertio Almāsoris capitu= lo vigesimosexto dicēs. Ciuitates meliores sunt ꝛ temperatiores que cū ab oriēte sint discooperte: ab oc cidēte cooperte inueniunt̄. Et idē est iudiciū de domo vna vt patet ꝑ ipsum Auicen. infra in. cap. quinto dicente. Oportet vt fenestre ꝛ porte sint orientales: fitq̄ illud vnde ma gis sollicitari debes vt venti oriē tales stricturas ingredi valeant vt sol ad vnūquēq̄ locū intrare queat qui ibi existit qm̄ ipse est qui aerē rectificat. et subdit. Uicinitas quo q̄ aquarū dulciū mobiliū curren tium mundarū ꝛ que hieme infri gidantur ꝛ estate calefiunt ꝛ diuer se ab eis que occultant̄ scilicet pu teales est res conueniens ꝛ adiuto rium prebēs scȝ habitationi. Et li cet ipse nō expresserit de fenestris versus septentrionē requisitis id tamen intelligendū est per ea que de vētis septentrionalibus ꝛ vtili tatibus eorū dixit: vt infra patebit cum de ventis mentionem facie= mus. Ueruntamen si cōparent̄ lu cem facies orientalis ꝛ facies septē trionalis habitationis ꝓculdubio vtilior ꝛ magis necessaria erit oriē talis: vt etiam sensisse videtur Hip pocrates in libro de aere ꝛ aqua. ca pitulo secundo dicens. Urbs que ortu posita securior est: q̄ que in se ptētrione est: vel in calidi vēti flatu posita: in illa eū calor: ꝛ frig⁹ mino ra ꝛ sicciora. Morbus quoq̄ minor ꝛ lenior necnon ꝛ aqua que secūdū solis est ortu clara ac leuis existit: aer vero ibi nunq̄ grossus habetur et nimirum presentia solis prohi betur ꝛc. Et post pauca dixi. Quod habitantes in tali loco facies ha bent per pulcras: et lenes et colo= res perlucentes splendidos voces claras et acutas ꝛc. Sic igitur ta= lis habitatio orienti exposita ab omnibus opprobatur: causa autē huius et quare nō sit exposita me ridiei vel occidenti in sequenti ca= pitulo declarabitur. Quare ꝛc.

¶ Capitulum. deci mūnonū reddit cau sam eorum que di= cta sunt in superio ri ca. et bonitatem et malitiam vento rum ostendit.

SEd cũ oportet medi
cum studiosuz esse vt
nõ aliq̃d dicat abso-
lute teste Galieno in
vj.aphorismorũ com
mento.xvj.Ideo dice
re nõ sufficit ꝙ ita sit vt supra sed
oportet causam dictorũ in superio
ribus assignare iuxta illud philo-
sophi in.viij.phisicorũ textu cõmẽ
ti.xv.Enũcians aliquid nõ debet
tantummodo asserere ꝙ ita sit sed
causam dicti exprimere inducẽdo
aut demõstrando quã ob rem cau-
sam assignemus iam dictoruz. scz.
Quare habitationes versus meri-
diẽ fabricate fenestras habẽtes il-
li expositas similiter ⁊ que versus
occidẽtẽ nõ approbentur licet ꝙ̃-
plures ⁊ facte sint ⁊ indies a bonis
etiã architectorib⁹ fiant vt forsitã
lucidiores sint tota die ob opposi-
tam eis solis presentiã. Nõ intelli
gunt tamẽ ꝙ cum sol tales habita
tiones supfiue calefiat: reddat eas
insalubres: cũ locus calid⁹ nimis:
nõ pauca vt in precedentibus: di-
ctũ est in corpus humanũ ꝓducat
nocumenta. cũ morantes in eo mẽ
bra habeãt lassa ⁊ debilia ⁊ sensus
graues ⁊ desideria comedẽdi ⁊ bi
bẽdi debilia ⁊ stomachus ⁊ capita
grauia ⁊c. vt in.x.c.dixit Auic. vbi
supra. Et hec est prima reprobatio
nis earũ domorũ ⁊ habitationum
causa. Scõa vero ex parte ventorũ
in eas flantiũ accipitur. Nam ea q̃
meridiei domus est exposita facile
ventũ meridionalẽ recipit q: au-
strinus a medicis nuncupat mal⁹
⁊ morbosus existens domũ ⁊ habi
tantes consimiliter efficit ꝓpterea
q: veniẽtes a locis siccis ⁊ calidis
vt Aristo. inq̃t in.ij. Metheororum.
Transiens sup maria vapores: et
humiditatẽ illaudabilẽ acq̃rit ⁊ ꝓ
pterea vẽti tales grauãt auditũ ca
liginosi existentes caput grauan-
tes pigri dissoluẽtes: ⁊ multa alia
mala facientes: vt dixit Hipocra-
tes in.iij.aphoris.vj. cui concordat
Rasis in.iij.almansoris.ca.xxv. di.
Uentus a polo veniens meridia-
no corpora dissoluit: sensus turbat:
atq3 dolorẽ capitis. ⁊ oculorũ egri-
tudinem facit: epilepsiã quoq3 an
cõsueta tẽpora accelerare facit: fe-
bres itidẽ parit propter suam pu-
tredinem. et concludit. est etiam
plus omnibus ventis egritudinẽ
paratus inferre: a quib⁹ Princeps
in.ij.j. videtur accepisse cũ ait. Uen
tus meridionalis lassat fortitudi-
nẽ: ⁊ aperit poros: ⁊ turbat humo-
res ⁊ egritudinẽ efficit ⁊ debilitat
⁊ facit febres putridas ⁊c. Quod
nõ facit ꝓpter aliud nisi q: scdz plu
rimas ciuitatũ est calidus ⁊ humi
dus: ꝓpterea ꝙ a locis calidis ⁊ su
pra mare venit ideo lassat: dixit idẽ
vbi supra. sed. in. c. viij. Et ꝓpterea
concludendũ est etiã cũ Aristo. in
prima ꝓblematũ ꝓblemate. xxiiij.
dicente. Quod in ventis austrinis
hoies grauius se habẽt ⁊ impoten
tius. Et ob hanc causam venti ta-
les domos meridiei expositas fa-
ciunt salubres. Similiter ⁊ occidẽ
tales reprobant cũ frigidi sint et
humidi ⁊ in pluribus locorũ sint
causa pluuiarũ in eis cõtingẽtium
teste Auerroi in canticis ⁊ in eoruz
cõmento. cx. Et ꝓpter hoc faciunt
aerem grossum vt idẽ ait ibidẽ. Et
fuit snia Auicenne. in.ij.j.c.viij. di
centis. Occidentales venti sunt hu
midi quoniam super maria trans-
eũt: ⁊ q: sol eos suo diuersificat mo
tu. ideoq3 non tantum resoluit eos
sol q̃tũ orientales. Quod etiã sen-
sit Rasis in.iij. Almansoris. ca.xxv.
dicens. Uentus qui est ab occiden
te deterior et grossus magis exi-
stit. Et propter facies occidenta-

lis habitationis nõ approbatur. Queadmodũ septẽtrionalis: ratione vẽtorũ borealiũ qui corroborãt indurãt: ⁊ q̃ manifeste fluũt ꝓhibẽt digestiuã fortẽ efficiũt ⁊ aerẽ putridũ sanãt vt idẽ inq̃t Princeps vbi supra. Qd̓ accipit a Rasi loco superius allegato dicẽte. Uentus a polo veniẽs septentrionali a ꝑte videlicet minoris vrse: frigidus ẽ ⁊ siccus corpora efficiẽs dura ⁊ reddens robusta: sensus quoq; atq; caput leuia facit ⁊ ipse etiã omnib⁹ ventis melior existit: ⁊ plus putrefactionem prohibet licet quãdoq; tussim faciat ⁊ hoc q: frigidus est ⁊ siccus ⁊ secũ odorifera portãs sicut austrin⁹ humid⁹ est: ⁊ qd̓ fert secũ abominabile est ⁊ grauis odoris teste Isaac in vniuersalib⁹ dietis. c. viij. dicẽs. Boreas enim si flauerit corpora confortat ⁊ indurat spiritus clarificat ⁊ humores cerebri sanat. ⁊ sensus mũdificat ⁊ subtilia: motũ confortat: appetitũ auget digestionẽ corroborat ⁊c. Sicut auster corpora lassat ⁊ neruos humores conturbat ⁊ spiritus ac sensus vnde grauitatem parit auditus: defectũ visus pigritiam nutrit motum eneruat ⁊c. Que fuit sentẽtia Hippocratis vbi supra dicẽtis. Quod ex vẽto boreali corpora redduntur fortiora: ⁊ bene mobilia ⁊ bene colorata ⁊c. Et ideo bonum est ⁊ salutiferum ꝙ habitatio per fenestras septentriõi exposita tales ventos boreales recipiat ⁊ ꝑ eos purgetur ⁊ flabeletur longe etiam melius vt ventos orientales assumat qui calidi sunt ⁊ sicci aerem clarificantes ⁊ ipsum subtilem efficiẽtes: vt Auerrois inq̃t i cõmẽto cãticoꝝ allegato. Auicẽ. et l. ij. .j. sic d̓ eis scripsit. Oriẽtales q̃dẽ vẽti iter caliditatẽ ⁊ frigiditatẽ sũt tẽperati ⁊ occidẽtalib⁹ sicciores quod sensit Rasis in almãsoris capitulo prenotato concludens deinde ꝙ ventus qui ab oriente ad nos tẽdit melior est alijs quoniã tẽperate cõplexionis existit: ⁊ corpora i eo tẽperata sunt media ⁊ sana: vt dixit Haliabas loco ⁊ c. preallegatis. Propter has itaq; causas rationabiliter dictũ est ꝙ habitatio discooperta eẽ dꝫ ab oriẽte ⁊ a septẽtrione ratiõe tẽperãtie solis: ⁊ laudabiliũ vẽtorũ. Cooperta vero ab alijs propter oppositas causas ⁊c.

¶ Capitulũ. xx. ostẽdit quomodo rectificãdus ⁊ alterãdus sit aer in omni anni tẽpore atq; q̃liter viuendũ sit in vere: estate: autũno. ⁊ hyme.

Posset mihi q̃spiã dicere si tñ aeris q̃litas magnificas ꝙ dicere nõ dubitasti ꝙ vẽti q̃dã q̃ etiã raro ꝑflãt sũmopere sint vitãdi vt meridionales ⁊ occidẽtales q̃bus obstare poterimus cũ vitreatis fenestris et talibus: aut omnino domos eligẽdo habẽtes facies suas v̓sus alias ꝑtes vt docuisti. Sꝫ q̃d dices d̓ aeris impressione naturali ãnuatiz facta ab estate q̃ calida ẽ ⁊ sicca humores resoluẽs vt dixit Princeps i ij. j. doc. ij. c. iij. ⁊ Hippocrates i li. d̓ aere ⁊ aqua ⁊ ꝓpterea ipsa extraneus calor dñator ꝓpter qd̓ putrefiũt magis oĩa i ea q̃ꝫ in hieme vt Aristo. ait in. ij. ꝓblematũ ꝓblemate. xxxiij. Et cũ humores resoluãt ⁊ v̓tutes debilitẽt ⁊ opatiões naturales cã multe resolutiõis in tantũ ꝙ humores fiũt cinis vt pnceps ait vbi supra: q̃d i ea faciẽdũ sit postulabit itidẽ. Nũq̃d mediciali ꝯsilio hec possit ꝓhiberi: qualitasq; estatꝫ

sis ꝛ impssio talis remoueri. Silr in hieme q̄ frigida est ꝛ humida vt flegma in nobis teste Gal. in .j. de febrib⁹ ad glauconē. c. ij. ꝛ Hippocrates loco preallegato in qua sanguis minuitur ꝛ flegma augeť vt dixit Auicē. in. ij. j. Et plura etiam alia fiant in ea nocumenta sue superflue frigiditatis ꝛ hūiditatis rōne p̄sertim in debilib⁹ cōplexionibus ꝛ in corporib⁹ paucā carnē habētib⁹ quid sit in ipsa faciendum quomodo ne sua impressio sit fugienda exposcet aliquis vt dixit. Cui respondebo q in rei veritate difficilius est hec talia subterfugere q̄ ventorū ꝛ solis impressionem eo q modo quodam vniuersali ꝛ diutius durent q̄ ea que in precedenti. c. dicta sunt. Tn̄ ꝛ his pro posse omni erit obuiandū eū cōtrarijs alterando aerē meliori modo quo nobis erit possibile in estate quidē vt Princeps ait in. ij. primi doc. v. c. j. Minuēdo. ex cibis ꝛ potibus ꝛ exercitio ꝛ maneat tunc hō quietus: ꝛ extinguentia bibat ꝛ si potuerit semper in vmbra moreť ꝛ loco cooperto: irorando etiā habitationem cuȝ aqua fontis frigida. Et si potens sit cū aqua violarum: neufaris: ēdiuie: lactuce ꝛ similiū. Silr aspergendo follia plātarū: frigidaꝝ ꝛ hūidaꝝ vt sunt folia vitis ꝛ lactuce ꝛ portulace ꝛ similiū. Itē cū florib⁹ ꝛ fructib⁹ frigidi. In hieme vero econtra cum calidis ꝛ siccis odoriferis faciendo ignē ex lignis laudabilibus ꝛ suffumigijs ꝛ talibus cauendo se ab immenso frigore: precipue vero flante borea qm̄ vt bene dixit noster platina ꝛ est antiquorū ex pluribus hincinde locis recollecta: vt i nimio calore cōcoctio interimitur. Somn⁹ aū fertur resoluitur corpus: ac mens iacet ita nimio frigore hebetantur sensus ꝛ destitutū prope fomento naturali stupet ingeniū. ꝛ subdit. igne itaqȝ eo tpe anni. s. hieme fouēda sunt mēbra: nō tn̄ diu foco inherēdum ne ꝛ corpus pigrescat ꝛ debiliteť ingeniū ꝛ malis vaporibus: q fieri solet: cerebrū repleať: attractis per ignē ad caput humorib⁹ quos greci catarros ꝛ reumata: nostri autem flores ꝛ distillationes appellant. Et vt vno omnia cōprehēdam verbo a frigidis omnibus tūc abstinēdum ac calidis ꝛ siccis vtēdum est: res grossiores ꝛ ad dirigēdum duriores comedēdo: ꝛ plus se exercitādo q̄ in alijs qbuslibet anni tēporib⁹ iuxta sententiā Auicenne in tertia primi doctrina quinta capitulo primo dicētis. In hieme multū laborare debent: ꝛ copiosus comedere nisi fuerit meridionalis scilicet calida. nā si sic fuerit exercitiū erit augmētādū ꝛ cib⁹ minuēdis. Oportet preterea vt triticū pāis hiemis sit forti⁹ ꝛ fortioris soliditatis q̄ panis estatis. Et silr illud qđ est de carnibus ꝛ q̄ sūt sicut ipe. Et vt fuit olera qb⁹ vescunť sicut caules ꝛ sicla ꝛ apiū ꝛ non attriplices neqȝ blitis ꝛ portulaca neqȝ scariola ꝛ silra. In autunno vero cauēdo a coitu ꝛ ab omnib⁹ alijs exiccantib⁹ ꝛ a fructib⁹ illi⁹ tēporis. In vere aūt a calidis ꝛ humidis abstinēdū. Et sic q̄lidi tatib⁹ tēpoꝝ excessiuis cū ꝯtrarijs erit obuiandum.

¶ Capitulū. xxj. cōtinuat dictis dicēda ostēdēs qđ sit exercitiū ꝛ qđ eius oppositum.

Postq̄ medic⁹ aerem atqȝ habitationē salubres ac dn̄o suo ꝯuenietes inuenerit dȝ ꝛ ei ꝯpetēs exercitiū ordinare dicēte Gal. i li. d

dissolutiõe ɔtinua. ꝙ oportet pē it⁹ eum q̃ vult custodire sanitatem ad duas res intentionē suam dirigere: quarū vna est ad corpus cū cibo cõueniēte loco eius quod dissolutū est de ipso: & de hoc nos postea dicemus. Alia est mundificatio ab ipso eius qđ generatū est de superfluitatib⁹ ciborū: ideo dicamus ꝙ cum per exercitium balneum & huius natura corporis iam dictis sit solita euacuare superfluitates propterea conuniēs est vt prediximꝰ ꝙ medicus electus faciat dominū suum exercitare considerans illud Rasis dictum in almansoris quarto capitulo primo sic scribentis. Sanitas conseruatur bonitate mēsurationis motus et quietis atqꝫ comestionis et potus &c. Quod sensit Galienus in secundo de regimine sanitatis. capitulum primū dicens. Si volumus custodire optime sanitatem incipiamus a laboribus: deinde sequantur cibi et potus deinde somni: deinde siysi sint venereis venerea. Et hec omnia sint moderata. hec ipse. Hunc processum igitur obseruabimus deinceps: quia primo de exercitio: & con siderandis circa ipsū scribemus: deinde de cibatione et cibis omnibus postea vero de potu et sic de alijs successiue. Uerum cum dicat Aristo. in. xxj. problematum problemate. xj. ꝙ omne iuxta contrarium magis videtur contrariorū. et in tertio de anima textu commenti. xxv. ꝙ vna pars contrarietatis seipsam et alteram sufficiens sit iudicare sicut rectum quod index est sui et obliqui: vt in primo dixit eiusdem a quo commentator Auerrois accepit in tertio prealle gati libri cõmēto. xxj. cū inq̃t ꝙ oppositū intelligit̃ ꝑ suū oppositum: Cū ita sit igitur mihi videtur ꝙ volēti tractare de exercitio debeat ēt cõuenienter tractare de sui opposito: scilicet de quiete: & quia ita est ꝙ cū quis vult aliquid iuestigare oportet vt nomen eius diffiniatur vt dixit Gal. in primo de ingenio sanitatis capitulo quito. Et fuit sententia Aristo. in primo posteriorū dicentis. Ante omnem demonstrationem opportet ꝓcognoscere q̄d est & quia est &c. Diffinire igit̃ oportet vnū quodqꝫ istorū si de eis aliquid ratiocinari vel demonstrari voluerimus. Quoniā tunc afferimus rationē cū diffinimus aut demonstramus: vt philosophus ait in primo de anima textu cõmenti xlviij. Diffiniētes ergo exercitium primitus dicemus cum Auicenna in tertia primi doctrina scđa capitulo p̄io. Exercituū ē mot⁹ volūtarius propter quē hanelit⁹ magn⁹ & frequēs est necessarius. & istud videtur sensisse Gal. in secundo de regimine sanitatis capitulo primo dicēs. Exercitiū ē mot⁹ vehemēs ĩ tm̄ vt alteret respirationē ĩ mai⁹ vł min⁹ velocius vł spissi⁹. Auerrois vero in sexto colliget sic ipsum descripsit. Exercitiū vniuersalit̃ ē mēbrorū mot⁹ aliqua volūtate. & hoc fit ꝓprie ĩ mēbris motū volūtariū habentib⁹. Sꝫ Fulgēti⁹ volēs exercitij iuuamēta & vtilitates explicare sic ipsū diffiniūt. Exercitiū ē humane vite ɔseruatio: caloris naturalis lima. & exercitatio dormitā tis nature: supfluitatū ɔsumptio & virtutū roboratio: tēporis lucrum: ocio inimicū: iuuētutis debitū: senectutis gaudiū: ille ergo sol⁹ se ab exercitio abstineat q̃ sanitatis gaudio vult carere. q̃ descriptiões lꝫ ĩ ṽbis differāt ĩ vna tñ sentētia ɔueniūt dicēte Gal. in p̄io de igenio sanitatis. c. vj. ꝙ vnū qđqꝫ diuersis diffinitiõib⁹ pōt diffiniri in

nobis tñ differentib⁹ ꝛ nõ in signifi
catione ꝛc. Ex quib⁹ satis haberi
potest quid sit quies ꝛ priuatio ex
ercitij tamen dicemus cũ Aristote.
in octauo phisicorum textu commẽ
ti . vij. dicentis. Quies nihil aliud
est nisi priuatio motus vt in presen
ti proposito spectat priuatio exer=
citationis et laboris. Que ocio=
sitas potest appellari ex qua tot ꝛ
tanta: cum superflua fuerit in cor=
pus: ꝓueniunt nocumenta quod ꝛ
quantas exercitium potest afferre
vtilitates. Post posito igitur exer=
citio ꝛ eius differentijs que quin=
quagintaquinqꝫ sunt: vt declarat
Conciliato: in differẽtia. cxviij. de
quibus nihil intendo dicere. Nec
de omnibus speciebus eius q̃ fere
sunt infinite: vt Auicena dixit in
tertia primi scribemus: sed tantũ
quod magis vtile videbitur prose
quemur de quiete itaqꝫ in primis
agam⁹: deinde de exercitio.

¶ Capitulum vigesimũ secũdũ
pertractat de nocumẽtis ex ni=
mia quiete ꝛ ex ocio prouenien
tibus.

Iuuamenta exercita=
tiõis clarius appare
bũt si pri⁹ nocumẽta
qetis ostẽdem⁹ q̃ ꝛ si
inumerabilia existãt
tñ i genere loquẽtes
de ipsis dicemus in primis cum
Auerroi in commento canticorũ.
clxxxiij. dicens. Quies et ocium
infrigidant corpus: quoniam ex
omissione motus augetur et mani
ficatur fumosa superfluitas super
calorem naturalem. et ex ea sic ex=
tinguitur sicut ignis cum fumo
premitur et supra ipsum domina
tur: est enim necessaria calori natu
rali inspiratio sicut igni euentatio
quod sensit Auicẽna i textu dicẽs.
Quiete ifrigidatᷣ calor sicut ꝛ flãma
fumo extinguitur: cum ita sit igi=
tur ꝙ quies infrigidet corpus ve=
rissima est illa Isaac sententia in vni
uersalibus dietis capitulo. xx. dicẽ
tis. Nihil inimicabilius regende
sanitati existit ꝙ ociositas ꝛ quies
quod accepisse videtur Auerroys
in sexto colliget cũ inquit. Omni=
moda quies corpis nõ ingreditur
viam sanitatis. ex quo satis liquet
ꝙ viam ingreditᷣ egritudinis cum
ad plures perducat infirmitates ꝛ
ad ethicam precipue senectutis di
cẽte Auicenna in tertia primi doc.
secũda. capitulo primo. Exercitiũ
relinquens in ethicam frequenter
in currit quoniam membrorum de
bilitantur virtutes: propterea ꝙ
motum dimittunt qui innatũ eis
defert spiritũ qui vite cuiusqꝫ mẽ
bri instrumentum existit ex qua
ethica magna cum difficultate et
in longo tempore vix potest suble=
uari cum dicat Hipocrates in secũ
do regiminis acutorum textu com
menti. lj. Si corpora cõtra cõsuetu
dinẽ suam magis torpuerint quie
te nõ possunt statim cõfortari ꝙ si
quieuerint ꝛ requieuerint ꝑ longũ
tẽpus postea vero q̃ ad laboris ex=
ercitia fuerint trãslata malũ ꝛc. Et
propterea dixit Aristote. in prima
problematũ ꝓblemate. xiiij. quies
ventrẽ impinguat aliud vero cor=
pus subtiliat: idest macrefacit. mo
tus aũt ꝛ operatiões oppositũ ope
rãtur. q̃ textus vt nobis videtur sic
est exponend⁹: quies ventrẽ impin
guat: idest interiora corporis ex
quiete plurib⁹ malis humoribus
ꝛ frigidis replẽtur: cui expositioni
videtur concordare Auicenne sen
tentia in textu cõmenti canticorũ
cxlv. dicens. Ultima quies est in=
conueniens neqꝫ est iuuamentũ
in vltimitate eius: immo ipsa re=
plet corp⁹ humiditatib⁹ neqꝫ dispo

nit corpus et aliquem cibũ. cum ita sit ergo quod quies ad deiectionẽ perducat appetitus: et ad malarũ humiditatũ repletionem que cũctorum morborum sunt semina et principium iure merito cum Aristotele concludendum est dicente in .xiiij. problematum problemate .vij. quod putrescit quiescens quod autem est in motu aut omnino impu trescibile aut minus hoc patitur et quo videtur accepisse. Ouidius in primo libro de ponto dicens. Cernis vt ignauũ corrumpit inertia corpus. Ut capiunt vitium ni moueãtur aque. Cõcludendũ est etiã cum Galieno in libro de euchimia et cachochimia capitulo .iij. dicẽte Maximum enim est malum ad sanitatis custodiam quies corporis sicut maximum bonum moderata motio. Cuius dicti rationem assignat ipse in libro de Tipoiectigatione et tremore dicens. Quies est corruptio corporibus quibus conuenit moueri. Quomodo autẽ sit corruptio sic deduci potest corruptio ad putrefactionem sequitur: putrefactio vero ad malorum humorum collectionẽ. Que collectio humorum illaudabilium ex nimia prouenit quiete: igitur a primo ad vltimum. Quies fuit causa et principium corruptionis corporis: vt ex iam dictis patet. Et propter ea nullus quiescere debẽ hora qua rationabiliter exercendum esset: sic enim quies reprobatur et non absolute: quod ille metrificans sensit cũ ait. Ocia nullus amet nisi sint coniuncta labori. Nam nimia requie mortificatur homo.

¶Capitulum .xxiij. ostendit que sint Iuuamenta et vtilitates exercitij: in animam et corpus peruenientes.

Semper si vnum cõtrariorum est malum reliquum est bonum: quemadmodum dixit Aristote. in postpredicamentis capitulo secundo. Ideo dicendum est quod quiete mala existẽte motum siue exercitium bonum esse: et sicut illa pessima, hoc optimum fore ad sanitatis conseruationem cũ non solum eius vtilitas ad corpus sed vsque ad animam ipsam perueniat: vt sensit Gal. in libro quem de exercitio cum parua spera nominauit. ca. illius secundo dicẽs. Exercitiorum enim quoddam non solum corpus sed animam letã reddere potest Et post pauca subdit. Tante enim in ipso potens fit anima motionis quod multi quidem liberati sunt ab egritudinibus ganisi solum. Et post aliqua subiunxit. Lando exercitium quod corporis sanitatem prebet: et partium cõformitatem et anime virtutem. Et postea inquit. Ipsum enim scilicet exercitium animam potens est ad omnia iuuare: et corporis partes etc. Et in libro de assuetudinibus sic ait. Que exercitantur particule corporis fortiores simul et solidiores fiunt: et secundum hoc possũt ferre proprios motus alijs melius quecũque propter inexercitationẽ molliores sũt et imbecilliores. Hippocrates quoque i libro de aere et aqua hoc voluisse videtur cũ ait. Exercitiũ laboris tolerãtia prestat. Quies autẽ et requies timorẽ et ignauiã. Labor vero et agitatio animositatẽ ministrat. a quibus accepit Auerroys in sexto colliget cũ dixit. Iuuamentum exercitij tẽperati vniuersale est: quia spiritũ intrisecũ augmẽtat: et superfluitates mẽbrorum nutrimẽti expellit et resoluit. Sic igitur nõ solũ corpori: sed iteriori aie exercitiũ videtur cõferre. For

tificat preterea exercitium calorem naturalem et ipsum augmentat dicente Auicenna in tertia primi.doctrina secunda.capitulo primo.Exercitium est id qđ calor innatus renouatur: ꝛ corpori leuitatis cõfert vsum:ipsum namqȝ subtilem facit colorem ꝛ quod ex superfluitatibꝰ cõgregatur quaqȝ die dissoluit.Et subdit.Et preter hoc ꝙ calorem innatũ accrescere facit iuncturas et chordas duras efficit. Quã obrez operatiões efficere possũt:ꝛ a passionibꝰ secure fiunt:ꝛ mẽbra apta reddit ad nutrimẽtuȝ recipienduȝ:et eoꝝ duriciẽ resoluit:ꝛ ipsa facit leuia:ꝛ humiditates subtiliat:ꝛ poros dilatet ꝛc.Qđ etiã sensit Haliabas in.v.Theorice.capitulo.xij.dicẽs. Necessariũ fuit exercitiũ triũ causa vtilitatũ. Prima est vt naturalẽ expergefaceret calorẽ ꝛ expergefactũ augeret. Unde cõfortatus cibos fortiꝰ traheret:velociusqȝ digereret:illosqȝ mẽbra susciperẽt: secũda supfluitates quoqȝ corporis dissolueret:tertia quo mẽbra eo indurescerẽt ꝛ cõfortarẽtur: alioꝝ cũ aliјs repressiõe:iõqȝ ꝛ in suis cõfortarẽtur actionibꝰ:remortioraqȝ fierẽt ab incõmodoꝝ susceptiõe.Que quidẽ fuit sentẽtia Galieni in secũdo de regimine sanitatis.c.prio dicẽtis.Utilitates exercitij sunt due ad euacuationẽ supfluitatum ꝛ ad bonam valitudinem solidoruȝ corporum:quia exercitiũ est vehemẽs motus: et ideo necesse est hec tria fieri in exercitato corpore:duricieȝ organorum inuicem contritorum quare sequitur impassibilitas eoꝝ ꝛ ad actiones robur:augmentatio nemqȝ caloris naturalis ad quam sequitur relictorum attrahatio fortis:ꝛ alteratio paratior: ꝛ nutricatio melior: ꝛ effusio omnium corporũ q̃ solida quidem mollificantur. humida ỽo subtiliant̃:ꝛ pori latiores efficiũtur:spiritusqȝ fortiorẽ motũ ad quẽ sequitur demũ euacuatio superfluitatum.Et infra sic inquit.Commune est omniuꝫ exercitiorum naturalem calorem animalibus ex ipsis proprijs animalium corporibus augere concludẽdum est igitur ꝛ aliud exercitij iuuamentum cum Gal. in secundo libro de accidenti et morbo.ca.iij. dicente.Calor naturalis confortatur et augmẽtatur ex motu ad quã caloris innati confortationem cetere in corpus proueniunt vtilitates et operationum perfectiones quarum vtilitatum prima est virtutum corporis. fortificatio dicente Gal.in secundo aphorismorum commento.xlviij.Utile exercitium nam commouet naturalem calorem et validas facit: que in membris sunt virtutes naturales animales et vitales: fortificando igitur naturales carnosum reddit corpus:vt dixit Auicẽ.in canticis textu commenti.cxliiij. Exercitiũ disponit corpꝰ ad hoc vt nutriat̃:ꝛ disponit paruum vt augeatur .Quod sensit Aristote.in.v. problematum problemate.xiij.superius allega. dicentis.Motus et fricationes vẽtrem quidem subtiliant.aliud vero corpus ingrossant sicut quies oppositum facit: augendo autem virtutes animales et vitales exercitium mundificat et expellit a corpore superfluitates: et per consequens a futuris liberat infirmitatibus longe melius ꝙ̃ si cum medicinis farmacis corpus purgaretur:vt infra scilicet in sequẽti capitulo dicemus.

¶Capitulum.xxiij.ostendit ꝙ exercitium conseruet optime sanitatẽ ꝛ meliꝰ ꝙ si corpꝰ dieta vl̃ solutiuis purgaret̃ medicinis.

Quam

Quam preciosus sit sanitatis thesaurus dixit Ecclesiastic⁹ in.c.xxx. sic inquiēs Melior est pauper san⁹ ꝛ fortis virib⁹ q̄ diues imbecillis et flagellat⁹ malitia:salus aie in sanctitate insticie maior est omni auro ꝛ argēto:ꝛ corp⁹ validū q̄ census immensus:q: non est census sup censum salutis corpis. Qd etiā sensit Commētator sectaꝝ cū ait. Sanitate nō inuenit aliqd vtilius:q: sine sanitate nec carpentarius opat:neq3 rector exponere pōt neq3 grammatic⁹:ꝛ vt ampli⁹ dicat nulla ars sine sanitate persici pōt.ꝛ fuit in paucis verbis Gal. cōprehensa snia in.ij. alimētoꝝ.c.x. dicētis.sanitas est res dignissima studēti viuere scdm naturā.preciosum igit iure merito atq3 dignissimū id dicēdū erit quod sanitatis erit conseruatiuū:quemadmodum est exrcitiū dicēte Auicē.in.iij. primi doc.ij.in principio qd plurimū regiminis cōseruationis sanitatis est vt nos exercitemur.ꝛ fuit snia Almansoris in quarto.c.j.dicētis. Sanitas cōseruat bonitate mensuratiōis mot⁹ ꝛ quietis ꝛc.Et in.ij. c.ciusdē inquit.Sanitatē cōseruare volenti ante comestionem moueri necesse est. idem quoq3 sensit Isaac i vniuersalibus dietis.c.xx. dicens.Exercitia ad digerēdum et ad sanitatem optima sunt ꝛ Auenzoar in suo Teisir.c.primo idē voluit cū ait.Conueniūt medici ꝙ exercitium tēperatū:siue fiat pedib⁹: siue equo adiuuat in conseruatiōe sanitatis dūmodo tēpus excedat: ante quos oēs Gal.dixerat in libro de euchimia ꝛ cachochimia.c.j.sic. Amicoꝝ meoꝝ quicūq3 vacāt circa exercitia ꝛ ordinatiuā dietatione3 oēs video semper sanos.ꝛ in.c.iij. eiusdē sic etiā inquit.Maximū em̄ est malū ad sanitatis custodiā qes corporis:sicut maximū bonum est moderata motio:neq3 em̄ egrotabit oīno debite dietatus ꝛ exercitatus.a quo sumpsit Auerroys id qd in.vj.colliget scripsit.s.cū ait. Uniuersaliter tēperatū exercitium conseruande sanitatis mirabilis causa existit:ꝛ malicia que propter priuationem exercitij accidit in:carceratis manifestat:q: eoꝝ facies cacetice fiunt:ꝛ eoꝝ color est impur⁹: et oēs ipsoꝝ operatiōes sunt lese: quoꝝ omniū causa ꝛ principiu3 a principe philosophorū Aristotele declaratur in prima problematū. problemate.liij.vbi dixit. Nō oportet densare carnē ad sanitatē:s3 rarificare:quemadmodu3 ciuitas sana ꝛ locus bene euētabilis : ꝓpter qd ꝛ mare sanum est:ita et corpus bene exabile magis sanū est : oportet em̄ in eo aut nullā existere supfluitatem:aut ab hac quidē velocissime alteretur:ꝛ semper sic habere corpus ꝙ accipiens confestim expurget superfluitatē:ꝛ esse in motione ꝛ nō quiescere:qd em̄ manet nō putrefit quēadmodū aqua que mouetur:putrefacta aūt egritudinem facit:qd aūt expurgat priusq̄ corrūpatur separet:hoc aūt cōdensata carne nō fit:ecce igit quantū ad sanitatis custodiā faciat exercitiū. ¶Qūo aūt hoc faciat ꝛ qualiter melius q̄ purgantes medicine queret quispiā:cui dicem⁹ cū Gal. in primo de regimine sanitatis circa finem dicente.Exercitium soluit ꝛ euacuat per poros supfluitates. et infra subiunxit Melius est euacuare superfluitates corporis que in cute exercitio q̄ attenuatiuis cibis vel farmacijs.Qm̄ farmacie calide sunt ꝛ sicce:et quib⁹ exiccātur carnes ꝛ attenuant solida:in exer-

citio vero nihil nocet corpus: imo roborātur organa calore naturali reuiuificato: et ea que adinuicē membrorum rarificatione: duricie: et impassibilitate innata. qđ etiā dixit Auicen. tertia primi doc. ij. c. j. Qui exercitatur secundum modum sue equalitatis: et in hora sua nullo indiget eorū medicamentorū que materialibus sunt necessaria egritudinibus. Et in canticis suis textu cōmēti. cxliij. sic quoq; ait. Ex exercitijs decet qđ sit moderatū tēperatum et equale: nam equat et tēperat corpora: et efficit egressum superfluitatum: qđ cū ita sit cōcludemus cū Auerroi in cōmento. cxlvij. canticorum. q corpus exercitatū non indiget proculdubio in aliquo euacuatiōe facta per farmaciā vel phlebotomiā. similiter cum Gal. in tertio aphorismorum. cōmento. xxj. dicente. Exercitia mūdificando corpus a futuris liberant infirmitatibus: et per cōsequens sanitatē cōseruāt. et iure merito preciosissima sunt dicenda: sicut nos ea initio huius capituli appellabamus.

¶ Capitulum. xxv. ostendit que corpora se exercere nō debeant et que moueri nō possunt quid loco eius facere habeat.

Exercitiū quantū est ex se est vnicuiq; vtile et necessariū: vt in capitulo visum est superiori. quantum in quā est ex se: quia merito indispositorū exercitantiū potest non modo nō iuuare: sed et plurimum nocere: et causam esse quamplurimū infirmitatum et interitus etiā eorū quia facile quēadmodū cibus in se semper bonus famelico cōfert: repleto vero nō modicū nocet. quāobrem dicendū esse deinceps mihi videtur necessarie que corpora exerceri nō debeant vt errare nō contingat: sicut sepenumero vidi nonnullos a semita veritatis deuiare credentes exercitij iuuamēta vnicuiq; equaliter esse cōmunia. dicamus ergo cum Gal. in tertio aphorismorum cōmento. xxj. sic scribente. Corpora repleta aliquo malo humore exercitari nō debent antequā euacuentur: quēadmodum enim mordacissimi canes cum dormiunt nō sunt irritandi: sic et mali humores exercitio nō apti euacuati non sunt cū eo cōmouēdi ne moti et alterati putrescant et aliquam egritudinem faciant. Quod voluit etiā Auicē. in tertio primi doc. secūda. c. iiij. dicens. Hora qua inceptio exercitij preparatur oportet vt corpus sit mundū et ne in partibus intraneorum et venarum chimi siluestres et mali existant quos exercitiū in corpore diffundat. Repleta igitur et non pura corpora sunt ab exercitio prohibita. Similiter inanita et gracilia habētes corpora nō sunt exercēda secundum Hypocratis sententiam in secūdo aphorismorū aphorismo. xvj. dicentis. Ubi indigentia nō oportet laborare. et Auicen. in parte secunda canticorū textu cōmēti. xlv. idem sensisse videtur cum ait. Macer non debet exercitari: ne ipsius dissolutio augeatur. Et per macros intelligit etiā corpora colerica: vt inquit Auerrois ipsum exponendo. Nos aūt sic putamus superaddendum esse forte scilicet exercitio: quoniam moderatū nō dissoluit nec debile: vt manifestū est. Aliqui etiā vt valde senes et egri et cōualescentes et huiusmodi cōuenienter exercitari non possunt: qui tamen Gal. consilio vti debent dicentis in libro de euchimia et cachochimia q quicūq; propter etatē nō possunt exercita=

ri ante cibum:hi abstineant a grossis cibarijs:quicunq; vero sunt omnino ociosi: neq; ipsi accedant ad tales cibos quinimmo appensionibus vel deambulationibus pro fortioribus vtatur exercitijs. In libello vero de exercitio cum parua spera sic inquit. Qui conuenienter exercitari non possunt fricationibus mollibus vel balneis calidis vti debent hoc enim suauissimum est et quiescere egentibus oportunissimum et ibecilli:et seni:et puero valde conferens. Nec vlla quis effici debet admiratione si non potentes exercitari fricari debeant:quia fricatio est ac si esset altera pars exercitij que cum fuerit mollis laxat si autem multa macrescere facit:si vero temperata: ingrossat: vt voluit Auicen. in tertia primi doctrina secunda.c.iiij.et fuit sententia Aristo. in.xxxviij.problematum probleme te primo dicentis. Fricationes augent carnem et faciunt caliditatem sicut quodam exercitio vt idem ait in.xxxij.eorundem particula probleme mate secundo. Non solum autem debilibus sed etiam reliquis exercitandis fricatio videtur vtilis necessaria cum Auicenna in tertia primi doc. secunda.c.ij.sic scripserit. Oportet vt qui exercitatur prius fricatione preparetur que naturam viuificat et poros dilatat:que cum re aspera fiat et fuit sententia Gal. in secunda de regimine sanitatis dicentis. Qui exercitandus est non confestim fortiter est monendus nisi ante fricationem preparetur:hoc tamen et si vtile sit non in vsu habetur obseruandum tamen esset. Nec minus illud memorie tradendum est vt qui se exercet confestim fortiter non moueatur:sed paulatim motum augendo continue procedat sicut etiam in sequenti capitulo dicemus. Et hec de non debentibus exerceri dicta in presentiarum sufficiant.

¶ Capitulum.xxvj.ostendit que et quot fieri oporteat antequam exercitandus suum incipiat exercitium.

Preterea que dicta sunt in calce precedentis capituli de fricatione que fieri debet ante exercitium: et de successiuo labore augmentando sunt et hec alia obseruanda scilicet anteq; ad exercitium quis etiam exercitandus accedat quorum primum est vt exercitium faciendum proportionetur cibo assumpto secundum q; voluit Isaac in vniuersalibus dietis capitulo.viij.dicens cum aliquis exercitans carnibus pullorum dietet se vel perdicum cito dissolute inde generantur debilitates:et in vltimo capitulo preallegati libri sic ait in magnis exercitijs si dieta accipiat subtilis velociter deficiunt:et consumuntur carnes:et ptisim incidunt. Volentes itaq; fortiter laborare grossiori se reficiant dieta: subtili vero qui debiliter seu parum:media vero qui mediocriter. Aliud ab exercitando omnino obseruandum est vt antequam incipiat laborare proposse conetur communes expellere superfluitates sicut iubet Auicenna in tertia primi doctrina secunda capitulo tertio dicens. Oportet vt qui exercitatur superfluitates prius ab interioribus expellat:scilicet intestinis et vesica deinde se exercitet:que fuit Galieni sententia in secundo de regimine sanitatis cum inquit. Ac exercitia sunt agenda cum minxerint et egerint ne quid horum robore caloris qui in exercitijs ad ambitum corporis reducatur:per has igitur principales dedit et alias intelligere superfluitates nasi sci-

licet oris &c. Debet preterea exercitandus antequam ad motum perveniat suffultas: graves & suffocantes: si quas habuerit vestes deponere iuxta sententiam Aristotelis in secunda problematum p. xxx. dicentis cum indumento enim quis valde moderate quis laborabit cito sudat propter caliditatem que est ab indumento & propter hoc magis colorati fiunt nudi currentes etate eis qui in indumentis: quare quemadmodum omnes in bene eventabilibus locis habitantes magis bene colorati sunt eis qui in suffocatis habitant sic & ipse seipso quando homo in bono spiraculo est & tunc magis coloratus est quando suffocatus fuerit & commotus ab aliquo estu multo quod magis figit indumento curenti. hec ipse Rationem autem dictorum assignans Petrus padubanensis noster in commento dicit. Est autem corpus indutum hic intelligere vestitum coopertum tis multis calidis tale enim cum exercitationibus quodam estu inflamabile statim & plus superfluitatum eliquatione movebunt quam possint dissolvi & expelli: ita quod intus remanentes mote declinabunt in articulorum vacuitates: & motum difficilem reddent. Si ergo regula dispositione corporis ad exercitium ut neque sit omnino nudum neque vestimentis estuantibus coopertum. ¶ Attendendum est postremo quod si exertitandus aliquod membrorum suorum habuerit infirmum vel debile: non erit omnino movendum aut parum exercitandum sicut inquit princeps in loco superius allegato cum ait. Exercitio utens sibi cavere debet ne exercitij calefactio ad id quod ex membris suis est debile perveniat nisi secundum modum consequendi: & exemplum posuit de varicosis qui superiora magis quam inferiora debent exercere. Quod & de alijs pariter est intelligendum: quare &c.

¶ Capitulum. xxvij. declarat quod nec hora repletionis neque hora omnimode inanitionis sit exercitandum.

Una de rebus maxime ante exercitium considerandis est hora: de qua duo facienda sunt capitula. Primum quorum ostendet qua hora non sit exercitandum: secundum vero declarabit qua hora securissime sit laborandum. Dicamus ergo de primo quod qui horam sui laboris inconvenientem elegit longe magis peccavit quam si omnino quietus permansisset quemadmodum plerique post crapulam dubitantes se tantam cibi & potus non posse dirigere quantitatem confestim forti se exposuerunt exercitio ex quo infirmati sunt: & nonnulli eorum interiere: eo quod repleti laboraverunt & propter hoc dicemus primo quod nullo pacto post cibum donec digestus fuerit se debet quis fortiter exercitari ut voluit Isaac in universalibus dictis capitulo ultimo dicens. Si exercitia ad dirigendum & ad sanitatem optima sunt: que post cibum erunt maxime sanitatem impediunt: quoniam antecedentem cibum calefaciunt & ebullientem antequam excoquatur eijciunt. qui cum ad epar crudus & indigestus veniat in venis epatis humores adunantur grossi: & postea concludens ait. Quare oportet post cibum exercitia & labores vitare: sicut & requies ante cibum fugienda erit. quod etiam sensit Avicenna. in tertia primi doctrina secunda. capitulo septimo di. Illico post comestionem non est dormiendum cibo natantem. & a forti motu quantum plus possibile est abstinendum: ne cibus antequam digeratur penetret aut sine digestione labatur: aut propter inundationem corrumpatur. & infra in doctrina quinta. c. secundo dixit. Amplius equitare non debet

quis plenus ne cibus corrumpatur &c. Quãto igitur minus alio fortiori motu nõ est laborandũ. hoc etiam voluit Rasis in quarto Almãsoris. c. secũdo sic scribẽs. Post comestionẽ a forti motu ac longi temporis omnino est cauendũ: sicut em motus ante comestionẽ factus sanitatis est cõseruatiuus: ita post comestionẽ egritudinis inuenitur generatiuus cuius quidẽ causaz posuit Gal. in secũdo de regimine sanitatis cũ ait. si enim anteq̃ cib⁹ digestus sit exerceatur cũ exercitiũ cõferat redditionib⁹ ciborũ cũ crudi & indigesti cibi in ventre vel epate cõtineantur quare nõdũ digesti attrahuntur ad oia mẽbra & eis totũ replebitur corp⁹. qđ clarius in libro de euchimia et cachochimia. c. tertio expressit dicẽs. Ad sanitatis custodiaz maximũ bonũ erit moderata motio cũ hoc tñ intelligatur ꝗ nemo vllo moueatur motu forti supra cibũ q2 sicut est maximũ bonũ ad sanitatẽ exercitiũ añ cibũ: ita est nociuissim⁹ ois mot⁹ supra cibũ. distribuitur enim ex vẽtre cib⁹ anteq̃ digeratur: & exinde multitudo crudoꝝ humorũ aggregatur scđm venas ex quib⁹ assueuerũt egritudines omnimode fieri: vñ intelligendũ est ꝗ nõ sine causa dixerit Galien⁹. Nemo vllo moueatur motu forti post cibũ: quoniam leui deambulatione post cibũ põt absq̃ vllo nocumẽto se quisq̃ mouere dicente Auicẽ. in tertia primi doctrina secunda capitulo septimo queadmodũ oportet motũ q̃ est ante comestionẽ debilẽ nõ esse: ita necesse est ei ne mot⁹ q̃ est post ipsam sit nisi molliter et suauiter. & in eodẽ. c. iterum dixit. Ruffus inquit incessus hic: scilicet mollis & suauis mihi placet & proprie post prandium: quoniam bonitatem operationis cene preparat. Sic igitur post cibum suauiter erit deambulandũ et non fortiter laborandũ. Dicimus etiaz secũdo principaliter ꝗ in anitionis tempore & postq̃ famis aduenit desiderium si nihil aliud impedierit non sit exercendũ: vt colligitur ex dictis Hippocra. in scđo aphorismorum aphorismo. xvj. dicens vbi indigentia non oportet laborare: & Galienus in commento. & in tertio Techni. ex sentẽtia Auicenne in tertia primi dicẽtis. Quãdo forte exercitiũ necessariũ est: bonũ est ne sit stomach⁹ vehementer inanitus: immo sit in eo paucũ nutriẽs. Et infra dixit. Amplius qui exercitatur si plenus est: melius est q̃ si exercitetur qñ est vacuus: & ly melius exponendũ est: scilicet minus malũ. qđ expresse dixit etiã Galienus in loco preallegato parte illa. Melius est calefacto q̃ infrigidato: & repleto magis q̃ euacuato &c. Ex quib⁹ patet ꝗ hora inanitiõis est deterior: & exercitio incõuenientior q̃ hora repletiõis: licet vtraq̃ sit damnanda.

¶ Capitulũ. xxviij. docet cognoscere horã electã: & ad exercitandũ cõuenientez: & quãdo ipã sit per sua signa.

Diximus supra que sint hore illaudabiles ad exercitãdũ: nũc vero dicẽdũ q̃ hora sit ab auctoribus ad illud approbata: siue vt aliĳ dicũt electa: & dicem⁹ ꝗ exercitandũ est post prime & secũde digestionis celebrationẽ q̃ hora motui cõuenientissima existit vnicuiq̃ etati: & cõplexioni: sexui: & regioni. iuxta sententiam Conciliatoris nostri in differentia. cxviij. Quequidez fuit Principis Auicẽ. in tertia primi dicẽtis. Oportet vt

in hora exercitij corpus sit mundū et vt cibus exterius iam sit digest⁹ in stomacho: ꝛ epate: ꝛ venis: ꝛ vt alterius cibi hora iam aduenerit. Qđ etiā voluit Auerrois in⁹ cōmēto. cxliij. cāticorū dicēs. Cōueniēs tēpus ad exercitandū est cū cōpleta fuerit digestio: nā cū sit ante cōplemētū digestiōis ipm qđ est ceteris rebus nocibili⁹: ꝛ hoc qꝛ tūc facit egredi ꝛ transire cibū indigestum: ꝛ in summa corrūpit ipsum. quod innuit etiā Galie. in secūdo de regimine sanitatis cū inqt. Si volumus custodire optime sanitatē incipimus a laboribus: deinde sequant̄ cibi ꝛ pot⁹: deinde somni ꝛc. Et infra clarius hoc idē expressit dicēs. Tēpus exercitij est optimū qñ hic extremus cibus pfecte fuerit digest⁹ duab⁹ digestionib⁹: ꝛ que in vētre: ꝛ q̄ in epate: ꝛ alteri⁹ instat cib⁹. Si vero añ exerceantur cibi nōdū digesti attrahuntur ad o'a mēbra: ꝛ eis totū replebit̄ corpus. Et in libro de dissolutione cōtinua sic quoqꝫ scripsit. Quādo motus sequit̄ cibū descendit cibus de stomacho preter digestionē suam: et intrat venas sine mutatione: et adducit in epate opilationem: ꝛ renib⁹: ꝛ reliquis mēbris morbū ꝛc. Sꝫ dicet quis qñ hanc horam aduenisse cognoscemus: hoc profecto non poteris explicare cuꝫ tanta sit etatum complexionum: stomachorum: ciborumqꝫ comestorum diuersitas: cui respondebimus dicendo ꝙ in rei veritate tale tempus tribus: nec quatuor: nec quinqꝫ: et sic de alijs horis non potest explicari vt bene p opponentē obijciebat̄: sꝫ tunc sciemus certissime talē horaꝫ aduenisse quando signa ipsuꝫ demonstrantia apparebunt obijciebatur: sed tunc que in vrina videbuntur: vt Gal. voluit loco superi⁹ allegato dicens. Cum vrina moderate citrina fuerit significat tunc secundam factam esse digestionem: et tunc exercitandum. Cum autem aquosa. s. non citrina: sed sicut aqua vel rubea: idest ignea minime. Ignea enim apparet vrina post famis aduentum et post laborem immoderatuꝫ: vt princeps voluit in secunda primi. Cum auteꝫ talis apparuerit vrina non est exercitandum: sicut idem iussit in tertia primi docto. secunda. c. iij. cum ait. Horam exercitij et complementi primarum digestionum declarat vrine secundum substantiam et colorem maturatio. et subdit. cum enim iam longe fuerit et natura aliquo tempore in nutrimento ministrare desierit et igneitas in vrina accensa fuerit ꝛ citrinitas naturalis terminum transierit: exercitium impediens erit: quoniam virtutem deijciet: tunc igitur non erit aliquo pacto exercitandum: sꝫ potius cum cibo et potu virtuti succurrendum: hoc itaqꝫ obseruetur: vt anteqꝫ ad exercitium accedamus. vrinam nostram inspiciamus que si aquosa fuerit et alba velut aqua nondum aduenit hora laborandi: quia digestio non est perfecta. Si autem erit ignea iam hora pertransiuit. Si vero citrina non dubitemus de hora quoniam tunc est presens: ꝛ precipue si stomachus percipiatur alleuiat⁹ non inflatus nec extensus: non grauis habens rugitum eructuationem eiusdem saporis cū cibo preassum pto: neqꝫ singultū aut grauitatem in capite ꝛ hmōi: vt dixit princeps in. xiij. tertij. c. xvij.

¶ Capitulū. xxix. oñdit qđ gen⁹ exercitij vnicuiqꝫ ꝯplexiōi: etati: sexui ꝛc. ꝯueniēs sit ꝛ necessariū.

Cum q̄plura sint exercitij gn̄a: vidēdū ē de inceps qđ maxie faciat ad sanitatis custodiā ꝛ ad ipsius cōseruationez vt vnusquisq; intelligat quo gn̄e laboris sit ei exercēdū atq; vtēdū. Dicam⁹ ergo ꝙ oim sapientū intentio sit vt id laudabile sit exercitiū in quo singule corpis ptes equaliter se mouēt ꝛ exercent quemadmodū dixit Gal. in li. de exercitio cū parua spera. c. iiij. cū ait exercitiū i quo ptes equaliter exercitant̄ maxie q̄dē ad sanitatē cōfert ꝛ cōmēsuritatē habitus opat̄: neq; immēsuratā carnositatē neq; superexcellētē q̄titatē ferēs: s; ad robur indigētes act⁹ sufficiēs ꝛ oib⁹ q̄ velocitate indigēt aptissimū qđ ꝛ in tertio Techni textu cō. xxxix. replicauit di. Ex exercitio quidē opz vt eligat̄ species in qua moueant̄ mēbra oia corporis scđm ꝓportionē: ꝛ nō laboret aliquod eoꝝ plus, ꝛ aliqđ eoꝝ min⁹. ꝛ in secūdo de regimine sanitatis sic etiā ait. Oia mēbra sanis cōseruāda sunt mouēda. ꝛ iterū in libello de exercitio cū parua spera sic scripsit in iij. c. Opz veꝝ dicere: solū enim illud iustissime laudabile est exercitiū qđ mouens est oēs corpis particulas. Et infra dixit. Si ad sanitatē examines inquātū inequaliter exercitate sunt particule corpis in tantū: nec sanatiuū est exercitium. Necesse enim est ita has quidē superflue laborare: alias vero in ocio manere oino: neutrū aūt eoꝝ ē bonū: sed vtrūq; egritudinū subnutrit semina: ꝛ virtutē imbecillē operat̄. Hec igit̄ est rō ꝓpter quā vniuersale opz esse exercitiū ꝛ singulis partibus corporis cōe. Nec ex hoc dz q̄spiā admirari: q2 vnūqđq; membrū exercitiū hz sibi ꝓpriū. vt ait Auicē. in. iij. j. c. sepi⁹ allegato. nō solū enim exteriora mēbra pñt exerceri vt vnusquisq; satis intelligit: sed etiā interiora: pectus enim ꝛ membra hanelitus: ꝛ os: ꝛ ligua exercentur voce graui ꝛ magna: et qn̄q; acuta: ꝛ iter eas mixta: vt ꝑinceps ait vbi supra. vbi docuit vt de minori ad vocē maiorē in vociferādo sit paulatim trāseūdū dicēs. Ad legēdū ꝑterea suauiter est incipiēdū: deinde vox ordinate est exaltāda: postea vero cū vox fortior facta fuerit ꝛ crescit: ꝛ longa fuerit tp̄s ipsi⁹ ponēdū erit tēperatū: qm̄ tūc magnū affert iuuamētū ꝯsit' vi sus exercet̄ res inspiciendo minutas: et quandoque ordinando ipsum: vt res luminosas leuiter intuatur. Auditus vero sonos auscultando occultos: ꝛ quandoq; auscultando magnos et sic de reliquis intelligi potest suo modo. Qua autem exercitij specie hec omnia perfici possint sciendum ꝙ nulla accommodatio reperitur quemadmodum est illa exercitij species que ludendo cum parua spera: siue pila perficitur: in qua quidem si bene cōsideratur membra omnia corporis se mouēt. Et propterea Gal. librum de tali labore composuit: quem sepius in superioribus allegauimus: in quo libro inter cetera dixit. Laudo exercitium quod et corporis sanitatem prebet: et partium conformitatem et anime virtutem quemadmodum est illud quod per paruam fit speram: animam enim est potens ad omnia iuuare: ꝛ corporis partes consimiliter ꝛc. Laudauit etiam Gal. in eo libro aliud predicto fortius exercitium pro robustiorib⁹ omnibus dicens. Quicunq; canum ductiones ꝛ altam venationem adinuenerunt delectatione: ꝛ gaudio: ꝛ curialitate: enim qui in ipsis laborem temperantes: valde sapien-

tes fuerũt:ꝛ naturã hũanã certiſſi me docti. Hoc tamen genus exerci tij ꝓ delicatis ꝯuenire nõ videt̃ ali quo pacto. Et ꝓpterea Auicen. vbi ſupra dixit ꝙ corporis debilis exer citium oportet vt ſit debile:ꝛ corpo ris fortis vt ſit forte:ꝛ ideo vnuſq̃ſ qꝫ homo ſcđm ſe habet exercitium ſibi propriũ ꝛ cõſuetũ:vt idẽ dixit ibidem. quo conſueto ꝛ ſibi conue-niente ſe debet vnuſquiſqꝫ exerce-re:ſicut etiã precepit Raſis in.iiij. Almanſoris.c.ij.cũ ait. Sanitatem cõſeruare volẽti ante comeſtionez moueri neceſſe eſt:motu aũt quiſqꝫ vti dꝫ ſibi cõſueto q̇ vires ipſi⁹ nõ excedat. Et ideo nõ q̃litercunqꝫ oĩs homo ſe debet exercitare vt nõnul li idiote ſũt opinati. Quare ꝛc.

¶ Capitulũ trigeſimũ oſtendit que quantitas ꝛ mẽſura:ſiue q̇s terminus exercitij vniuſcuiuſqꝫ eſſe debeat.

Sicut vtile fuit in ſupe-rioribus de qualita te exercitij determi nare non minus ne ceſſariũ i preſentia-rũ exiſtimo de quã-titate ipſius pertra ctandũ eſſe:quoniã aliqui poſſent opinari ꝙ quodcunqꝫ bonũ ꝑ au-gmentum eius nõ ſolum in meli⁹: ſed etiam in optimum poſſet deue nire:qđ cum ita ſe crederent facile putarent bono:ꝛ intantũ a nobis laudato exercitio q̃ꝫ maxime:ꝛ etiã vltra proprias vires forſitan exer-cendũ eſſe qui nõ ſolũ deciperẽtur: ſꝫ hoc faciẽtes i breui vitã cũ mor-te cõmutarent:quãobrẽ intelligãt quod ſicut moderatũ exercitiuꝫ ad corporis facit ſalutẽ: ſic ad ꝑniciez adducit ſuperfluũ et immẽſuratũ ſcđm ꝙ ſenſit Auicen. in textu com menti.cxlv.canticorũ dicẽtis. Im-moderatũ exercitiũ proprie dicitur labor:quiquidez ſpiritum euacuat ꝛ educit:ꝛ emacerat pingues ꝛ car noſos violẽtia dolorũ:ꝛ faciat cor-pus ſeneſcere ante etatem ſenectu tis. ꝛ in parte ſecunda eorũdẽ ait. Non eſt exercitandũ exercitio ma-gno et forti ꝛc. Cuius ratio a Gal. exprimitur in tertio de regimine ſa nitatis dicente. Nihil relinquitur in corpore niſi ſiccitas ex immode rato motu. Et in quinto libro eiuſ dẽ ſic inquit. Acuta exercitia quoꝝ motus ſunt veloces attenuãt cor-pus. Et infra iterũ dixit. Multa ex ercitia ſiccãt:moderata vera carnẽ faciũt. Qđ et in quarto de ſimplici medicina replicauit dicens. Exer-citium forte ſuperflue fortitudinis et ſolis facit acquirere corpora ca-lida fortia ſuperfluã fortitudinem corpora vero que nõ ſunt ita exerci tium forte:et ſol faciunt acquirere debilitatẽ:ꝛ reſoluunt:et poſtremo infrigidant ipſa. In libro quoqꝫ de exercitio cũ parua ſpera.c.ij.ſic in quit. Fortaſſis exiſtimabit me quiſ piã laudare:ꝛ alia q̃cũqꝫ attenuãt corpus exercitia:hoc aũt nõ eſt ita: immenſuritatem enim ego vbiqꝫ vitupero:ꝛ oẽm artez exercere aio. Oportere qđ cõmenſuratuꝫ eſt ꝛ ſi quid mẽſura caret id nõ eſſe bonũ dicimus. Et cõcludẽs dicit. Igitur neqꝫ curſum laudo attenuãtem ha bitum:neqꝫ oĩno ab exercitio abſti nere iubeo. quã ſententiã ſecutus Haliabas in quinto Theorice.c.j. ſic inquit. Exercitio ſi q̇ temperato rũ corpoꝝ tẽperato vtantur modo ante balneum:ꝛ ante ciborum ho-ram:calor cõfortat̃ naturalis : ſuꝑ-flua a corporib⁹ diſſoluunt̃:mẽbra roborant̃:digeſtio ꝓcurat̃:fitqꝫ in naturaliũ numero que corporis fa ciunt ſanitatẽ. Si autez quiuis eo immoderatius vtatur : laboretqꝫ

plurimum calefit corpus eius: fe-
bres emergūt. Et si imoderate eiꝰ
vsui diutius operam dederit: calor
dissolnitur: naturalis virtus debi-
litatur ꝛ deficit: ꝛ ꝓpterea relictis
extremis mediū in omnibꝰ est eli-
gendū: cū autē metiri hoc mediuꝫ
sit difficile diuersorū anni tempoꝝ
complexionū: etatum: artiū: ꝛ con-
suetudinū diuersitate ꝓpterea pro
regula vniuersali ab vnoquoqꝫ te-
nendū est ꝙ tunc ad debiti ꝛ cōue-
nientis exercitꝫ terminū deuentū
est: cū incipit ad motionē consequi
corporis defatigatio scōm senten-
tiā omniū antiquoꝝ. dixit em̄ Ra-
sis in quarto Almansoris. c. secun-
do. Motu tam diu nemo presumat
donec fatigationē ꝛ multā sentiat
grauedinē. Sed cū vtitur motu ex
quo laxari senserit dimisso motu
statim anteqꝫ aliquā inde conseq̄-
tur lesionē quiescat. quod etiā vo-
luit Hipocrates i scdo aphorismo-
rum aphorismo. xlviij. dicēs. In oi
motione corporis cū ceperit q̄s do
lere: quiescere statim remediū est. ꝛ
Galienꝰ in tertio Techni parte il-
la in gymnasijs q̄n primū incipit
dolere corpus ꝛc. Et in libro de ex-
ercitio cū parua spera cū ait. Quā
tum scōm vnamquāqꝫ vtilitatē in-
tendit ꝛ remitti debeat exercitium
scribere quidē nō est possibile: quā
titasem̄ in vnoquoqꝫ indicibilis ē
in ipsis vero operibus inuenire et
ostēdere possibile est in quo ꝛ ma-
xime dominat̄ ꝛc. Auicen. aūt i ter-
tia primi. ca. sepius allegato clariꝰ
de hac materia locutꝰ est dicēs. In
quātitate exercitꝫ tres res sūt cōsi
derāde. Una ē calor q̄n dū in ipso
bonitas augetur adhuc est hora. s.
exercendi. Secunda est motus q̄n
dum leues perseuerāt adhuc ē ho-
ra. Et tertia est mēbroꝝ dispositio
scōm ipsorum in inflammationeꝫ:
q̄n dum ipsoꝝ augetur inflamma
tio adhuc est hora Cum autem iste
dispositiones ceperint ꝛ sudor va
poralis ꝛ resudatio liquida facta
fuerit dimittendū erit exercitium:
ꝛ finiendū. Que oia in sanis et bn̄
cōplexionatis corporibus sunt in-
telligēda cū in sua naturali dispo
sitione cōseruari voluerint q̄n nō
bene cōplexionata corpora vt fleg
matica quā doqꝫ dictum terminuꝫ
debent p̄terire precipue q̄n perdu-
ci ad melioram dispositionem desi
derarent: quare ꝛc.

¶ Capitulum. xxxj. ostēdit. Que
ab exercitatis sint obseruanda
post exercitium conueniens in
qualitate ꝛ q̄titate.

Quid faciendum sit:
quidqꝫ obseruandū
post exercitium a la
borātibus nolumꝰ
sicco calamo preteri
re: cū ad p̄sentis ꝓ-
positi faciat comple
mentū ꝛ longe magis ad sanitatis
cōseruationē vt ferme cunctorum
hominū error intelligat̄ qui postqꝫ
laborauerint illico ad corpus refi-
ciēdū prolabunt̄. Qd tamē est con
tra philosophorū ac medicoꝝ oim
sententiā cū dicat Aristo. in prima
problematū ꝓblematibus. xxviij. ꝛ
xxx. Qd exercitatis nō debemꝰ con
festim cibum offerre: ꝛ causam sub
iunxit dicēs: q: adhuc nō requieuit
laborās: neqꝫ segregate sunt super
fluitates: in quoꝝ quidē problema
tum vltimo cōmento Petrus padu
banensis noster sic ait. Scias ꝙ il-
le qui exercitatur dummodo fuerit
forte exercitiū seu labor nō debet
statim comedere aut bibere etiam:
immo oportet prius corpus quieta
ri: q: tunc superfluitatibus adhuc
purgatur: tum q: ꝓpter calorē eius

disseminatū p totū nō posset cibos digerere assumptos: cū in digestione oporteat calidū circa vētrē aduenari: vñ ipsi sc3 cibi in superfluitates ⁊ nō in nutrimēta corporis cōuertuntur. ⁊ ideo regula est in regimine sanitatis ꝙ in nimio exercitio positis ante cibū parū quiescere oportet. que sunt verba Damasceni in suis aphorismis ad literā. ⁊ postea in calce cōmenti sic subiūxit. Laborās ⁊ qui exercitat vniuersaliter nō sedatus est a motu adhuc: lz enim videat quiescere exterius mēbra tñ adhuc mouent: ⁊ titillant ꝓpter virtutē mot⁹ impressam sibi ab anima: neq3 etiā superfluitates segregate per motū: sunt expulse oīno. hec ipse. Quiescendū igitur erit post exercitium aliquantulper vt calor naturalis paulatim ad intrinseca retrocedat: postea vero comedendū erit atq3 bibendū secure: dummodo cibi boni post motū assumant dicente Gal. in tertio de regimine sanitatis. ꝙ oēs laboriosi euchimo indigent cibo. Et in tertio de alimentis. c. xxix. Omniū aūt dictoꝝ piscium alimentū optimū nō exercitantibus: ⁊ senibus: ⁊ debilibus: ⁊ cōualescentib⁹: quoniā qui exercitantur magis nutritiuis cibis indigēt. a quo sumpsisse videtur Princeps cum in tertia pmi doctrina. ij. c. vij. dixit. Pisces et que eis assimilantur post laboriosum exercitium comedendi non sunt: corrumpentur enim et corrūpent humores. Et post multa i eodem capitulo expressit. Quid celauerat in eo verbo: ⁊ que eis assimilant. loquens de fructibus sic ait. Si exercitati alijs regant rebus et nō istis. s. fructib⁹ recentib⁹ eis melius erit: qm̄ oīs res que sanguinē implet aquositate q̄ incorpore ebullit sicut succus fructus: licet ea hora iuuamētū p̄stet tamē ipsum scilicet corpus ad putrefactionem parat: qđ autē de his explicauit: et de alijs cachochimis cibis dedit itelligere: qui aūt sint huiusmodi: ⁊ qui euchimi siue boni: ⁊ quomodo vtēdi sint in sequētib⁹ dicemus si omnipotēti placuerit: verūtamen q2 actus coitus vna species exercitij videt esse cum in eo notabiliter corpus laborat: ⁊ in eo consimilia his que de exercitio diximus sunt obseruāda ⁊ fere quātū ad oia cū exercitio videtur cōuenire: ideo de ipso cōsequēter quedā nō inutilia subiungemus: nō ignorātes tamē ꝙ secundū Haliabatē ⁊ Johannitium coitus ipse sub euacuatione contineatur. secundū vero Hali. et Gal. in Techni sub accidentibus anime. Nobis tamē placuit in presentiarum ipsum sub motu collocare ante dicta iam ratione.

¶ Capitulum. xxxij. ostendit qđ sit coitus: ⁊ de qua specie ei⁹ sit determinandū: postremo declarat appetitus mulieris ad venerem insatiabilitatem.

Mordebunt me meliuoli: satis scio qđ de re obscena ad virum castissimū ⁊ cōtinētissimum scripserim. Qui bene cōsiderant ꝙ in verbis turpitudo nō existit: ⁊ ꝙ res ista ad operis hui⁹ faciat integritatē ⁊ ad sanitatis amicorū faciat cōseruationē, itelligēt id poti⁹ scribēdū esse q̄ silētio ꝑtereūdū. Sz ipsis dimissis ad ꝓpositū meū deuenio ⁊ dico cū Cōciliatore i differentia. cxxiiij. ꝙ coitus est maris et femine in membris generationis applicatio: qua superfluum expellitur quātū ad finem speciei vel indiuidui ordinati. Cui⁹ duplex exi-

rit finis. Uenus quidē principa- lior. s. in speciei generationē: vnde in. v. Theorice. c. xxxvj. Haliabas inqt. Natura coitū in animali cō- stituit generādi cā: vt inde species permaneret animaliū. Et iō dixit Isaac in. vj. viatici. Deus in ani- malib⁹ in coitu admirabilē ac in- sepabilē (al's insuperabilē) delecta tionē exhibuit: ne forte coit⁹ abo- minatiōe dstrueret̄ generatio. Per vim nāq; generatiuā species diui no ꝛ imortali esse participātinquā tū possunt. vt in de aīa ꝛ de genera tione animaliū secūdis dixit Ari- sto. vnde Auerrois cōmētator sic ait. Solicitudo diuina cū nō potue rit facere scđm indiuiduū aīal per manere: miserta est dādo ei virtutē qua posset pmanere in specie. hec ipse in. ij. de aīa commēto. xxxiiij. Ali⁹ quoq; coit⁹ finis ē secūdari⁹: ꝛ hic qdē est duplex. Unus qdē vt necessarius ꝛ approbādus ꝛ ad re gimē sanitatis ordinatus: de quo p̄sens propositū determinabit. Al ter vero inutilis magis ꝛ illicit⁹ vt propter delectationē ꝛ paruā ꝯsue tudinē peractus: quē vt finē opti- mū p̄ponunt aliȷs necessariȷs plu rimi. vn̄ Haliabas i. v. Theorice c. superi⁹ allegato ait. Maioris p- tis hominū in appetēdo coitū de- lectationis cā p̄ponit̄: paucorū ꝟo finis ꝛ propositū est liberorū ꝓdu- ctio: de quo etiā coitu in p̄senti ser mone nō intēdo verba facere: pari ter nec de illo q̄ a natura ꝛ a legib⁹ fuit ꝓhibit⁹. de quo Auicē. i. xx. iij. c. v. sic inqt. Coit⁹ quidē cū infanti bus est fedus apud multitudinez gētiū: ꝛ ꝓhibitus in lege. Sz volo de eo coitu dicere qui catholicis ē cōcessus: ꝛ inter maritū ꝛ vxorē ne cessarius: i quo nō solū quo ad ani mā: sed quo ad corpus grauissima ꝛ q̄ plurima cōmittunt̄ peccata su perfluitatis ꝛ inordinationis rōne. Nesciunt enim pleriq; quātum de linquāt: qđ equidē intelligēt si hūc meū librū quādoq; plegerint: ꝛ de sua magis curabūt salute: q̄ꝫ d̄ sua etiā formosissime mulieris delecta tione. Que forsitā erit vt ꝛ alie mu lieres naturaliter isatiabiles. sicut in. xxxix. puerbiorū Salomonis. c. colligit̄. cū tria insatiabilia expo- neret. que fuit sententia Aristo. in iiij. problematum: pblemate. xxvj. in cuius cōmento Petrus paduba nensis noster sic inquit. Mulieres sunt insatiabiles: ꝛ maxime iuuē- cule quarū meatus adhuc sunt an gusti eo q̄ modica est humiditas que cogitur expelli mota ꝛ liquata per fricationē: q̄ quia modica est: cito infrigidatur non potens ex- pelli ꝓpter qđ iteruz appet unt fri cari vt expellatur. Nō est igitur tu tum velle cum eis contendere: ne- dum velle: vt nōnulli faciunt eas superare: q: isatiabiles ꝛ masculis luxuriosiores existunt. iuxta ilind Nasonis de arte dicentis. Molli- bus ī ꝑtis admugit femina tauro Femina: cornipedi semp adhinit equo Fortior in nobis nec tam fu riosa libido est: Legitimū finē flā ma virilis habet. Et fuit sententia Auicenne in. xxj. tertij. capitulo se cundo dicentis. Multiplicatur de- lectatio mulierum in coitu super delectationē virorum propterea q̄ ipse delectantur ex motu sperma- tis viri in ore matricis earum de- scendēdo: ꝛ propter motū qui acci dit matrici: ꝛ propter fricationem. Idem quoq; dixit in nono libro de animalibus vbi inquit. q̄ dupla- tur delectatio feminarum ꝛc. Idē Haliabas in qnto Teorice. Padu banēsi tn̄ nostro placuit i. xv. cōmē to. iiij. problematū q̄ mulierū dele ctatio maior sit extēsiue: itensue ve

ro ea que masculorū maior.quicqd tñ sit:certū est q plurimū delectāt ⁊ in tantū q viri sapientes nō debent velle earum insatiabilē appetitum adimplere:ne superflue coeuntes in nocumēta:⁊ egritudines infra dicendas incidāt:⁊ p̄cipue si ad hoc apti minime existūt : vt in processu scribemus.

¶Capitulū.xxxiij.ostēdit iuuamēta ⁊ vtilitates coitus moderati:⁊ d̄clarat nocumēta que accidūt ex dimissione eius cum assuetus fuerat.

In hoc capitulo viri castissimi religiosi ac ꝯtinētissimi nō igrediūt:tū q̄ iassueti:tū q̄ sobrij:ie iunātes ⁊ ꝓmonētia ad venerē fugientes:⁊ vinū precipue potens in quo:vt Apostolus inq̄t:est luxuria.Sz id qd̄ scribimus ad eos dirigit:oppositū eius qd̄ dictū est faciūt:⁊ ad hos p̄cipue q̄ venerē exercere cōsueuerūt.Qui si eā dimittāt ⁊ ociosam ac lautā mēsam nō reliquerint:intelligāt eis aduenire qd̄ scripsit Galie.in.v.Theorice.c.xxxvi.vbi ait.Si huius sup̄fluitas.s. spermatica:suis aucta in vasis coitu nō purgat:nec poterit eā expellere natura in inguinib⁹ fit ⁊ alijs simul extēsio:omnisq̄ i corpore grauitas sepeq̄ suis sperma calefit in vasis fitq̄ febris qm̄ mēbra hec q̄dem post illa calefiūt donec cordi calor ille cōtinuet:nonnūq̄ aūt ei⁹ ascēdunt ad cerebrū vapores: vbi ⁊ pessimos generāt morbos. ⁊ infra magis addidit q dimissio coitus hebetudinē sensuū ⁊ intellect⁹ parit.⁊ capiti accidit grauitas ⁊ visui tenebre:⁊ frāgit corp⁹:⁊ appetitus iminuit ciborū:⁊ nōnunq̄ cōplexio declinat a statu suo.Aliquotiēs etiā patit maniā ex vaporib⁹ spermatis ad cerebrū ascēdētib⁹ sepe quoq̄ fit corpori frigus:⁊ nō nūq̄ tremor p̄cordiorꝫ pectoris attractio:sepeetiā scotomia ⁊ vertigo ⁊c.Cui⁹ simile dixit Hali rodā in iij.techni.cōmento.xxxi.cuius hec est series.Si superfluitas aggregata in corpore ex spermate:⁊ non egredit per coitū coarctat in corpore:⁊ generant ex ea egritudines male.qd̄ est q̄ ex coarctatione seminis generant ex eo vapores mali q̄ ascendūt ad cor ⁊ cerebrū et stomachū ⁊ corrūpunt sanitatē illorū membrorꝫ ⁊ generāt egritudinem.Et fortasis ex eo est aliqd simile veneno viperino:sicut accidit ei q̄ cōsuenit cultū ⁊ dimittit eū lōgo tempore ex debilitate appetit⁹ cibi ⁊ pigritia a motibus a generatiōe humoris melācholici ⁊ fortasse corrūpitur ⁊ exiccat ex eo qd̄ est simile virtuti veneni:sicut illud qd̄ accidit viduis ex suffocatiōe matricis:⁊ multis virorū qui moriunt ex eo subito.hec ipse Hali ad literā a q̄bus videt princeps accepisse in p̄ia tertij tractatu quinto capitulo octauo cum dicit.Quādoq̄ accidit homini vt in vasis suis seminalibus aggregetur sperma plurimū ⁊ corrumpatur et infrigidetur et conuertatur ad qualitatem venenosam et accidit ei sicut epilepsia. Et in vigesimo tertij .capitulo decimo sic ait . Plurimorū quorum complexio requirit coitum : cum ipsum dimittunt infrigidat corpus et cadit appetitus cibi:ita vt ipsum etiam non recipiat.⁊ postea subdit.Et quandoq̄ accidit viro ex dimissione coitus ⁊ abundātia spermatis ⁊ frigore eius et conuersione ipsius ad ventositatē:⁊ forsitā vult dicere ad venenositatez vt mittat sperma ad cor ⁊ cerebrū va-

porē malū vētosuz: vl' magis credo venenosuz: sicut accidit mulierib⁹ ex coartatiōe matricis. Et itē in xxj. tertij. capitu. ij. sic ait. Retētio spermatis est mala valde. Et in cā ticis etiā dixit Coit⁹ cōmēdat iu= uenib⁹: quaten⁹ p eū a nocumētis pniciosis liberent. in cui⁹ comēto scilicet. cliij. dixit Auerrois. Si coi= tu vsi nō fuerint attingēt ei morbi magni ꝛ illaudabiles. Quod etiā sensit Haliabas loco superi⁹ allega to cū ait. His itaq; de causis si vta tur cū opus sit hō coitu ꝛ cū i suis huiusmodi supfluitas auget vasis sentitq; in corpore grauitatē ꝛ titil lationē: stat im vt celebrauerit alle uiatū sentiet corp⁹ i pigritiā: vētu tēq; ꝛ ei⁹ auget appetitus. Deinđ subiūxit. Si ergo coitu vt oportet qs vtat: cogitatiōes cedūt: ira miti gat: melācholie pdest passioni: p= dest etiā phlegmaticis morbis: sō= niorūq; medet multitudini ꝛ appe titū ɔfortat. Et propterea dixit Al māsor in libro quarto capitulo sex to Uiri pterea ac mulieres cū ap= petūt coire debēt: qđ qdē faciāt na ture nō repugnātes. Cui⁹ causaz ꝛ rōnē idē subiūxit i cap. xvij. eiusdē libri cū ait. Coit⁹ corp⁹ repletū al= leuiat ꝛ animā hilarē ꝛ letā efficit eiusq; auget leuitatē. Irā quoq; se dat: ac cogitationē remouet. Et in fra. Coit⁹ pterea caput alleuiat at= q; sensus. Que qdem fuit sentētia Aristo. in. xxx. problematō proble= te primo dicens. Post venerea plu rimi magis leti fiunt quicunq; superfluitatem multam emittunt cum spermate: alleuiantur enim a superabundantia superfluitatis: ꝛ hec ē. s. cā letitie. a q sūpsit Auer rois cū scripsit i. vj. colliget. Coit⁹ moderato vsu ɔueniēs existit. Qđ nō cōcedim⁹ nisi q: sperma ē vna supfluitas pparata a natura vt ex pellatur sicut ꝛ alie supfluitates: ex cepto q̄ i se bona est ꝛc. Hec quoq; fuit sapiētis Gal. sentētia in sexto de regimine sanitatis. Cōmune ve nereoꝝ actuū cōmoderatio. naz in culpabilib⁹ cōstructionib⁹ corpis neq; oportet omnino a venereis ab stinere. Et in. vj. iterioꝝ. c. iiij. Uir= tus spmatis fortis est: in mulieri= b⁹ aūt frigidius ꝛ humidi⁹: ideo q; necesse est a mulierib⁹ emitti mul= tā spermatis q̄ntitatē habētib⁹. Qđ etiam viris necessariū est ꝛ sangui neis maxime q nisi nubant caput eoꝝ aggrauatur: febricitant: appe= titus ꝛ digestio debilitantur. Co= gnoui ego quosdā: q cum abstine= rēt se pp̄ter venerabilitatē infrigi= dati sunt. Alij vō ceciderūt in tristi ciam absq; vlla cā. ꝛ in fallas cogi tatiōes: sicut melancolici: ꝛ appeti tus et digestio infirmate sunt. Ui= di quoq; alios pp̄ter angustiā vxo ris sue abstinuisse: q fuerāt assueti sepe coire: vnde appetitus eoꝝ de= ficit: ꝛ paululū comedebāt: ꝛ nō di gerebat sz multū vomitu eijciebat. Qđ cōsiderās certificauit cōtinen= tiā coeundi magis q̄ mēstrua no= cere. maxime corporib⁹ in quibus mali humores sunt: ꝛ assuetis re= quie. Et postea subdit Diogenes in hmōi abstinentia fortissim⁹ fuit coitu tamē semp vsus est: cū sciret nocumētum a spermate sibi nō fo= re modicū si abstinētia pateretur: fertur eñi pueris iussisse meretricē accersiri: q cū moraretur mēbrū fri cās polluisse. Cūq; meretrix venis set. ait: qđ volui manus mea fecit. Unde mōstratur q̄ venerabiles nō faciūt hoc causa delectatiōis: sz vt supfluitatē emittāt: hec ipse Galie n⁹. Fidelib⁹ tamē innuptis nō licet hmōi ppetrare. et pp̄terea dicebat Apostol⁹ prio ad corithios septimo. Qui nō se cōtinēt nubāt, ꝛ prio ad

Timotheū.v.Uolo aūt iuniores nu bere ꝛ filios procreare ꝛc. Qui aūt nubere nolunt aut nō possūt: vt qꝛ sacerdotes sint ꝛ a venere abstinere voluerint sine lesione debēt ab inducētibꝰ eam ꝛ promouētibꝰ infra dicēdis se precauere. vt in duobus vltimis de hac materia capitulis ostendemus.

¶ Capitulum .xxiiij. declarat que nocumenta proueniant ex superfluo coitu ꝛ frequentato: in membra ꝛ totum corpus.

Nocumēta supflui coitꝰ sunt lōge plura ꝙ̄ vtilitates ꝛ iuuamēta moderati. Unde licet superius moderatus coitꝰ sit approbatꝰ ad salutē corpis robusti ꝛ iuuenis cōseruādā: sic ipresentiarū supfluus ꝛ frequētatꝰ coitus detestatur: cū nō solū aliqbꝰ partibꝰ: sed etiā toti corpi nocumenta eiꝰ sint cōmunia. Nocet eñ oculis primo: vt voluit Auicē.i tertio tertij.c.v.cum dixit. Multiplicatio coitꝰ est nocibilior res oculo ꝛ similiter multiplicatio ebrietatis ꝛc. Qd̄ etiā sensit Rasis in quarto almāsoris.c.xvij.dicēs.q̄ coitu sepe vtitꝰ oculoꝝ hꝫ cōcauitatē. Et ifra. Coitꝰ multꝰ ꝛ frequens oculos fortiter ledit. Que etiā fuit Aristo.sentētia i quarto ꝓblematū ꝓblemate.ij.dicētis. Plurimo coitu vtētes manifestissime in oculis ꝛ anchis patiūtur. ¶ Nocet quoqꝫ neruis coitꝰ plurimꝰ: vt dixit princeps i scd̄o tertij.c.j.ꝛ Rasis vbi supra.atqꝫ neruosis mēbris oibꝰ.ꝛ ꝑcipue stomacho dicēte Auicē.i.xiij. tertij.c.vltimo ꝑmi tractatꝰ. Coitꝰ est ex rebꝰ magis nociuis stomacho ꝛ dimissio eius est ex rebꝰ maxime cōferentibus ei. Et in decimo eiusdē capituli.v.inquit Dimissio coitus est cōuenientior res ei q̄ habet stomachū debilē.ꝛ deuitēt ipsum de mulieribꝰ q̄ abortū patiūtꝰ. Que fuit sentētia Aristo.i.iiij.problematū problemate.xvij.di. Coitꝰ infrigidat vētrē ꝛ exiccat. ¶ Nocet ꝓterea etiā coitus faciens accelerare senectutē.vt inqt Hali in.iij. Techni.cōmento.xxxvij.dicēs. Et nō factus est error multis in coitu nociuus: nisi qꝛ ꝓpter multitudinem eius accidat in corpore senectꝰ festina ante horā suā: ꝑcipue ille cuius cōplexio testiculorū est frigida ꝛ sicca. Qd̄ etiā ꝯfirmat Auerrois, i.cātico.ū cōmēto.clvj.dicēs. Nō solū hoc dicimus ꝙ multus coitus debilitat corpus quinimmo qd̄ diminuat ꝛ abbreuiet valde vitā: faciatqꝫ eā valde breuiter ꝛ celeriter terminari. Aristoteles enim asserit ꝙ animalia multi coitus sunt breuioris vite probās hoc ꝛ cōfirmās ex passeribus.que non viuunt nisi per annū solū inducens super hoc probationē: quoniā nō apparet nigredo super guttur illoꝝ q̄ videtur in autūno q̄ quidē nigredo significat super senes ex eis. Aristote. quoqꝫ.iiij.problematū problemate.xxi. inquit. Coeuntes exoluūtur ꝛ infirmiores fiunt vt frequenter. Et ꝓpterea multus coitus debilitat corpus: facitqꝫ ipm hereditare varias species nocumētorum ꝛ dolorum: vt inquit princeps in canticis textu cōmenti.clvj.ꝛ in.xxiij.tractatu primo.c.quinto sic ait. Coitus euacuat de substantia cibi postremi: quare debilitatē affert cuius simile alie non afferunt euacuatiōes: ꝛ euacuat de substantia spiritus rē plurimā propter delectationē. Et propter illud qui plus delectantꝰ plus sunt cadentes in debilitatē: ꝛ coitus quidē velociter facit peruenire illum qui plurimum eo vti

tur ad infrigidationem sui corporis causa sui: et ad resolutionem caliditatis inate et ad mortificationē virtutis: et preparat ipsum in primis ad caliditatē fumosam adeo donec multiplicentur sup ipsuz pili. dei nde succedūt ei infrigidatio cōpleta et debilitas sensuuz: visus auditus: etc. et ad multas pducit egritudines vt idē ibi dixit. q quidem fuit sententia Almāsoris loco allegato dicens. Est etiā valde obseruāduz ne quis coitu sepe vtatur: et precipue q ex eo velociter debilitatē incurrit ac appetitiue consequtur destructionē. et post aliqua subiūxit Quo etiā si quis vsus fuerit ethicam incurret: coitus etiā multus et frequēs neruis magnū infert nocumentū: oculosqz fortiter ledit et corpis vires destruit: corpusqz corrūpit ac debilitat: ad seniū quoqz cito adducit. hec ipse. Nō solū aūt cito senescere facit: sz etiā mori qz facile supflue ipso vtētes dicēte Galie. in scdo de spermate. c. penultimo hec vba. Nō solum a serosa humiditate priuarioēs animales particulas accidet ex supfluo coitu: sedet de vitali spiritu. Etenim et de hoc ex arterijs euacuat cū spermatica humiditate. Quocirca nullum mirabile est ibecilliores effici coeuntes multū priuato vniuerso corpore ab alterutro purissimo: adueniente aūt et delectatione: q est in ipso q p se sufficit exoluere vitale robur: nā quidā superflue delectati mortui sunt. hec ipse Sed vt cum Conciliatore nostro in differentia. cxxiij. oia vnico cōprehēdā verbo. dico qz omnē corpi dispositionē acquirit prauā coitus supfluitas et frequētia: et ad summū totā animam dissipat et corpus corrūpit. Cuius quidē rō est qz coitus est emissio pure et naturalis caliditatis. vt i quito dicitur de animalibus. Et ideo ppter paruuz errorem euacuationis ipsius fit magnum nocumentum. vt Auerrois inquit in. vj. colliget. Et fuit sentētia Haliabatis i. v. Theorice. c. xxxvj. dicētis. Nō ē em sperma quemadmodum alie superfluitates: qbus oino natura non indiget qlia sunt emūctiones: sputa sudor: vrina: et similia sed ex meliori fit q i corpore est substantia ac laudabiliori. Et post pauca subiūxit. Generatur etem sperma ex claro puroqz sanguine: quo principalia et prima pascūtur mēbra. postea cōcludit dicēs. Cuz igitur coitus mēsuram excesserit: licet non tanta eo quantitatis vt phlebotomia vel aliter euacuetur: vehemētior tamē accidit inde virtutis dissolutio. Et ppter hoc quādo de homine sperma exiuit: multum discoloratur et debilitat suum corpus magis qz si quadragesies exierit de eius corpore sanguis tātus: qz sperma est res habilitata vt trāseat in mēbra. sicut in. iij. lib. dicitur de animaliuz generatione. Et ideo q vxores habēt perpulchras: qztū delinqnunt intelligāt. Et in senectute si ad eā peruenerit: podagras expectēt: qm coitus nocet neruis: et ē magis adiuuās ad hoc vt fiat podagra. sicut Rasis inqt i libro diuisionū. c. cxx. et fuit sentētia Gal. i. vj. aphorismoz. cōmēto. xxx. dicētis. Coitus est fortis causa in generāda podagra. Simus itaqz hac i re tēperati: ne podagras et alias supradictas incurramus infirmitates: aut mortem ipsam sicut aliquos quos nouimus interiere.

¶ Capitulum trigesimū quintum ostendit quibus naturis seu cōplexionibus coitus maxime noceat: et in quo anni tempore.

Ut error superflui coitus omittatur: ꝛ presertim ab his quibus maxime nocinus existit: mihi videtur tanquam vtile ꝛ necessariū scribendū esse: q̄ sunt hmōi quibus plus aliis plurimi coitus frequētia sit interdicta. Et dicemus prio q̄ vt sentiūt sapiētes: hi maxime sunt q̄ sicce ꝛ frigide cōplexionis existūt: ꝛ q̄ melācholice macilēti ꝛ debiles naturaliter sūt fabricati: modicū sanguinis ꝛ carnis habētes. Et q̄ ita sit ptz per Haliabatē in.v. Theorice dicētem. Cū vero est corporis frigida ꝛ sicca cōplexio: ꝛ hois eiusdē cōplexionis testes corpus exile color viridis albus aut croceus eiusq̄ i corpore sperma ꝑpaucū: si hmōi coitū exerceat refrigeratur corpus: naturalis debilitatur calor: ꝛ rarefactum enervatur: nervi imbecilles fiunt: supervenit illi tremor aie marcor cardiaca: appetitus ciboꝝ defectio sicci fiūt illi morbi: artetica: pectoris passiōes ac pulmonis. In cuius vsu si fuerit frequēs corpus cōsumitur ꝛ deficit spasmus accidit. Et cōcludit deide. Quare ab hmōi dominio cōplexiōis cavēdus est coitus. Sed iam dictis nō minus mala in quā brevibus adduxit Hali rodoā i iij. Techni cōmento.xxxvij. cū ait. Ex multitudine coitus accidit senectus in corpore festina ante horam suam: precipue illi cuius complexio testiculoꝝ est frigida ꝛ sicca. Quod etiam sensit Avicen. in canticis textu commenti.xix. dicens. Coitus nequaq̄ concedat macris: senibus: aut debilibus. Et Averroys in.vj.colliget.c. de regimine corporū calidoꝝ in fine sic inquit. Et coitus nocet plus ceteris oibus complexionibus: supple q̄ calidis: maxime aūt frigidis ꝛ siccis. Et inter cō plexiōes calida ꝛ humida supfluū potest levius tolerare: ꝛ q̄ peiores sunt frigide ꝛ sicce: humidi vero.s. phlegmatici medio mō se habēt circa illōs. q̄ fuit sentētia Rasis in.iiij. Almansoris.c.xvij.dicētis. A coitu etiā corpa habētes sicca: vt ab inimico interficiēte: sibi cavere debēt quo etiā si q̄s.s.macer multū vsus fuerit: ethicā incurret: convalescētes quoq̄ ac debiles atq̄ macri: et quoꝝ nervi sunt debiles: coitū omnino vitare debēt. Et nos addimus de auctoꝝ intētiōe in prescripto.c. q̄ debilē habētes stomachū aut visuꝫ: aut auditū: aut aliquē alioꝝ sēsuꝫ: ad coitū frequentē nō accedāt. Et similiter q̄ debilitatē appetitus patiūtur: aut calculos ꝛ hmōi: quoniā inde manifestissimum ꝑcipiēt nocumētū: rōne etiā etatis cōsiderata grādiores cōtineātur a coitu supfluo inquantū possunt. Seniores vero caveāt coitū omnino. Similiter ꝛ insueti ꝛ precipue in autumno fugiēdus est coitus quoniā est tēpus nature ac vite cōtrariū cū calor i eo naturalis debilitetur: ꝛ siccitas fiat fortior. dixit Avicē.i.ij.f. summa de pulsibus.c.ix.ꝛ.f.iiij.tractatu.ij.c.viiji.ꝛ fuit sentētia Gal.i iij.aphorismoꝝ.cōmento.xxiij.dicētis. Stomachus ꝛ intestina maxime patiūtur in autumno: cū frigidū ꝛ siccū tēpus sit: in quo maxima est gravitas ꝛ intēperies. vt idē iquit in libro de spermate. et ꝑpterea est tēpus mortiferū. teste Aristo. i prima problematum. problemate.xxvij. In eo itaq̄ maxime coitus est fugiendus: ꝛ presertim a macilentis ꝛ debilibus vt dictū est: quia facile egrotarent. Similiter licet non tantum in estate: audacius antem in hieme et vere: semper tamē hoc observando: vt potius raritati q̄ freqnētie ꝛ multitudini intēdatur.

Capitulū.xxxvj.

¶ Capitulū.xxxvj ostēdit qb⁹ naturis ⁊ corporibus coitus tēperatus maxime conueniat: ac superfluus ⁊ frequens minus noceat.

Volo vt ex hoc capitulo q̄ nondū vxorē duxit: bñ consulat si eaȝ ducere possit sine sui corporis ac sanitatis detrimento: lȝ vnusq̄sq̄ ferme sibi videat̄ fortē robustum: ac bene cōplexionatū esse: atq̄ȝ bene quotidiano coitu sufficienteȝ. In hoc tñ errant plerīq̄ qui post paucum ēt temporis spacium: postq̄ȝ vxorē duxerint ex venere frequentata discolorantur: debilitant̄: macrescūt: infirmātur atq̄ȝ non pauci (vt nostris visuȝ est tēporibus) interire. Quod ne reliq̄s accidat: animaduertant queso si infra dicendas has habuerit conditiones. Quaꝝ prima hec est: q̄ corpora habeant grossa rotunda: ⁊ sanguinem multū: ac venas amplas: ⁊ colorē rubeum: multosq̄ȝ pilos. vt Rasis inq̄t in iiij. Almāsoris.c.xviij. Que ēt fuit sententia Aristo. in.iiij. ꝓblematū ꝓblemate.xxj. ⁊ Galienus in sexto de regimine sanitatis dicētis. Innoxia venerea solis humidis ⁊ calidis ⁊ omnib⁹ q̄ natura multi sunt sparmatis: Nꝯissimi vero siccis cōplexionibus venerei actus: ⁊ ampli⁹ q̄to fuerit siccitas frigiditati cōmixta ⁊ precipue cuȝ crasis testiculoꝝ fuerit hmōi: vt in p̄cedenti patuit.c.v. talis cōplexio est semita ad mortē: vt in.ij. de cōplexiōibus idē dixit. Secūda cōditio respicienda est in qua etate sint cōstituti. Qm̄ vt consiliator inquit maxime conuenit iuxta adolescentie finē: cū corporis augmētum incipiat desinere ⁊ ante paꝝ ac in iuuentute demū ⁊ in reliqua adolelescentia. In prima tñ maxime nocet modicum etiā superfluus: cuȝ adhuc augmentum sit sufficienter intensum sintq̄ȝ diminuti adhuc ⁊ debiles. Deinde ⁊ minus cōpetit coitus in senectute scilicet prima minime vero in senio. Et fuit sententia Ga. in secūdo de regimine sanitatis cū dixit q̄ post labores sequi debēt cibi ⁊ pot⁹: deinde somni: postea v̄o venerea: debētib⁹ q̄dem venereis vti. ⁊ subdit. Alia nāq̄ȝ cuncta communia oīs sunt etatis: venerea vero adolescentiū solū. Et ideo hali abas ēt in.v. Theorice. Iuuamēta coitus omnia adolescenti ascripsit ⁊ iuueni primo: nec cuilibet tali: sȝ sanguineo rubeo forti ac sano: vt ptȝ ex serie ipsius in.c.xxxvj. Et ꝓpterea delirant senes qui puellas non sibi: sed alijs potius ducūt vxores: vl' filijs eorum adhuc crescentibus ac teneris feminas copulant: cum vtraq̄ȝ etas illa sit a venere ꝓhibita. vt diximus. cui⁹ vsus inordinatus: vt padubanensis inquit: precipue nocet sexui masculino: femelle vero parum: cum in eo laborent minime. Considerēt preterea nubere volentes si preter hoc quod carnosi ⁊ iuuenes fuerint bene colorati: ac naturaliter rubei vt sanguinei existant qm̄ vt idem ait Consiliator. ⁊ est mens antiquorum: coitus habētibus colorem rubeuȝ flauū precipue conuenit ⁊ per flauum intelligo hoc in loco rubeum obscurū ⁊ nō clarum qui cholerā ⁊ sanguinem subtilem: et non verū ⁊ bonum sanguinē ostendit in corpore dominare. Habentibus autem colorem albū qui phlegma significat vt Princeps ait in.ij. j. doct.iij.c. iij. coitus etiā interdicitur. Dicit eniȝ Auicēna ibidem. Albedo signum est priuationis sanguinis: aut paucitatis ipsius cum frigiditate quoniaȝ si cuȝ caliditate esset ⁊ humore cholerico: esset citrinitas. ⁊ subdit quod color rubeus significat multum sanguinis et ruffus ⁊ subruffus significant caliditatem: sed subruffus plus significat choleram rubeam: ⁊ ruffus significat sanguinem cholericum. Et per eo lorē

russum intelligimus illum quem dici: mus rubeum clarum. Qui igitur colo rem habuerit rubeū et nō russum aut subrussum: maiorē ꝛ laudabiliorē ha: bebit sanguinis quantitatē: ꝛ per con sequēs tutius poterit veneri indulge: re: qui autem colorē brunū siue fuscū habuerit minime: qm̄ vt Princeps ait vbi supra. Color fuscus vehementem significat frigiditatem: ob quā minui tur sanguis ꝛ congelatur: et ille pau: cus ad nigredinem tendit: et cutis mutat colorem. Demum considerent consuetudinē suam iam assueti assue: tos labores ferre: etiā si fuerint imbe cilles facilius ferunt. teste Hippocra: te in secundo aphorismorum. aphoris mo. xlix. His igitur obseruatis si om: nia consentiunt: aut plurima: secure quis ducet vxorem: si vero prohibue: rint: minime.

¶ Capitulum. xxxvij. ostendit in quo anni tempore: et in qua hora diei naturalis sit veneri operam dandum securius.

Quantum autumni tempo re noceat veneri indulgere in fine. xxxv. capituli dictū est. In qua aūt parte anni bene carnosi iuuenes et ce teri possint vti frequētiori coitu secu: rius: nondum dictū fuit: sed in presen ti dicemus: et in qua etiam hora diei hoc facere debeamus ostendemus: vt minime nostra causa errare cōtin: gat. Dicam⁹ igitur primo sicut in au: tumno plusq̄ȝ in alijs coitus nocet: sic in vere per oppositū confert: aut saltē minus nocet: cum ver sit sanissimū tē pus ꝛ minime morbiferū: vt dicit Hip pocrates i tertio aphorismorū. apho: rismo decimo. In cuius cōmento Ga: lienus inquit. Uer est ceteris tēpori: bus sanius: quia tēperatius alijs. Et infra. Uer (sicut diximus) in suis tem: peratum est cōplexionibus. Et in pri: mo de cōplexionibus. c. iiij. sic iterum ait. Qui existimat quod ver sit calidū ꝛ humidū: ꝛ non sit equale: errāt ma: nifeste: quod intelligēdū est respectu corporis tēperati: respectu tamē alio: rum temporū anni sine dubio calidū est ꝛ humidū: vt Cōciliator voluit in differētia sexagesimasexta. ꝛ fuit mēs Galieni in primo de febrib⁹ ad glau: conem. c. ij. dicentis. Uer calidum est ꝛ humidū: vt est sanguis i nobis. que etiam fuit sententia Aristot. in quar: ta problematū. ꝓblemate trigesima: prima dicentis. Natura veris calida est ꝛ humida: et propterea in eo ope: rationes nutritiue sunt perfectiores: ꝛ hoc non accidit nisi propter multi: plicationē caloris naturalis in corpo re. vt inquit Auerrois in. ij. colliget. c. vltimo. Et propter hanc rationem tu tius in vere possimus veneri indulge: re. In hyeme quoq̄ȝ satis etiā secure idem facere non dubitamus: licet fri: gida sit ꝛ humida. vt dixit Auic. in. ij. primi. et Galienus in primo de febri: bus ad glauconem. c. ij. Tamen quia calor in hyeme interiora ingreditur: ꝛ ibidē adunatur: propter hoc in hye: me digeritur multū: ꝛ per consequēs mult⁹ cibus est appetēdus. teste Ga: lieno in primo aphorismorū. cōmen: to. xv. ꝛ Auicenna in secūda primi. do ctrina secunda. c. sexto dicēs. Hyems ad digerendū est melior propterea q̄ frigus substantiam caloris innati cō: prehendit vnde fortior efficitur ꝛ non dissoluitur. ꝛc. Et ob hanc causam in hyeme coitus non prohibet: sicut per oppositas causas idem in estate no: cibilior ꝛ prohibit⁹ magis existit. In autumno autem omnino detestatur. Hoc est igitur quod dicimus de coitu respectu temporis anni. Sed de horis diei naturalis idem ferme asserimus quod de horis exercitij dicebamus. Unde coitus fieri non debet nisi cor:

pus eo modo quo ibi diximus prepa=retur: sicut nobis innuit haliabas in v.theorice.c.xxxvj.cũ ait. Si cibo homo repletus: aut potu coitu vtatur debilitas eius fit corpori: eneruatio neruie: dolor in genibus: aliarũq; continuationũ: viscerũ oppilatio: generanturq; abinde humores grossi: cuius vsus si hoc fiat modo frequẽs et assiduus hidropisis sequitur asma ꝛ tremor. Si vero famen patiens quis ad coitum accesserit: aut sitis molestia pressus: aut aliqua certa euacuationum specie exinanitus est: vt vomitu: solutione: phlebotomia ꝛ his similibꝰ aut statim post balneum: vel laborez vigiliasq;: aut etiam post grauem tristitiam: corpus consumitur ꝛ desiccatur: calor dissoluitur naturalis: ciborũ immutatur appetitus: tenebratur visus: oculi fiunt concaui: ꝛ nõnunq̃ defectus accidit ꝛ spasmus ꝛc. Et ꝓpter ea dixit Auicẽ. in.xx.tertij.c.x. Coitus bonꝰ est ille qui fit in hora anteq̃ superfluitatũ sequitur euacuatio ꝛc. Qđ dictum sic intelligendũ est: scilicet anteq̃ hora aduenerit in qua expellere oporteat superfluitates: quoniã cum ipse stimulant ꝛ exitum petunt: tunc iam hora coeundi pertransiuit. Et qđ ita sit: patet per ipsum dicentẽ in.c.ij. eiusdem. Et oportet ne coitus fiat necessitate fecis: aut mingendi mota: neq; cum exercitio et motu: aut post passionem animalem fortem ꝛc. Et postea subiũxit. Et oportet etiam ne coitus fiat super repletionem: quia prohibet digestionem et debilitat. neq; cocat aliquis cum adest vacuitas iterum: hoc enim est nocibilius ꝛ onerosius nature: ꝛ magis perncčãs calorem innatum: ꝛ magis attrahens liquefactionem ꝛ ethicam. imo oportet vt fiat cum cibus descendit a stomacho: ꝛ completur digestio prima ꝛ secunda: ꝛ mediatur dispositio in digestione tertia. Et oportet ne coitus fiat super satietatem nauseatiuam: et post euacuationes fortes ex vomitu ꝛ fluxu ventris ꝛ motus corporeos et animales ꝛc. Que fuit sententia Galieni in tertio Techni textu commenti.xxxviij. dicentis. Tempus vsus coitus est quando perfecte medium earum que extrinsecus omnium circunstantiarum: neq; super repletum corpus: neq; indigens: neq; infrigidatum: neq; supercalefactum: aut exiccatum: aut humectatum immoderate. Si vero peccet aliquando corpus: paruum esto peccatum melius vero id est minus malum est calefacto magis q̃ infrigidato: ꝛ repleto magis q̃ euacuato: ꝛ humectato magis q̃ exiccato corpore vt venereis hec ipse. Tamen periculosum est super repletionem ꝛ cenam vt communiter fit velle coire: quoniam incurrit podagras et dolores alios ille qui vtitur coitu immediate post cibum sumptum sicut dixit Auicenna in canticis textu commenti. clv. Recte igitur intelligatur verbum illud Gal. melius repleto q̃ euacuato corpore vti venereis. Obseruent itaq; ea que dixímꝰ de coitu qui suam incolumen cupiunt sanitatem conseruare.

¶ Capitulũ. xxxviij. ostendit que fugere debeant religiosi ꝛ que dimittere volentes a coitu abstinere.

Sed cum plerięq; viri continentes ꝛ religiosi reperiantur: qui suã omnipotẽti deo vouerũt castitatẽ: quibꝰ precedẽtia dicta de venere non modo nõ sunt vtilia: sed nec quidẽ ab eis legenda aut inspiciẽda sunt: cum

poti⁹ omni ingenio oiq3 diligētia mē
te ac corpore ea que venereis sunt fu
gere conent̃. his ergo hoc capitulum
cōpilaui nō modo eis vtile. verū etiā3
necessariū vt q̄ desiderant sine mole
stia ac sine aliqua tētationē facilius
consequi valeant. Quod tñ pluribus
est difficile eo q̄d que venerē ꝓmouēt
nō intelligant neq3 que ip̄a3 extingāt
mortificentq3 nō cognoscāt: quos in=
tendo in presentia docere dicens cu3
Aristo. in scd̄o posterioꝝ. c. j. q̄ causa
⁊ effectus seinuicē inferūt si vniuersa
liter ⁊ adequate sumant̃. Sic igit̃ vbi
erit sufficientia causarū alicuius effe=
ctus: proculdubio ipse ꝓducetur ab
eis in esse. ⁊ per oppositū vbi sufficiēs
erit destructio taliū causarū ⁊ talis ef
fectus adnihilabitur sine dubio. Desi
derantes ergo coitū fugere debent ⁊
causas ipsum ꝓmouentes auferre ali
ter eñ positis causis ⁊ effectus conse
quetur. Cause eñ in venerē producē
tes principales he sunt. s. ventositas
erigens ⁊ semen purgari ac expelli ꝓ
curans incitansq3 ad hoc sine aliqua
intromissione ⁊ precipue si multe fue
rit q̄titatis ex quibus desiderium sur
git ⁊ tentatio manifestatur. Quod cū
viderit diabolus: monti persuadet vt
turpia cōcipiat: feminas desideret: ce
teraq3 talis viris religiosis abomina
bilia. Hec autē tentatio sepius venit:
multosq3 aggredit̃: atq3 fragiles om=
nes corrūpit: fortiores aūt ⁊ bñ arma
ti viriliter resistentes vix illesi possūt
subterfugere. Quod tñ nō esset si cau
sas illas. s. ventositatem ⁊ semen non
admitterēt. Sed dicet q̄s hoc in nostra
potestate non cōsistit vt naturā suas
ꝓducere operationes impediamus:
si eñ aliquis calidos renes ac testes
plurimum sanguinis attrahentes: et
ipsum in semen conuertentes habue
rit quomodo prohibere poterit semi=
nis vel ventositatis generationē. Cui
respondebimus ⁊ dicemus quod fiat
illa caliditas erit naturalis aut acci=
dentalis: ⁊ quecunq3 fuerit illa remit
ti pōt cum frigidis rebus interi⁹ ⁊ ex
terius administratis fugiēdo supinū
decubitum ac grabati mollitie3 atq3
caliditatem: que aūt debeāt esse talia
infrigidantia: medicus electus s̄m cō
plexionem ac caliditatis intentione3
vel remissionem corporisq3 proprieta
tem: ⁊ vt sue sapientie videbit̃ ordina
bit. Multitudo autē sanguinis ab ea
membra trāsmissi medici opera nō in
diget sed patiētis parco regimine san
guinis calidi ⁊ acuti diminutiuo. Di=
minuitur aūt sanguinis superfluitas
superabundantiā nutrimēti prohibē
do: quoniā in repletione est venus vt
dicit Aristo. in decimo problematum
problemate. xlvij. ⁊ precipue si talis
repletio ex bonis ⁊ delicatis cibarijs
fuerit: ⁊ maxime sperma multiplican
tibus: vt carnes columbinorū passerū
hedi: ⁊ similiū. Vñ Auic. dicit in vige
simo tertij ca. xxj. Meliores ad sper=
ma cibi sunt q̄ fiunt ex carne hedi pin
guis masculi ⁊ carne ouina cicere ⁊ ce
pe ⁊c. Qua ēt sorbilia: lac pisces cum
aromatibus calidis ventosis: vt zin=
zibere pipere galāga ⁊ similibus. Cu
ius ratio ponitur a Gal. in quinto de
simplici medicina dist. sexta. c. secun=
do dicente. Res prouocantes sperma
sunt res que aperiunt: ⁊ earum calidi
tas tanta est q̄ non exiccat propter
hoc igitur predicta aromata faciunt
ad venerem. Similiter cepe: baucie:
faba: faceoli: cicer: enula: ⁊ talia vēto=
sitatem multiplicando. Anisu3 quoq3
⁊ feniculus: amigdale: phistici: auela
ne ⁊ hmōi vitari debent. ⁊ vinum pre=
cipue potens: ⁊ dulce in quo est luxu=
ria: vt Paulus inq̄t. ⁊ Ouidius de re=
medio cum ait. Quid tibi precipiam
de bacchi munere queres. Spe bre=
uius monitus experiere meos. Vina
parant animos veneri faciūtq3 libidi
nis aptos. Et fuit sententia Aristote.

in tertio problematū problemate pri=
mo dicētis. Vinū venereos facit. ⁊ re=
cte dicitur bacchus ⁊ venus adinuicē
sunt. Herbas quoqꝫ calidas vt erucā:
mentā: ⁊ huiusmodi dimittere opꝫ: si=
cut etiam nec cepas accipere est totū
vt diximus iuxta sententiā medicorū
⁊ Ouidij dicentis vbi supra. Dannis
an libicis bulbus tibi missus ab oris.
An veniāt megaris noxiꝰ omnis erit.
Nec minus erucas aptū est vitare sa
laces. Et quicq̄d veneri corpora nr̄a
parat. Quod etiā nobis innuit Auic.
in.c.xxxvj.sen.xx.dicens. Ex adiuuāti
bus ad coitū sunt quecūqꝫ sumuntur
ex cibis calidis acutis aut inflatiuis:
sicut sunt cicer ⁊ vua ⁊ vitellus oui et
illa q̄ aggregāt vtrāqꝫ rem sicut eru=
ca ⁊ vinum nouū in quo est ꝓprietas
generādi sperma ⁊c. Ab his ergo ab=
stineant: ⁊ a reliquis huiusmodi qui
suam castitatem illesam voluerint al=
tissimo conseruare.

¶ Capitulum.xxxix. ostēdit que facere oporteat eos q̄ a venereis nolunt molestari.

QUi suaz voluerit seruare
castitatē: dꝫ p̄terea que
in precedēti.c. dicta sunt:
⁊ hec q̄ in hoc dicemꝰ ob
seruare: vt securius suuz
laudabile votū cōsequatur. Quorum
primū istud existit: vt ꝓ posse nulla in
eo spermatica supfluitas generet̄ cū
abstinētia cibi ⁊ potꝰ: qm̄ sperma est
superfluitas digestionis quarte: q̄ fit
cū dispartitur cibus in mēbris resudā
do a venis tertia digestione iā exple=
ta: ⁊ est de summa humiditatis ꝓri=
me coagulationi ex qua nutriunt̄ mē=
bra dura ⁊c. vt princeps voluit in.xx.
tertij.c.iij. Ista igitur supfluitas exic=
cabitur ⁊ cōsumetur cū ieiunio ⁊ fame
vehemēti que debilitāt corpꝰ: vt Aui.
dixit i decimotertio tertij tractatu.v.
c.viij. ⁊ in.xvj.tertij tractatu.iij.ca.vj.
sic inquit. Fames et vigilie resoluunt
superfluitates. Similiter ⁊ cū forti la=
bore huiusmodi supfluitas: si qua erit
generata: resoluetur: vt supra patuit
de nocumētis immoderati laboris: si=
cut ocio ac continua requie oppositū
cōtingit: sicut Naso poeta singularis
in suo p̄mo de remedio cecinit. Ergo
vbi visus eris nostra medicabilis ar=
te. Fac monitis fugias ocia prima
meis. Hoc vt ames faciūt hec q̄ facere
tuent̄. Hec sunt iocūdi cā cibusqꝫ ma=
li. Ocia si tollas periere cupidinis ar=
cus. Cōtēpteqꝫ iacēt ⁊ sine luce faces.
Quā platanus riuo gaudet. q̄ꝫ popu
lus vnda. Et q̄ꝫ limosa cana palustris
humo: Tā venus ocia amat ⁊c. Sint
igitur in cōtinuo exercitio et forti qui
plus a venere molestari consueuerūt.
Necnon mortis future recordētur: tri
stitiam inferorū imaginātes: percutiē
tes quoqꝫ corpus: vt Hiero. ac reliqui
beati faciebāt. Istis em̄ remedijs nul
la prorsus tētatio aut q̄ꝫ rarissima per
cipietur: sicut placuit Aui. in.xx. tertij.
c. de aluminiati dicēti. Cura que con=
fert est illud qđ frāgit desideriū eorū
ex tristitia fame ⁊ vigilijs ⁊ carcere et
percussione. Hec quidē securior via exi
stit ⁊ ad sanitatē magis faciēs q̄ꝫ que
exiccātia ⁊ resoluētia: siue plurimā ex
tinguentia iubet assumere: vt semen
agni casti: rute: cimini: ⁊ hmōi calido=
rum ⁊ exiccantiū: vel coriādri: cāpho=
re: ⁊ taliū infrigidātiū ⁊ calorē inatū
congelantiū. Preterea que de pedibꝰ
nudis ⁊ de dormitione super res frigi
das ac duras dicitur tanq̄ꝫ de rebꝰ pe
riculosis ad sanitatem: imo ad vitam
ipsam perniciosissimis: similiter ⁊ que
de aspectu pulchrarū facierū dici so=
lēt tanq̄ꝫ de re manifestissima. ⁊ vtiqꝫ
ab omnibꝰ caste viuere volētibus ne=
cessaria nedū vtili nihil in presentia=
rum verba facere inutiliter: vt aliqui:
volumꝰ. Hec enim ⁊ similia satis qui

sane mentis fuerit per seipsum ꝛ sine doctore aliquo fore frigienda iudica bit: quare de hac materia hacten⁹ di cta sufficiant.

¶ Capitulũ .xl. declarat quid sit balneum ꝛ que conditiões debeant obseruari a volenti= bus in aqua calida artificiali ter balneari.

Vt de iuuamentibus et superfluitates cor poris euacuantib⁹ ser monem cõpleamus: reliquũ est vt de bal neo scribamus aliqua ꝛ ꝙ breuissime. Tum quia apud nos vsus eius existit: tum quia non sine periculo balneantur ꝗ in hoc delectari consueuerunt et ob hanc causam potius silendum ꝙ scri bendum esset de ipso ne omnino quis eo vteretur. Attamen quia nonnulli sine ipso viuere minime posse viden= tur ꝓpter eorum ad ipsum consuetu= dinem: sicut in quibusdã regionibus ꝛ nõ ignobilibus apparet: ideo de ipo aliqua non inutilia prout sapientib⁹ visum est in duobus capitulis addu= cemus. Sed quid balneum sit decla= remus dicentes cum Conciliatore no stro in differentia .cxxviij. ꝙ balneum est corpus subtile vel liquidum corpo ri circũferentialiter occurrens: ꝛ ipsi= us immutatiuũ. Cuius cum due sint species: scʒ aereũ qð stupha nũcupaꝛ: aliud vero aqueũ qð ex aqua dulci= fieri solet. ꝛ hoc iterum duplex est sci= licet calidum vel tepidum: aliud vero frigidum de quibus tantummodo in presentia dicemus: ꝛ primo de calido cuius multa videntur esse iuuamen= ta cum consuetum fuerit ꝛ debito mo do applicatum: dicente Auicen. in ter tia primi doc. secunda .c. v. iuuamen ta balnei sunt somnum facere: ꝛ ape= rire: ꝛ abradere: ꝛ resoluere: ꝛ dige= rere: ꝛ nutrimentum ad cutis superfi ciem attrahere ꝛc. Et in cãticis textu commenti .cliij. inquit. Utendum est balneo ad tollendum sordes ꝛ immũ diciaʒ: neqꝫ sis in hoc piger: si vis edu cere superfluitates a corporis super= ficie: et cutim ab accidentibus im= mundicie mundam facere. quod con firmauit Auerrois in commento ꝛ in vj. colliget. Et fuit sententia Alman= soris in quarto .c. xviij. dicentis. Sunt de iuuamentis balnei corpus hume= ctare ꝛ renouare porosqꝫ aperire: ac sordes ꝯgregatas detergere repletio nem quoqꝫ minuere: ꝛ ventositatem dissoluere: ꝛ ad somnum ducere ac hu mores subtiliare: balneũ preterea do lores reprimit: ventrem stringit atqꝫ lassitudinem remouet: corpusqꝫ cibis aptum efficit hoc quoqꝫ sensit halia bas in .v. theori .c. xiij. dicens. Balneo autem post exercitium ꝛ ante pran= dium vti sanis corpore magnas vti= litates confert: humectat enim corp⁹ ꝛ membra. calorem confortat natura lem: digestionem optimam reddit: angustiam si qua est effugat: poros aperit. superfluitates euacuat dolo= res mittigat: ꝛ vẽtositates dissoluit: ex qb⁹ apparet ꝙ balneũ nõ min⁹ sit ne cessarium ꝙ vtile qð equidem verum esse fatemur: et si nos in totius vite nostre tempore nunꝙ balneati fueri mus: ꝛ tamen sani dei gratia semper fuimus ꝛ propterea non absolute bal neum vituperamus: sed tãtũmodo illis qui inepti sunt ꝛ insueti: consue= tos enim exhortamur vt ad balneum accedant dummodo infra scribendas conditiones habuerint: sin autem mi nime. Quarũ ꝑma ẽ vt assueti sint sic balneari dicẽti. hipocrate in tertio regiminis acutorum. Qui balneum tamen vel saui consueuerũt eis maxi

me adhibendum est: hi namque ipsum desiderant: si ergo dimiserint ledun tur. Secunda conditio obseruanda est vt nullus plectoricus neque cachochimus balneo vti presumat. ne com moti humores aliquam faciant egri tudinem: quoniam Auicen. in quarto primi. c. xvij. dixit. Balneum solet facere vt ebulliant humores et spargan tur. quod etiam sensit haliabas in. v. theorice. c. xiij. cum inquit. Aliquotiens malis aliquo in membro positis humoribus. cum a balneo liquefacti fuerint decurrentes bonis miscentur humoribus: quibus secum corruptis malorum quantitates augentur: ideo corpora habentes repleta balneo nō expedit vti antequam eorum euacuentur corpora: et illi maturentur humores hinc itaque est quod apostemate fabricantes: et ab opthalmia molestati in morbi principis et antequam matueretur materia arcentur a balneis que fuit sententia Galie. in primo de febribus ad glauconem. et in quinto Terapentice cum inquit Quod inter reliqua a balneandis obseruanda oportet vt nulla principium particularum imbecillis existat: et quod multitudo crudorum humorum secundum primas venas non prohibuerit. et propterea concludit Rasis in. iiij. Almansoris. c. xxiij. quod si aliquid damni in balneis percipitur: istud est in corporibus impuris: quia puris nullum damnum euenire potest. et propter hanc conditionem omnes fere sunt ad balneandum suspecti. Tertia conditio attendenda circa horam balnei est vt nequaquam ante exercitium balneetur quis dicente haliabate in. v. theorice. c. preallegato Balneum etenim ante exercitium superfluitates cibi trāsmittit in membra quas indigestas inuenit. liquefacitque humores et superfluitates exire paratas: et vapores defluere ad aliqua facit membra: pariterque idem morbus etc. Quarta conditio vt dicebatur de exercitio. est quod ante comestionem balneari oportet: cum dicat Princeps in tertia primi doctrina secunda. capitulo. vij. Prius oportet balneari deinde cibari: ita vt comestio balneationem non precedat. que fuit sententia hippocratis in. iij. regimine acutorum textu commenti. lvij. dicētis. Nequaquam balneandum est parua tēporis mora post acceptum cibum vel quempiam potum: in cuius commento Galie. ait. Quod est quia qui vtitur aliquo potuum deinde balneatur post illud repletur caput eius. et qui sumit cibum deinde vtitur post ipsum balneatione repletur caput ipsius et reliquū corpus propterea quia attrahit cibum ad se ex stomacho ante digestionem eius a quo sumpsit Auicen. in secunda primi doctrina secunda. c. xix. cum dixit. Cum balneum ingrediuntur post saturitatem impingat propterea quod materiam ad exteriora trahit corporis. verumtamē oppilationes efficit propterquod sui causa a stomacho et ab etate nutrimentum ad membra trahitur non coctū. et propterea dixit vbi supra et in. vij. quarti tractatu quarto. c. ij. Qui sanitatem vult conseruare balneum ingredi debet postquam digestum quod est in stomacho et in epate. Nec tamen propter hoc credendum est quod cum hora sumendi cibum et famis aduenerit tunc balneandum sit: immo et hec hora pariter prohibetur vt de exercitio dicebatur: teste principe in secunda primi loco et capitulo superius annotato dicente. Cum balneum ingrediuntur ieiuni et vacui vehementer exiccat et macrescere facit et debilitat. Quinta conditio in balneo obseruanda est quod dum in eo sunt: neque comendant quid neque bibant quamuis oppositum plurimi faciant: que precipitur ab

hipocrate in.iij.regiminis acutoꝝ sic
scribente. Neq3 circa horã ipsam bal
nei propinandũ est aliquid cuius ra:
tio in quarta cõditione fuit expressa.
Sexta conditio circa spacium balneã
di est ꝙ in balneo longa mora non
est facienda propterea ꝙ resoluit et
debilitat dicente Auicenna in.ij. pri:
mi doc.r.c.predictis. Balneu3 exiccat
eos qui diu in ipso morantur propter
resolutionem ⁊ sudorem ⁊c. Et infra
subiunxit. Si quis multã in balneo fa
cit moram: timetur ne ei superueniat
sincopis propterea quia calefit cor et
commouetur inde sincopis.⁊ in sum:
ma secunda.c.ij. eiusdem sic inquit.
Multa in balneo mora ⁊ longo tem
pore: licet temperate calefaciat: infri:
gidat tamen calorem innatum suffo:
cando.⁊ in secunda tertij.c.vij.dixit.
Scias ꝙ longitudo spacij more in ti:
na siue sit aqua siue aliud est ex eis
que nocent propter mollificationem
virtuti.⁊ in tertia primi doc. secunda
c.v.sic quoq3 scripsit. Balnei impedi:
menta sunt debilitare cor si multum
morati fuerĩt ⁊ facere sincopim ⁊ nau
seam ⁊ humores quietos mouere et
eos ad putrefactionem preparare et
cum eis ad membrorum debilium re
ceptacula declinare a quibus accidẽt
apostemata membrorum occultoru3
et in eorum superficie: ⁊ propterea sit
Septima consequens ad predita con
ditio attendenda: que ponitur ab eo
dem in.xij.tertij tractatu quarto.cap.
x.de termino spacij ⁊ more in balneo
dicente. Oportet vt sit spacium bal:
neationis vsq3 dum perseuerat ⁊ in:
flatur ⁊ augmentatur corpus ⁊ inci:
piat de tumescere. Octaua conditio
post exercitium balnei obseruanda
est eiusdem principis in secũda primi
dicentis. Qui balneantur debent se
custodire ne rẽfrigidã actu bibãt in
egressione balnei aut in balneo qm̃
pori sunt apti quare frigiditas nõ tar
dat quin ad mẽbrorũ principaliũ cor
pora ꝓcedat ⁊ ipsorũ corrũpat virtu
tes ab oĩ quoq3 reuehemẽtis calidita
tis se custodire debent ⁊ precipue ab
aqua quoniam si eam sumpserint ti:
mẽdũ erit ne cito ad mẽbra penetret
ꝑncipalia: ⁊ inde accidat ptisis ⁊ ethi
ca.⁊ subdit. Caueant preterea ne cito
balneum egrediantur: ⁊ caput post
ipsum discooperiant: ⁊ ne frigiditati
se exponant sed bene cooperiantur
pannis: precipue si in hieme fuerit. et
in tertia primi do.secunda.c.vij. ad:
didit. Qui ex hominibꝰ pinguis exi:
stit: oportet ne illico cum egredit̃ bal:
neum comedat: sed expectet: ⁊ paru3
dormiat somnũ. Ecce igitur quod ob
seruanda sunt a volentibus balneari
si balnei iuuamenta ab auctoribus
dicta consequi voluerint: aliter enim
plus nocumenti ꝗ̃ vtilitatis ex bal:
neatione pcipient ⁊ ꝓpter hoc ꝙ tan
ta ⁊ tot a balneandis non obseruant̃:
ipsum suspectũ habemus: ꝗ̃uis in se
vtile sit ad sanitatis cõseruationẽ.

¶ Capitulũ.xlj.ostẽdit q̃ sint iu:
uamẽta balnei aq̃ frigide.⁊ q̃ pos
sint ⁊ qñ ipso vti secure: ⁊ demon
continuat dictis dicẽda.

VIsu3 est in supiori.c.quot
debeãt obseruari q̃ calide
aq̃ balneo vti voluerint: i
presenti aũt dicẽdũ duxi
de obseruandis a volen:
tibus in aqua frigida balneari: vt iu
uenes in estate balneãtes se intelli:
gant quibus hoc cõcessum sit ⁊ qui:
bus minime: dicamus ergo cũ Aui:
ce.i.iij.primi doc.secũda.c.vj.ꝙ ablu
tio que fit cum aqua frigida: cõueni:
ens non est nisi cuius regimen vndiq3
ꝯseruat̃ ⁊ cuius etas ⁊ virtus ⁊ figurã
⁊ tꝑs sunt ꝯuenientia: ⁊ neq3 fastidiũ:
neq3 vomitũ neq3 vẽtris fluxũ: neq3 vi
gilias: neq3 reumatismos h3 neq3 est

puer: neq̧ senex. ⁊ in hora in q̄ ipsius corpus est leue ⁊ motus conuenientes ⁊ est cū hoc q̄ fit post ablutionē aqua calida factā ad hoc vt exteriora fiant fortiora ⁊ vt calor retineat̄ naturalis: q̄d si volūtas affuerit vt istud fit oportet ne aqua sit multū frigida immo ve sit tēperata: ⁊ est qñ hoc fit post exercitiū ⁊ tūc quidē oportet: vt fricatio ante ipsam fiat fortior q̄ solebat: sed inunctio sit ex oleo quēadmodū solebat: ⁊ sit exercitiū post fricatione aut iūctionē tēperatā: aut sit parum velocius q̄ solebat: deinde post exercitiū in aq̄ frigida subito natet vt ipsius mēbra simul dura fiāt: postea pseueret in ea scd̄m mēsurā sue leuitatis: ⁊ quantū tollerare valet anteq̧ superueniat horripilatio. deinde cū egressus fuerit fricet̄ sicut nominabimus: ⁊ eius cibus augmētū suscipiat: et potus diminutionē: ⁊ consideret tēpus reuersionis sui caloris ad ipsum ⁊ caloris ei⁹: ex quo si velor fuerit scietur q̄ eius mora fuit moderata: ⁊ si tarda fuerit scietur q̄ mora prolixior fuit q̄ debuit. ⁊ subdit. Et q̄ hoc agere s. balneari in aqua frigida voluerit: gradatim in ipso procedat ⁊ calidiore die qui est in estate hora feruoris prius incipiat ⁊ sibi caueat ne ventus sit ibi ⁊ ne illud post coitum pergat: neq̧ post cibum qui nō sit digestus: neq̧ faciat hoc post vomitum neq̧ post euacuationem neq̧ post colicā passionem: neq̧ vigilias: neq̧ corporis debilitatem neq̧ stomachi: neq̧ post exercitium nisi qui illud agit sit valde fortis scd̄m modū quē diximus. Et concludit postremo. cum aqua igitur frigida secundum modos dictos lauari calorem naturalē subito ad interiora pellit postea ɔfortat ipsū vt fortior fiat: ⁊ egrediatur extra multum hec ipse. Et non solum hoc fuit principis sed etiā Halia. in. v. theo. c. xiij. dicētis. Suauis aque frigide balneum corpus refrigerat ⁊ humectat: calefacit quoq̧: sed per accidens spissat etem̄ poros: calorē interius in corpore recludit. Unde ⁊ suauis aque frigide balneum si post sumptum fiat cibum: digestionem adiuuat si carnosum fuerit corpus ⁊ etas iuuentutis ⁊ presens estas tunc enim augetur calor naturalis: ⁊ membrorū virtus digestionisq̧ bonitas. ⁊ post pauca subiunxit. Si sit autē corpus exile: ⁊ paucce carnis: frigus in profundo immergitur corporis: ipsumq̧ refrigerat donec etiam nobilibus cōtinuetur ipsa mēbris frigiditas: coagitatur itaq̧ naturalis calor: accidit q̧ illis q̄d serpētibus hyeme. Et post aliqua adhuc subdit. Cauendum est aūt aque frigide balneū post coitum ⁊ laborem diariamq̧ nisi quod superabundans fuerit: tunc etenim aque frigide balneū vtile est. Nec vero statim post vigilias aut vomitum fiat: nec post medicaminis laxatiui potum: quoniam in oībus his malū est que fuit etiam Gal. sententia in tertio de regimine sanitatis dicentis. Aqua frigida moderate nature corporis cōgrua: quousq̧ tamen augetur corpus eucratū frigida nō balneādū est ꝓhibet augmentationem adaucto vero iam sufficienter assue faciendum eo: quia totū corpus fortificat: ⁊ cutem spissam et duram perficit vt non ab exteriorib⁹ ledatur. Qui autem voluerit incipere balneari in frigida aqua: debet hoc incipere hora anni incipiente estate: vt vsq̧ ad hyemen iam assuefactus sit: et dies sit vt possibile est nō ventosus: sed calidissimus et meridies eius sit: et homo qui erit balneandus in medio quarti septēnij. s. circa vigesimumquartum annum: in nullo ab aliqua causa eo die vel precedente nocte alteratus suam constitutionem certissime custodiens sit: et animo non tristis immo letus maxi

me:tunc qui prius fricetur lintheis durioribus vel spertina vt equaliter fiat fricatio:deinde fricetur oleo: post vero exercitetur equalibus quibus assuetus erat exercitijs:sꝫ citiorib⁹.deinde repēte in aquā descendat vt momēto vno omnibus mēbris corporis circūfundit aqua:ne si paulatim descēdat rigor innascatur:sit autem aqua neqꝫ tepida:neqꝫ multū frigida:postmodū vero ꝛ hac vtetur. Egrediēte vero ab aqua pluribus manibus fricetur per oleū quousqꝫ calefiat cutis: ꝛ postea cibaria quidē plura sint assuetorum: minor vero potus offeratur:quia plura appetunt in frigido balneo: et digerunt melius:ꝛ sitiunt minus: ꝛ incedant in crastinū ad exercitia fortia ꝛc. Ex quibus manifeste patet ꝙ perpauci quidem reperiuntur qui hec omnia: sciant:possint ꝛ velint obseruare:ꝛ ꝓpterea infirmantur pleriqꝫ ex tali balneatiōe:iō piculosa est his q̄ tot ꝛ tāta vt dixim⁹ attēdenda nō obseruauerint:quare aut cōsueti dimittant: aut predicta ad plenū prosequantur. Reliquum est ꝙ postqꝫ in superioribus de aere exercitio coitu:ꝛ hmōi corpus inuamētib⁹(alias immutātibus)dixim⁹ vt deinceps de restaurātibus ipm scribamus:vt sciat vnusquisqꝫ quomodo ꝛ cū quibus resolutū ꝛ iam euacuatū corpus possit confortari:ꝛ qꝛ naturaliter ꝛ artificialiter generalia semp precedere debent specialia.vt dixit Gal. in.iij.aphorismoꝝ.cōmēto.xvj. ꝛ Aristo.in.ij.de generatione.Cognitis vniuersalibus facilius intelliguntur particularia:ideo rationabile nobis videtur vt prius declaremus quot et que circa refectionē vniuersalit̄ attēdēda sint necessario:deinde de cibis oībus in speciali sermonē faciemus:ostendētes q̄ cibi laudabiles sint ꝛ sanitatis cōseruatiui:ꝛ qui mali ꝛ egritudinales existant.digerēdi ꝛ appropriādi in q̄litate ꝛ quātitate vnicuiqꝫ cōplexioni:etati:regioni:ꝯsuetudini ꝛc. Scḋm ꝙ perito ꝛ iam electo medico videbit. Nunc autē ab vniuersalibus incipientes ostendamus propter quid comedere oportet quotidie.

¶Capitulū.xlij.ostendit causam necessitatis quotidiane refectiōis ex cibo ꝛ potu.

Quemadmodum lampadis flamma continue consumit ea que sibi apponūtur vt ipsaꝫ diu cōseruet ꝛ faciat: q̄uis non possit immortalē:sic ꝛ calor naturalis q̄ in nobis existit:incessanter agit in mēbra ꝛ corporis humiditates:ꝛ sicuti oleo deficiente flamma ipsa lychinū in breui tēpore cōburit ꝛ cōsequenter extinguitur: sic ꝛ nostra caliditas postqꝫ humidū nutriēs finierit partes corporis arefacit:ꝛ sic est causa extinguēdi seipsam accidētaliter:ꝓpterea ꝙ suā cōsumit materiā:vt inquit Aui.in tertia primi c.j.Et prima quarti.c.de ethica. Cum autē extinctus fuerit calor naturalis: necesse est vt ꝛ aīa corpe separet̄:qꝛ deficiente instrumēto nō potest artifex operari:sic ꝛ anima suas amplius nō pōt actiones exercere calore naturali adnihilatio:qḋ suū erat instrumētum vt ait princeps in prima primi doc.iij. c.iij.Et fuit sentētia Gal.in quinto de simplici medicina distinctione scḋa. c. v.dicentis.Calor innatus est illud qḋ nominamus spiritum:ꝛ est ille qui fixus est ꝛ plātatus in corpore cuiusqꝫ animalis:qui q̄uis non sit de substantia anime:est tamē primum instrumētorum eius:necesse est igitur volenti hunc calorem ꝛ vitam ipsam cōseruare vt eum nunqꝫ sine pabulo ꝛ nutrimēto relinquam⁹:qm̄ priuatum alimēto nō potest diu durare teste Aristotele in secūdo de anima textu cōmenti. xlviij.ꝛ Gal.in primo de alimētis. c.j.

vi. Sine alimēto nō est possibile viuere nec sanos nec egros. Cuius causam et rationem assignauit Rasis in. xxv. continētis. c. primo dicens autoritate Joannitij. Quia corpora nostra sunt continue dissolutionis ex aere circunferenti et caliditate innata que est in nobis: indiguerunt nutrimēto ad resistendum ei qđ dissoluitur diffusiusqꝫ haliabas in. v. theorice. c. xiiij. hoc sentiens sic ait. Dico ergo cum sit corporum animaliū rationalium et irrationalium substantiam eorū dissolui semper et continue naturalis causa qui in eis est caloris calidiqꝫ exterius qui illis obuius est aeris aut dissolutione leui: vt qđ a corporibus omnibus relaxatione dissoluitur aut certe manifesta: vt sputa: emunctiones: sudor: vrina et egestio: necessariā habuit naturā materiam ab exterioribus que eorum loco succederet que a corpore dissoluuntur. hec ergo materia sunt esca et pot⁹. Qui mihi videntur verba Galieni dicentis in libro de dissolutione cōtinua capitulo primo hoc modo. Quia corpora hominum sunt in cōtinua dissolutione: et propter calorem aeris circundantis ea extrinsecus: et calorem interius existentem fuit necessarium restaurare in eis qđ dissolutum est de ipsis: ideoqꝫ fuerunt necessarij cibi et potus: vno itaqꝫ verbo cum ipso etiam Auicen. in. ij. j. doc. summa. et. c. secundis. sic dicente. Nutrimento indigentes sumus: et nostre conseruatio sanitatis est ex nutrimento nobis conueniente quod equale existit etc. In summa igitur dictorum ratio hec est: quia si resolutio esset: restauratio autē non existeret: proculdubio vita cito finiret: sed posito calore resolutio sequitur: non posita autem refectione consumptio: propterea fuit necessarium vt nutrimentum partibus suppleret resolutis: multum vero aut paucum secūdū maiorē aut minorē resolutarum partium quantitatem dicente Auicenna in. xiij. tertij. tractatu. ij. c. vij. Necessitas cibi est vt suppleat locū eius quod resoluitur: cum ergo non est resolutio aut est resolutio parua: non est necessarius cibus extrinsecus. quod etiam voluit in cāticis textu cōmenti. cxxiiij. dicēs. Scias ꝙ Ꝟa cibi actio est augere augēda et restaurare omne depditū ex dissolutione corporis: et ad primum statum deducere. Resolutio itaqꝫ calore naturali et ab extrinseco proueniēs fecit refectionis et nutrimenti necessitatem: vt deperdita eo modo quo possibile est restaurarentur: quod dicimus propterea ꝙ restaurata nunqꝫ ad quātitatem: nec ad perfectionem dissolutorum attingūt: et ob hanc causam necesse est ad finem deuenire: et ꝙ ita sit patet per Gal. in primo de regimine sanitatis dicentem. Si possemus tale aliquid introducere qđ simile esset effluēti: hoc sanissimum et optimū esset: sed hoc impossibile est: quia id quod defluit ab vnoquoqꝫ membrorum: tale natura est quale ipsum membrum a quo defluit. Nihil autē eorū q̄ comeduntur aut bibuntur: tale est omnino quale id quod defluxit. a quo sumpsit Auicē. in prima primi de etatibus. §. illo. Amplius si hec virtus scilicet nutritiua infinita foret: et semper permutationem in corpore facere eius quod dissoluitur equaliter et vno modo: dissolutio tamen vno modo non esset: immo quotidie augeret͂ etc. Et ob hanc causam etiam optima comedētes: nutriuissima: et ea perfectissime digerentes: mori habent de necessitate: licet non tam cito sicut oppositum facientes. Et hec de necessitate refectionis dicta sint hactenus.

¶ Capitulum. xliij. ostendit que et quanta sit vtilitas refectionis cū cibo et potu.

Visa in precedēti capitulo refectionis necessitate: in presenti eius grandis vtilitas est vidēda: licet magna ex parte ex his q̄ in superiorib⁹ dicta sunt: cōprehēdi pōt. Attamē dicamus iterum replicādo q quāuis refectio quantuncūq optima nos non faciat a morte securos: cū due sint naturales corruptiones quas nullū generatū corpus effugere pōt. Una q semper magis desiccamur. Altera q semper vniuersa substātia nostra fluit ob innatū nobis calorē. vt primo de regimine sanitatis innuit nobis Gal. & in vj. eiusdē cū inquit. Si possibile esset semper custodire humidā cōplexionē corporis: immortales essemus: sed q naturalē viā eam q̄ ad desiceandū corpus fugere nō possibile. ppterea senescere necessariū est nobis: & corrūpi: & q̄uis a iam dictis ordinatissima & perfectissima dieta nos minime possit liberare: de his tamē duab⁹ rebus securitatē preb t putrefactionis penitus prohibitione: & defensione ne humiditas cito resoluat: & in ipsius quidē fortitudine cōsistit vt ipsum corpus vsq ad debitū tempus scdm suā primā cōplexionē permanere faciat & hoc quidem erit ppter regimē rectū restaurationis q̄ fit loco eius qd resoluitur secundū quātitatē possibilē &c. vt inquit Auicenna in tertia primi. c. j. cuius preallegata fuerunt verba. Si igitur hec duo fecerit. s. q putrefieri non permittat: & phibuerit ne cito humiditas resoluatur: diu & sanos viuere faciat omnes qui tali vsi fuerint restauratione prout sensit Gal. in. vj. de regimine sanitatis cum ait. Longeuissimus est vtiq qui minime desiccatus fuerit: et infra dixit In cōplexione longeuissimi omnium sunt qui humidissimi & nimirum & sani sunt cōsolidatum fuerit corpus &c. Quod etiam voluit Auicen. in loco superius allegato cū inquit. Corpus non permanet tempore quo pdurat: nisi propterea q ipsius innata humiditas prima resolutioni resistit caloris &c. O q̄ grādis est ergo refectionis vtilitas: que corpus a siccitate festinu preseruat: que siccitas in tantū est nostris corporibus inimica atq cōtraria: q incessanter augēdo procedit donec nos perimat. teste Principe, vbi supra. q̄ grande iterum erit refectionis commodum cum humanū corpus longeuum & sanū esse faciat toto suarum etatum decursu. si ipsa debita fuerit & ordiata refectio dicēte Galieno in libro d euchimia cachochimia. Amicorū meorū q̄cūq vacāt circa exercitia & ordinatiuā dietationem oēs video semper sanos esse: & iterum et in eodem. Non egrotabit omnino debite dietatus & exercitat⁹ &c. Sit itaq huius capituli hec cōclusio: q magna est debite ac ordinate refectionis vtilitas: quemamodū sapientissimi antiquorū in preallegatis locis voluere. Quas autem habeat conditiones que debita siue ordinata dieta dici meretur in sequentibus: deo volente scribemus: non appropriando ipsam huic vel illi complexioni aut etati: sed hoc iam electi medici iudicio relinquemus: q̄ sua sapientia qd vnicuiq cōueniens erit: iubebit offerre prout regio: natura: tēpus: anni: consuetudo: & huiusmodi expetere videbuntur: que oīa cognoscere & sufficientissime intelligere debet: cum dicat Galienus in libro de euchimia. Memorari autem te volo secundū omnes huiusmodi tractatus: quoniam neq auxiliorum: neq sanatiuarum: dietationum scito erit finaliter qui materiarū virtutes certitudinaliter didicit: nisi cognoscat corporū naturas quibus hec adducūtur. Quedā enim densa sunt & difficile transpirabilia. Quedam vero rara & de facili euacuabilia: & indigēt vt iam est: cibo

humidiori.ſicciori vero ſecunda:⁊ illa quidem groſſiori:illa autem ſubtiliori ⁊ illa quidem pauciori: illa vero ampliori:ita autem ⁊ quicunq3 melācho lichum habent ſanguinem: humidis ⁊ calidis cōplexione indigent cib.s:ſicut quicunq3 cholericū humidis ⁊ frigidis:que autem phlegmatici calidis ⁊ ſiccis ⁊c. Demum cōcludit. dignoſti cum igitur eſſe oportet cu3 qui recte debet vti cibis: ideo perito dirigente medico iam reperto: prout conuenit vtilis ſemper erit ad corporis ſanitatē refectio:ſicuti ab initio preſentis capi tuli intendebamus declarare.

¶Capitū.xliiij.oſtendit qualr ſub ſtantia reficientiū in bonitate vel malitia cōſideranda ſit ad ſanita tem.

Dicamus prima ⁊ princi palior reru3 circa refectio nem cōſiderandū ſit boni tas ſubſtātie cibor que ſi neglecta fuerit nō modo erit inutilis:ſed etiā pernicioſa Malitia enim ciborū hanc ſolita eſt habere naturā per ſpacium quoddam tem poris ſua celet ⁊ occultet nocumenta poſterius vero ea manifeſtiſſime oſtē dat dicēte Gallie.x.de iuuamentis mē brorum .c.j. Sicut animal quando fa meſcit inducit illud famis neceſſitas comedendū lutū limum:⁊ alia multa mala:ita eſt in quolibet mēbro quādo caret cibo ſibi conuenietī:inducit ei ci bi neceſſitas naturalis ad attrahendū humores malos quibus nutritur: ⁊ iſte ſuperfluitates que aggregātur in mēbro putrefiunt ſcdm ſpaciū tem poris quouſq3 adacuentur ⁊ calefiant ⁊ habent generare egritudines calidas ⁊ febres acutas ⁊ alias multas egritudines. Nō eſt igitur de propria digeſtiua:vt nonnulli faciunt confidē dum:cū male ſubſtātie cibaria cōmeduntur:quoniā princeps in tertia primi doc.ſcda.c.vij.ſic inquit. Ille ī quo mala digeruntur nutrictia ob hoc nō decipiatur quoniam poſt dies in ipſo mali generabuntur humores egritudines facientes ⁊ pernecantes. quod ſenſit Gal.in primo de alimentis.c. vl timo cum ait. Non oportet negligere pura facere omnia ad eſum preparan da cognoſcentes quamq̄3 id quod per ſingulos dies nocumētum non ſentia tur propter paruitatem tamen cōgre gatur ex ipſis tempore multo et inde manifeſtum fit aliquando in ſecundo etiam alimētorum.c.de cucumeribus in fine ſic inquit. Ab omnibus abſtine re conſulo cachochimijs edulijs et ſi facile digeſtibilia aliquibus ſint latet enim tempore multo prauus in venis chimus ex ipſis congregatus qui cu3 coctione modica ad putrefactionem deuenit febres mali moris operatur.⁊ propterea in.c.iij.libri de euchimia et cachochimia cōcludit dicens. Cachochimia cibaria omnimodo fugienda ſunt ſiue groſſos ſiue ſubtiles operen tur qui in nobis humores. Et libro de cura ictericie dixit: aſſumere q̄d no cinum propter delectationem nephā dum:qui autē ſint huiuſmodi mala ci baria:ipſe Galienus expreſſit in libro de diſſolutione continua dicens. Om nia cibaria que nō temperata ſunt nō generant ſanguinem purū: mundum clarum. Et cibarioru3 mali chimi tres ſunt ſpecies:eorum enim ſunt que ad dūt in phlegma:⁊ eorum que addunt in choleram:⁊ eorum quedam ſunt q̄ addunt in choleram nigram ⁊ oportet omnem hominem dimittere multi tudinem eorum ⁊ cōtinuationē aſſum ptionis ipſorum:⁊ ſi digerant ea:et ſi non inferant nocumentum cito. tamē addunantur in corpore continuantis acceptationē eorum in longo tempo re:chimi generantes egritudines ma las ⁊c. Et poſt pauca ſubiunxit hū

ꝛ grossos humores facientia: ꝛ subti=
lis diete laudabilia:in sui tamen natu
ra desiderium cibi excitat:qꝛ in primis
cõstringit superiora:ꝛ exijt cõtenta ꝑ
inferiora ꝛc.Ex quibꝰ patet ꝙ huius=
modi stipticis ꝛ ponticis non sit vten
dum via cibi:cũ dicat Auenzoar li.pri
mo.c.sui Theisir autoritate zoar pa=
tris sui dicentis.Experimento noui ꝙ
omnia habẽtia fortem stipticitatẽ si=
cut sant pontica naturaliter sunt sicca
grossa:ꝛ dura:terrestria:dolorẽ stoma
cho generãtia:q̄ȝuis in eis virtus alt=
qua confortãdi stomachũ reperiatur:
qꝛ non cõferunt stomacho habentia
fortem stipticitatem:sed temperata ũ
sicut rose ꝛc.Postremo de ciborum sa
poribus mihi videtur concludendum
cum Isaac loco allegato dicente. Hor
ribilia saporosa humane complexioni
sunt cõtraria vt potẽtica:stiptica: ace=
tosa:amara ꝛ salsa:cuius quidẽ ratio
nem assignat in.c.v.cũ ait. Quicunq;
cibꝰ est grauis in odore:siue abomina
bilis in sapore nutrimẽti est pessimi:ꝛ
ꝓpterea si alicui necessariũ fuerit hu=
iusmodi mala nutrientia comedere in
pauca quantitate ꝛ paucis vicibus:ꝛ
nõ frequẽter vtatur.vt admonuit Aui
cen.in tertia primi.c.de eo quod come
ditur ꝛ bibitur ꝛc.

¶ Capitulũ.lvj.ostendit quantum fa
ciant ad sanitatis cõseruationẽ cibi et
potus delectabiles:ꝛ si aliqualiter fue
rint minus q̄ȝ commendati deterio=
res.

Delectabilitas reficientium oēm mūdi saporē vincere ꝛ superare dicit̄. Quā quidem delectationē autores medicine nō mediocriter magnifacere: ꝛ ideo rationabiliter et cōsecutiue de ipsa post saporum determinationē dicendū esse hoc in loco nō incōgrue existimaui. Tantā enī in cibis vim habet hec delectatio: ꝙ facere possit vt min⁹ boni plerūqꝫ magis bonis anteferātur: vt colligit̄ snīa hippocratis i. ij. aphorismoꝝ. aphorismo xxxvij. dicētis. Parū deterior cibus et potus delectabilior: melioribꝰ quidē ꝛ indelectabilibꝰ ē magis appetēdꝰ. In cuius cōmēto dixit Gal. Oīs enī cibus sapidus quo ꝗs delectat̄: cū accipitur a stomacho amplexus retinet̄: ꝛ cū magna delectatione digerit̄ plusqꝫ ꝗlibet aliꝰ ꝗ si fuerit abomiabilis fugit ide vomitꝰ fastidiū ꝛ inflatio gn̄at̄. A quo videt̄ assumpsisse Rasis i. xxv. continentis. c. j. cum dictum hippocratis preallegatū exponeret inquit. Quare scire debes ꝙ res que erit penes maiorem partē hominum mala modice: ꝛ penes vnū ipsoꝝ delectabilis eidem erit melior: qm̄ vbi fuerit delectatio: ibi sequit̄ bonitas digestionis. Et subiungit. Diximus enī si fuerit mala modice: qm̄ res delectabilis si fuerit in vltimate malicie: non debemus ea vti tunc frequenter ob delectationē ipsiꝰ: immo si fuerit malicia eius modica: ꝛ delectatio egri in ea sit abundantior magis qꝫ illa que nō habuerit ipsam maliciam: ꝛ similis debet esse cōditio in corpore sano. Et infra sic etiam subdit. Que cōsueuit vti aliquo nutrimento: illud erit eis magis conueniens licet non fuerit laudabile modice: et similiter est cōditio temporū sumptionum: eius delectatio enim ipsius nutrimenti in hoc dignitatē habet maximam: qm̄ quanto detestabilius fuerit nutrimentum: tanto magis vehementior erit digestio ipsiꝰ: quare sequi debes illud scōm consuetudinē approbatam ꝛ antiquā. hec ipse. Quod etiam sensit Auicē. in. iij. primi doc. ij. c. vij. dicens. Oportet te scire ꝙ nutriens melius est qđ melius sapit: propterea ꝙ stomachus ꝛ virtus nutritiua vehementer ipsi applicātur: cū bone fuerit substantie: ꝛ fuerint omnia principalia mēbra in suis operationibus sana. Nec minus hoc sensit Auerrois i parte. ij. canticoꝝ cōmento. xvij. dicens. Duoꝝ cibariorum ille qui minoris est iuuamenti magis tn̄ delectabilis: melior est minus delectabili ꝛ si sit maioris iuuamēti ꝛ in. v. sui colliget etiam hoc idē voluit cum ait. ꝙ qn̄ cibus est multū delectabilis: lesio que ꝓuenit ab eo nō est multū manifesta. Nō solum igitur sanis. sed etiā infirmis saporita ꝛ dlectabilia cibaria ꝯuenire videntur dicēte Isaac in vniuersalibus dietis. ca. vij. Cibi temperatissimi ꝛ iuuatissimi sunt maxime si saporiti sint: facilliores enim sunt ad digerendum ꝛ vtiliores in sanitate custodienda in sanis ꝛ infirmis reddēda. Non saporitos vero abhorret natura. Unde nō digestibiles sunt: immo stomacho nocētes ꝛc. Et infra sic iterū inquit. Si duo cibaria in natura sua vel i qualitatibꝰ equalia saporiora sunt stomacho vtiliora: ꝛ ad digerēdum velociora: nō saporita ꝟo econtrario. ꝛ adhuc in eodē c. dixit. Si duo cibaria eq̄lia sint in sanitate custodiēda ꝛ infirmis reddēda stomacho delectabiliora sunt ꝛ vtiliora. Ex qbꝰ satis eligere possumꝰ ꝙ cibis bonis ꝛ delectabilibꝰ sit vtendum semper. Reliqui vero tanqꝫ inutiles. ꝛ nociui pretermittantur.

¶ Capitulū. lvij. ostendit ꝙ reficiētia cum contrarijs debeant alterari: cum fuerint alicuius excellentis qualitatis: vel complexio assumentis distemperata.

AD cōplementū cōsideratiōnis nostre de ciborum qualitate: dicēdū est de vtilitate tēperātie reficiētium: que quidem non modo vtilis: verū ēt ad sanitatis cōseruationē necessario: eo q quādoq calida vel frigida nimis sint nobis oblata: similiter sicca vel humida q tñ sic incorrecta perniciabilia videntur esse ꝛ sepissime egrotare faciētia: vt supra visum est: cū de prima ciborū qualitate loquerem ur: quāobrē ne huiusmōi male vel excellētis qualitatis nobis nocere possint debemus ea corrigere ꝛ tēperare cū sibi cōtrariis. s. calida cū frigidis. humida cū siccis ꝛc. fm qd pcepit Auice. in. iij. primi doc. ij. c. vij. dicens. Frigidū nutriens sicut cucumer ꝛ cucurbita tempereť cū eo qd ei existit ꝯtrariū sicut allia ꝛ porri: ꝛ si fuerit calidū: cū eo qd est frigidū tēpereť: ꝛ si oppilatiuum fuerit: cum eo qd aperiat ꝛ euacuet ꝛc. ꝛ infra etiam subiūxit. Et cui res dulces nocēt: acetosa bibat: cui vero acetosum nocet rē dulcē post ipm comedat. Idē quoq in cātico rū parte. ij. textu cōmēti. xix. scripsit. Cibi sūt pmiscendi. s. humidi cū siccis: dulces cū acetosis: frigidi cū calidis ꝛc. Cui9 hec est series, Est aūt humidū ꝛ lubricū stiptico imponēdū. estq sapor dulcis acetoso vniēd9 ꝛ siccū cū humido rectificandū: ꝛ frigidū cū calido ꝛ ꝯtrario. Qd si timeať defedatio oleaginosi vel eius qd est male digestionis rōne pinguedinis addať sal eis aut aliquid acutū: nā hec iuuāt ad subtiliādū qd etiā voluit Rasis in. xxv. cōtinētis c. j. cum ait. Et si coact9 dederis alicui nutrimētū inconueniens misce cū eo aliqd cōueniens ad remouendum nocumentū ipsius mō quātitatis ipsi9 ꝛc. Hoc etiā sensisse videť. Isaac in vniuersalib9 dietis. c. xiiij. di. Caro q calida fuerit i sui cōplexiōe: cū vua acerba ꝛ aceto pomi citrini. s. arantij: aut limonis vel mali granati ꝛ ramis portulace apteť. Si vero accipiētis natura sicca fuerit: cū aceto: ꝛ cucurbite succo ꝛ succo cucumeris ꝛ citrulorū ꝛ lactucarum suū calorē temperantiū ꝛc. hoc igiť obserueť preceptum cōsiderata substātia ꝛ qualitate ciborū in seipsa cū tēperato corpori vel satis bñ ꝯplexionato exhibenť: nō minusq obseruandū est id qd diximus ex pte suscipientiū: iuxta sniam Gal. in lib. de euchimia ꝛ cachochimia sic scribētis. Sanatiuarū dietationū nemo scitor erit finaliter nisi cognoscat corporum naturas: qb9 nec adducunť. Quedā eni densa sunt ꝛ difficile transpirabilia. Quedā vero rara ꝛ de facili euacuabilia ꝛ indigēt vt palā est cibo hūidiori porosa: sicciori vero scda. Et illa quidem grossiori. illa aūt subtiliori: ꝛ illa quidē pauciori: illa vero āpliori: ita āt ꝛ quecūq melācholicū hñt sanguinē humidis ꝛ calidis cōplexiōe indigēt cibis: sicut ꝛ quecunq cholericū humidis ꝛ frigidis: similiť aūt ꝛ quecūq sunt phlegmatici calidis ꝛ siccis: quecunq vero sanguinem benignū aggregāt ampliorē paucioribus quidē cibis indigēt: apparentem aūt nullā hñtib9 virtutē minie: sz consistentib9 in medio ꝛc. Qd clarius innuit in lib. de dissolutiōe ꝯtinua: cum ait. Itaq opz qñ dñans est fm corp9 sanguis mūdus. q administrenť cibi equales i quātitate tēperati in naturis suis ꝛ qñ est phlegma dñans opz vt sint cibi calefacientes ꝛ exiccantes et nutriať cū his q addūt i caliditatē ꝛ ꝯsumant humiditatē. ꝛ qñ ei fuerit dñans colerā opz q nutriať cū his extinguūt ipam ꝛ addūt in humiditatē ꝛ qñ ei nigra cholera dñať: opz vt nutriať cibis calidis ꝛ humidis. ꝛ cū corpus est spissum tarde dissolutiōis opz vt nutriať cibis paucis ꝛ subtilib9 humidis qr paucū est qd dissoluiť de corpore: ꝛ qñ corpus fuerit raruz: opz vt nutriatur cibis multis grossis siccis ꝛ

viscosis ppter multitudinē ei⁹ qđ dis solitur de corpore ꝛ hoc regimē est conueniēs de necessitate nisi sit in ali quo corporis mēbrorꝫ lesio ꝛc.hec ip se.Et ideo tēperāda sunt reficientia: vt diximus altera iā dictarꝫ duarum ratione quare ꝛc.

¶Cap.lviij.ostēdit q̄ debeat esse refectiōis q̄titas:ꝛ que nocumen ta proueniant ex superflua.

Visa substantia ꝛ qualitate reficientiū:de q̄titate ipo rum volumus impresentia rum dicere cum paucioꝛes hoies si excessiua fuerit q̄ qualitas ipsa nō interimat:aut saltē ad pniciosas egritudines nō pducat. dicēte Eccl'ia.in.c.xxxvij. Propter cra pulā multi obierūt q̄ aūt abstinēs est adijciet vitā.Qđ sensit Aui.in.iij.pri mi doc.ij.c.vij.dicēs.Uehemēs reple tio in qualibet dispositione est perne cabilis siue ex comestione sit: siue ex potu:quot namq3 hoies supflue se re pleuerūt ꝛ suffocati interiere.ꝛ infra nihil est deterius q̄ fastidiū.s.sequēs repletionē ꝛ pprie cū fuerit fastidiuꝫ ex malis nutrientib⁹:ppterea q cum fastidiū puenerit ex grossis nutriēti bus hereditare faciet iūcturarꝫ dolo res:ꝛ renū:ꝛ dismā:ꝛ podagrā .ꝛ sple nis ꝛ epatis grossitiē ꝛ phlegmaticas egritudines ꝛ melancolicas:qđ fasti diū si ex subtiliātib⁹ acciderit nutriē tibus pueniēt ex ipso febres acute et erratice ꝛ maligne ꝛ apostemata ma la acuta ꝛc.hoc etiaꝫ sensit Ga.in.ij. de accidenti ꝛ morbo.c.iij.di.Sicut cā frigidi morbi plenitudo potus :sic ni mia abūdantia cibi:lꝫ em̄ corporis sit nutritiuus ꝛ ipsi cōueniēs cā tn̄ est frigidorꝫ morborū.ꝛin li.de dissolutio ne cōtinua sic etiā ait.Obseruāda est ciborū mensura:ita vt sint in mēsura virtutis digestiue:qꝛ ꝛ si est cibus in seipso bonus ꝛ corpori conueniens ꝛ est virtutem digestiuā debilitans q̄ titate sua generatur ex ipso nutrimē tū malū qđ diuersorꝫ morborꝫ est oc casio ꝛ precipue frigidorum vt dictuꝫ est.Modū aūt ꝛ principiuꝫ causandi tales infirmitates posuit Auicen.in canticis textu cōmenti.clxxxij.dicens vehemens saturitas ꝛ crapula calorē suffocat ꝛ extinguit queādmodū exce dens olei q̄titas extinguit flammaꝫ lampadis donec ipsum omnino suffo cet:vt inqt Auerroys in eius commē to.ꝛ propterea dicendū est cum Pe tro Apostolo. Fratres sobrij estote ꝛc.Et similiter cuꝫ principe in tertia pmi doc. ꝛ.c.vbi supra sic scribente. Ex cibo nullus est ita replēdus:vt nō sit ibi locus superfluus :sed ab eo est remouendus reliquijs desiderij ad huc in anima remanentibus hec em̄ famis relique post horam vnam de struuntur quoniaꝫ nulla est deterior comestio quam que stomachi graui tatem facit:vt idem ait ibi:sed paruꝫ infra que fuit sententia Aristo.in pri ma problematum pblemate.xlvij.di centis.Sanum est a cibo subtrahere ꝛ causaꝫ subiungit dicens.Quia egri tudinis causa est multitudo supeflui tatis.hec autem fit quotiens nutrimē ti superabundantia fuerit. ꝛ in eius commento Padubanensis noster sic inquit.Huius vero excessus superflui tatum causatur quocunque modo nu trimentum superabundauerit : Jta quod natura ipso non indigens non digerit:neque postea conuertit:sed in digestum permanens conuertitur in superfluitates que demum modica occasione commote mouentur ad pu trefactionem causantes egritudinem hec ipse.Et propterea dixit Rasis in xxv.continentis .c.primo quod satie tates nauseatiuas in aliquo tēpore se quuntur accidentia huiusmodi.s. in flatio:compūctio:solutio vētris:nau

ſea: defectus appetitus cibi: aut exercitio eiꝰ remiſſio corporis: groſſa mēs negligentia: ponderoſitas capitis: et auriū dolor: ⁊ ſtomachi anguſtia: impeditus intellectꝰ: calamitas: melancholia: colica: vitiū ſplenis: epatis et articuloꝝ: corpus laxum ⁊ febris. Et infra etiā dixit. De maioribus cauſis habētibus vim in corruptione ſanguinis ſunt ſatietates nauſeatiue illate frequēter q̄ quotiens fiunt de nutrimētis malis: peiores ſunt: ⁊ ſi fuerint de groſſis generāt morbos groſſos. Et ſi de ſubtilibus morbos calidos Quam obrem perutile nimis eſt cōſiliū ſurgere a menſa cum aliqua ſanus particula adhuc remāſerit ⁊ precipue obſeruandū ab habentibus frigidū ſtomachum: qui longe plus appetit q̃ꝫ bene digerere poſſit: teſte Gal. in .ij. Techni textu cōmenti.c.xxiij. ſic dicētis. Frigidus natura venter appetere quidē bonus: digerere vero nō bonus: ⁊ maxime quicūqꝫ difficile mutabiles ⁊ frigidi ciboꝝ fuerint: aceſcunt enim hmōi cito in ipſo ⁊c. Quē textū ſic gloſant hali ⁊ ceteri ipm exponentes ꝙ frigidꝰ ſtomachus plus appetit q̃ꝫ digerat ⁊c. In habētibus vero ſtomachū valde calidum appoſitum eſt faciendum .ſ. ꝙ aliquid vltra vires deſiderij eſt accipiendum: quia calidior natura venter digerit quidem melius q̃ꝫ appetat vt dixit Galie. vbi ſupra. perpauci tamen huiuſmodi ventrem habentes reperiuntur: plurimi autem frigidum: et propterea tanq̃ꝫ vniuerſalem regulaꝫ fecit philoſophus cū ait. Sanum quidem eſt a cibo ſubtrahere ⁊c.

Capitulum. lix. declarat que ſit competens refectionis menſura vnicuiqꝫ propria: ⁊ quotiens ſit comedēdum in die: ⁊ quando plus ⁊ quando minus.

Cum ciboꝝ ⁊ potuū nō parua ſit habentia ſollicitudo in robur virtutis: vt quātitate cōmoderati ⁊ qualitatibꝰ diligentiſſimi ſint: vt inquit Gal. in. vj. Terapentice.c. de tali ciborum menſura dicendū eſſe iudicauimus: cum ipſa ad ſalutē corporis ſit maxime neceſſaria. hec autē cōmoderata quātitas q̄ ſit in vnoquoqꝫ hoim nec lingua proferri: nec calamo ſcribi pōt: ſed ſola experiētia que magiſtra ſit virtutis: vt dixit Gal. in ſecundo de alimētis.c.x. Et illa q̄ debet hanc commoderatā quātitatē inuenire: ⁊ ipſaꝫ vnūquēqꝫ docere. Scire igitur debet vnuſquiſqꝫ: ꝙ intētio quātitatis in cibarijs eſt vt nunq̃ꝫ grauent ventrē: lꝫ difficile ſit hoc tale: ⁊ fortaſſis impoſſibile in valido ventre cuſtodiri penitꝰ: vt inq̄t Gal. in primo terapentice.c. vj. A quo ſumpſiſſe videt̃ Princeps i primi doc. ſecūda.c. vij. cum ait. Cibi quidem mēſuratio exiſtit ſcd̃m vſuꝫ ⁊ virtutem: ⁊ vt menſura eius in eo qui ſane eſt virtutis ſit talis cum ipſum recipit: ꝙ ei grauitatem non afferat: neqꝫ natet: ⁊ non accidat ex eo nauſea: neqꝫ caninū deſideriū: neqꝫ caſꝰ: neqꝫ igenij pigritia neqꝫ inſōnietas: neqꝫ ipſiꝰ ſapor in ructibꝰ poſt tp̄s reperiat̃ ⁊c. Aduertendū eſt igit̃ ꝙ cū aliqd̓ p̄dictorum affuerit preaſſumptā ciborum quantitatē oſtendet cōmenſuratā nō fuiſſe: ⁊ ideo cōſilio eiuſdem Auicen. vti debet dicentis vbi ſupra. ꝙ ſi aliq̄ die ſuperuenerit grauitas ex cibo precomeſto vel aliqd̓ predictorū. ſ. ſequenti die famelicus maneat: ⁊ ſomno vtatur prolixiore: ꝙ ſi ſomnus ei nō aduenerit: multo vtatur inceſſu ſuauiter et continuo in quo nō ſit quies ⁊c. Deinceps autē ſibi cauere debet a tanta ciborum quantitate egritudines et nocumenta que in precedēti. c. diximus incurrat. De mēſura autem numeri re

fectionis

fectionis in die naturali sciẽdũ q̄ cõsuetudo est maxime obseruãda cũ sit altera natura testib⁹ Hipocrate Aristo. Gal. ⁊ Auerroi in plerisq̧ locis: licet Auerrois ipse i. vj. colliget in. c. de regimine corporis tẽperati in fine sic dicat. Noui medici sentiũt q̄ cõueniẽtia tpa comedẽdi tẽperatis cõplexiõibus sunt: vt trib⁹ vicib⁹ refectio duob⁹ celebretur diebus: ⁊ isti mihi videntur veritati magis appropinquare: et etiã admirabilis Auenzoar huic assentire videt̃. hec ipse. Cuius dicti fundamẽtũ ⁊ rõnẽ posuit in pte secũda cãticorũ cõmẽto. xij. dicẽs. q̄ scđm q̄ quidã opinati sunt: act⁹ digestiõis tertie nõ pficit̃ nisi i decimooctaua hora: cõstat aũt q̄ laudabilior mod⁹ reficiẽdi est: cũ reficit̃ qs iã pfecta digestiõe cibi preassumpti. qđ etiã videtur voluisse Auicẽ. in textu preallegati cõmẽti: ⁊ in tertia primi cũ ait. Ex vicibus saciantis comestiõis est vt homo vna die semel: ⁊ altera bis: mane. s. ⁊ vespere comedat. ⁊ subdit. Verũ tñ in hoc vsus multũ est cõsiderandus: qm̃ ille q̃ bis in die comedere cõsueuit si semel comedit debilitabitur ⁊ lassabitur eius virt⁹. ⁊ psequit̃. Sꝫ q̃ digerẽdi debilitatẽ habet: bis comedere debet: ⁊ raro semel comedat in die: ⁊ q̃ semel i die comedere cõsueuit: si ad bis comedẽdũ redibit: accidet ei debilitas et pigritia et lassitas ⁊c. Que fuit snĩa Rasis. n. xxv. cõtinẽtis. c. j. dicẽtis. Nemo dꝫ mutare cõsuetudinẽ in numero tẽporũ comestionũ: qm̃ q̃est vsus comedere bis in die: si semel in die sumit cibũ debilitabit̃ valde ⁊ lassũ erit corp⁹ ei⁹: rubefiet vrina: et suspendent̃ eius viscera: ⁊ q̃ vsus est comedere semel in die: si bis sumit cibũ suũ: ille cib⁹ ponderosus erit sup stomachũ ipsi⁹: q̄ stomach⁹ ↄsueuit digerere cibum semel ⁊ nõ bis. ⁊ infra dixit auctoritate Rufi. Habẽs quoq̧ corpulentũ corp⁹ et lene: semel comedat in dimidio diei: sꝫ habẽs corp⁹ macilentũ comedat bis in die leuiter in prandio: ⁊ in cena abũdãter: q̃ oĩa dicta sunt etiã per Gal. in libro de dissolutiõe cõtinua sic scribẽtẽ. Antiq̃ pferebãt cenã prãdio pcipiẽtes q̄ sumeret̃ pl⁹ in cena ꝑpter aggregationẽ caloris in interiora corpis frigiditate noctis ⁊c. Et post aliq̃ subdit de horis comestiõis dicẽs. ⁊ cõsuetudo in eis addit partẽ magnã: qm̃ q̃ cõsueuit prãdere ⁊ remouet̃ ab eo ⁊ est cõtẽtus: cena magnificat nocumentũ cibi: ⁊ q̃ cõsueuit. sumere cibũ in aliqua hora determinata: ⁊ mutat̃ ad aliã preter istã horã declarabit̃ sibi hec pmutatio nociua ⁊c. Multa quoq̧ alia dixit de cõsuetudine hmõi horarũ: q̃ oĩno debet obseruari etiã si mala fuerit: ⁊ iam est antiquata ⁊ supermutari dꝫ nõ nisi paulatim. Cõcludamus igitur q̄ vsus est obseruand⁹ dicentes cũ Hippocrate. in primo aphorismorum aphorismo. xvij. sic scribẽte. Quib⁹ semel: aut bis: aut amplius: aut minus: aut scđm ptẽ: dãdũ est aliqd: tẽpori et hore ⁊ regioni ⁊ cõsuetudini: quare ⁊c.

¶ Ca. lx. ostẽdit q̄ diuersa cibaria in vna refectiõe nõ sint assumẽda: declarãs nocumẽta q̃ pueniunt ex ipsa diuersitate.

Quam plures sane viuere desiderantiũ q̃ dixim⁹ in pcedenti. c. conant̃ ad vnguẽ obseruare: peccãt tñ i multiplici reficiẽtiũ diuersitate: nõ cõsiderãtes eius nocumenta: ⁊ in hũc errorẽ potentes omnes fere nõ solum sepe: sed sem

per ⁊ quotidie solẽt incidere:⁊ ob hãc cãm multotiens infirmantur: qm̃ hmõi pluralitas:⁊ ciborũ ⁊ potuũ diuersitas nõ solũ nõ digerit: sed in stomacho vt pluribꝰ corrum pit:⁊ i prauos ⁊ pernecãtes humores cõuerti cõsueuit:corruptio aũt digestiõis est mater egritudinũ et origo chronicaꝝ infirmitatũ:vt dixit Aui.i.xiiij.tertij tractatu tertio. c.ij.Qđ cõsiderãs sapiẽtissimꝰ Salomon in fine.xxxvij.c.ecclesiastici sic cõsulit dicẽs.Noli auidꝰ esse in oĩ epulatiõe:⁊ nõ te effundas sup oẽm escã:i multis em̃ escis erit infirmitas.Unde Horatius.Nempe immacrescũt epule sine fine petite.ꝑpter hoc quoqꝫ exclamat Lucanꝰ in.iiij.dicens.O ꝓdiga rerũ luxuries paruo nunqꝫ gaudere paratu:Et q̃sitoꝝ terra pelago qꝫ ciborũ.Ambitiosa fames ⁊ laute gloria mẽse:Discite qꝫ paruo liceat ꝓducere vitã.Et qꝫt ũ natura petat.⁊c. Que quoqꝫ fuit medicoꝝ sñia.Dixit em̃ Gal.in.iij.regiminis acutorũ cõmento.xxxvij.ꝙ diuersitas rerũ q̃ comedũtur ⁊ ꝓprie qñ nõ sunt similes in virtutibꝰ suis facit stomacho inquietudinẽ.Et i.v.de regimine sanitatis idẽ sensisse videtur cum ait.Non debemꝰ nociuis vtile miscere cũ possumus ipso vti solo.Et in libro primo de iuuamẽtis membrorũ capitulo quarto circa principiũ sic inquit.Res cõpositeex multis rebus sunt velocioris corruptionis quam res cõposite ex paucis.Aquo sumpsit Rasis i.xxv. cõtinẽtis.c.dicẽs.Tps comestiõis nõ debet esse longũ ⁊ tardũ valde multiplicatis modis cibariorũ in eo:cũ primũ cibariũ sit diuersũ alteri in digestiõe dato in fine ⁊ grauefiat sup stomachũ ⁊c.⁊ princeps in.iij.primi doc.ij.c.vij.hos imitatus sic ait.Nihil deterius est qꝫ diuersa nutriẽtia simul adiungere:⁊ post in comedẽdo ips prolongare: quoniã cũ postremum nutriẽs aduenit primum iam incepit degeri. Nutrientis ergo partes in digerẽdo nõ assimilant̃ ⁊ infra dixit iteꝝ. Cibaria diuersa a duabꝰ ipediunt partibus.Una eaꝝ est ꝑpter diuersitatem eoꝝ in digerẽdo ⁊ quoniaꝫ quod ex eis est digestũ:ei admiscetur quod nõ est digestũ.⁊ scđa quoniam aliquis plus põt comedere ex vno cibario q̃ ex alio.Inꝰtpe em̃ antiquo q̃ exercitabant̃ iam fugierunt ab hoc:cõtẽti enim erant soliꝰ carnis comestione in mane:⁊ soliꝰ panis in cena.hec ipse.Sint igit̃ simplices aut perpauci ⁊ nõ diuersi cibi i genere:⁊ in specie vt bene digeri possint:⁊ inuicẽ se nõ impediant:quẽadmodũ in diuitũ cõuiuijs solet esse:in quibus valde diuersi existunt cibi:vt carnes plurimũ aĩaliũ ⁊ diuersimode preparate que specie tãtũ differre dici pñt post quas qñqꝫ pisces:lacticinia: fructꝰ:⁊ postremo cõfectiões admiscent in sui corporis qꝫ citissimũ interitum:quare ⁊c.

¶Ca.lxi.oñdit qs ordo i diuersoꝝ reficiẽt in assumptiõe sit obseruãdus:⁊ q̃ cibi anteponẽdi sint:⁊ qui postponendi.

Cum nolint potẽtes qđ diximꝰ de omissione diuersitatis ciboꝝ vllis psuasionibꝰ vel rationibus obseruare Cũ eis videret̃ ꝙ non solũ nobilitatẽ sed diuitias ipsas amisissent ⁊ eo magis ꝑpter hospitantes qui ad eorum domos non raro solent peruenire.Ideo dicendum est in hoc.c.ꝙ si omnino volunt ciborum diuersitatẽ in coruꝫ mensis habere:ordinem tamen de

bitum non aspernãt: qui & si omne nõ tollat nocumẽtũ diuersitatis: iuuat tñ plurimũ: sicut si negligat facile ad egritudines pducit: vt visum est Hipotetici in libro de pharmacijs sic scribẽti. Uane & negligẽter traditi cibi perturbant hoies & eos egrotare faciũt. Talis igit ordo est obseruandus: q semp cibi lubrici subtiles: et cito penetrabiles & facile digestibiles: similiter et cachochimi vt fructus aquosi &c. talia grossis & durioris digestiõis reficientib⁹ anteponant: & hoc fiat ne inuicẽ corrũpant dicente, Isaac I de vniuersalib⁹ dictis. c. iiij. Opz a cibis incipi leniozibus & ad digerendũ facilioib⁹: postea grossioribus & tardioribus dietare: vt cũ descendit subtilis digerat: & nõ offendatur: & nõ sit a quo retineat. Cui⁹ qdẽ rõnẽ in eo. c. assignauit, dicẽs. Cibus corrũpit cũ accipit ab initio grossus & ad digerẽdũ tardus: post aũt subit subtilior & digestiõi facilis: q ex leuitate sui cito digest⁹ & exire incipiẽs a grauiori egredi phibet: remanet ergo aliquãdiu & mutat in fumositatẽ: & gñat cholera in stomachis calidis: vel mutat in acetositatẽ putredinẽ quib⁹ stomachus est frigid⁹ Et ppterea i. c. xx. libri eiusdẽ sitt. Cõcordati sunt antiqui in hoc q cibaria q velociter sunt descendentia: facile venas penetrantia: ante cibum prio sunt danda: que aũt ad hoc tarda postrema. Cibus enim facile digerẽdus si extrem⁹ accipiat & digerat & exire festin⁹ sit: repugnat sibi grauis anterior cib⁹ & exire nõ pmittit Cũ aũt exire nõ possit innatat: & a calore grossi cibi calefit: et ebulliẽs velociter corrũpit & iõ postea cõcludit q ppter hoc molles cibi & liquidi ante duros sunt accipiẽdi. Hoc etiã voluit Rasis in. xxv. cõtinẽtis. c. j. & Auicẽ. in. iij. j. doc. scda. c. vj. cũ ait. Nutriẽtia ordine in sui receptiõe debẽt hre: in quo sanitatis cõseruator solicit⁹ esse dz: ne illud qd subtile est & qd cito digerit post forte nutriẽs qd sit i eo duri⁹ i cibo sumat: q: prius digerit q ipz: & sup illũ natabit nõ habẽs viaz q penetret: putrefiet ergo: & corrũpet & corrũpet illud qd ei admiscebitur &c. Fuit quoqz hec Gal. snia in pno terapẽtice. c. vj. dicẽtis. Suscipiendus est imbecillis cibus primũ vt & digestus sit cito & subeat ei⁹ supfluitas. & vacuo & puro vẽtri scdus cibus det. & in. ij. de Alimẽtis. c. x. ait. Utile est scire eoz q ad secessuz leitãt ediliox: qm posterica quidẽ opz sumere que tardi secessus: oim aũt prima que permeãt quidẽ celeriter corrũpẽda aũt si tardauerint in ventre. Et in. c. xviij. eiusdẽ. ij. sic etiã inquit Meminisse opz huius qd est cõe omnibus quecũqz cachocrimia humida et lubrica et facile subire potentia q comedere oportet ipsa priora alijs: sicut enim ipsa celeriter subeunt & illis viaz faciũt vl. aũt sumpta simul corrumpũt et alia. Clari⁹ quoqz hoc dixit in lib. de dissolutiõe, cõtinua his verbis. Debem⁹ pmittere ex cibarijs que opz pmittere & postponere: q: eniz aliqñ aggregat hõ cibos lenientes corpus in vna comestione & cibos stipticantes ipsum. Quod si ptemi sit lenitiuũ & secuti sunt ei alij: leuiter descendũt post digestionẽ cibi. Sed quando premisit stipticũ & secutus est leniens nõ descendunt sz corrumpitur totũ. et hoc ideo quia lenitius separatur inter stomachum & iter descensum cibi stiptici: remanens in stomacho post digestionem suam corrumpitur et corrumpit corruptione sua cibũ aliũ. Sed quando est cibus leniens

ante stipticum: leniēs descēdit post digestionē suam: ⁊ stipticū leniter p̱ vias descendit: ⁊ ideo si aggregat aliq̄s in comestiōe vna cibos velocis digestiōis: ⁊ alios dure et tarde digestionis: preponat cibos dure ⁊ tarde digestionis in fundū stomachi: ꝓpterea q̄ fundꝰ stomachi est calidior ⁊ potētior sup̱ digestionē ꝓpter multitudinē cōpactionis eius: que est in eo de partibus carnis ⁊ superius stomachi est neruosum frigidū debilis digestiōis ⁊c. hec ipse. Que q̄dē sane intelligēda sunt. s. qn̄ cibꝰ facilis digestionis: ⁊ cibus difficilis digestionis nō multū in hoc diuersificarētur. Qn̄ tn̄ valde forent diuersi: vt cōiter accidit: vt carnes ⁊ caseus: ꝓcul dubio carnes p̄poni debēt: ⁊ caseꝰ postponi: cū longe difficilioris digestionis sit caseus: vt ptz: ne carnibꝰ digestiuis ⁊ pernicare nō potētibꝰ corrumpant ⁊c. vt ipse Gal. Isaac. Auicē. ⁊ oēs cōuenere. Tutiꝰ tn̄ esse videt ꝓpter difficultatē cognoscēdi certissime hmōi mēsuram ⁊ q̄ntitatē grossis ⁊ subtilibus simul in vna mēsa nō vti: qm̄ ⁊ si subtilia in fundo stomahici: ⁊ postea reponant grossa: aliq̄d tn̄ inde ꝓuenit nocumentū dicente Auicē. in. iij. j. c. sepius allegato. q̄ sanitatis cōseruator nō primo comedere debet cibū labilē: ita vt post ip̄m cibū fortē ⁊ durū sumat: qm̄ cū ipso s. subtili labet cū ad itestina penetrabit eo. s. grosso nōdū tā itegre digesto q̄ntū debebat ⁊c. Ex q̄bꝰ satis pz q̄ nil securiꝰ ē q̄ diuersitatē ciborū dimittere vt oīs suspitio corruptiōis nutriētiū auferat: ⁊ sāitas cū paucitate ⁊ simplicitate ꝯseruet ⁊c.

¶ Cap. lxij. ostēdit qui cibi eligēdi sint ad sanitatis ꝯseruationem q̄ntum est ex parte eorum.

Quia posset mihi quispiā dicere: ꝓhibuisti in precedētibus q̄dā reficientia rōne substantie: quedam rōne qualitatis: alia rōne saporis: ⁊ nonnulla ꝓpter multitudinē: diuersitatem ⁊ indebitū ordinem. Que igitur cibaria dicis nobis cōuenire? Cui respondebimus dicentes q̄ illi sunt pre ceteris eligendi: qui bonum ⁊ laudabilē sanguinem solent generare: ⁊ qui sunt delectabiles (vt supra diximus) et qui complexioni: cōsuetudini: exercitio ⁊ temporibus anni proportionantur: dummodo in sua conuenienti hora quantitate ⁊ ordine recipiantur: quemadmodū pro parte visum est in superioribus: ⁊ p̄ pte in sequentibus dicendū. Qui aūt cibi sint boni sanguinis generatiui: q̄ pre alijs sint eligēdi rōne sui in hoc. c. manifestabimꝰ: vt ceteris cōsentientibus tantummodo ipsi assumantur. Dicamus igitur cum Auicē. i. ij. j. doc. ij. c. xv. q̄ cibi quorū natura vicinior substantie sanguinis: sunt sicut vinū: ouorū vitelli: ⁊ aqua carnes: ⁊ panis etiā: ⁊ caro: licet sint parū per lōgiora: nutrientia vero medicinalia sunt ab hoc longinqua. In tertia aūt primi doc. ij. c. vij. dixit. Oportet vt cibꝰ sit talis: qualis sunt carnes: ⁊ proprie sicut carnes hedorum ⁊ vitulorum lactentiū paruorū: et agnorum annualium: et triticum ab extraneis rebus purgatum: quod ex messe sana fuerit collectum: et cui nullum accidit nocumentū: ⁊ res dulcis conuenientis complexiōis. et vinum bonum odorem bonum habens ⁊c. Hec enim p̱ sanis ⁊ mediocriter laborantibus magne cōuenire videntur: sicut que primi loco dixerat debilibus. Quod etiam

voluit Gal. i libro de euchimia cũ ait. Inculpabilissima cibariorum sũt que sunt inter subtiliãtia et ingrossantia: qualia sunt optimi panũ et carnes gallinarũ et fasianorũ et perdicũ et columbarũ et turturũ et merulorũ et paruarũ auiũ: ad huc aũt et petrinorũ pisciũ et marinorũ et ceterorũ nullũ fetorez habentiũ etc. Hi nãq; cibi et sibi similes generãt bonũ et laudabilem sanguinem: quo nihil est melius ad sanitatem custodiẽdam: vt inquit Isaac in vniuersalibus dietis. c. xviij. Et vt omnia hmõi cibaria vno cõprehendãtur verbo: dicendũ est cũ eodem capitulo quinto libri preallegati sic scribẽte. Nullus cib⁹ vtilior est in laudabili sanguine generãdo: q̃ qui perfecte digeritur in stomacho si enim cibus in stomacho bene digeratur: et in aliis membris similiter quo nihil meli⁹ dicẽte Galieno in libro de euchimia preadducto. Cibariorũ q̃ digerũtur magis meliores gignũt humores: nihil em̃ ad euchimã in oibus cibariis reperitur eque bonũ sicut digerere bñ in vẽtre. Digerũtur aũt bene cibi bone substãtie si cum bono desiderio siue appetitu accepta fuerint. Qui quãtũ faciat ad digestionẽ declarauit ipse in libro de dissolutione cõtinua cũ ait. Et appetitus in opere digestiõis cibi est maior pars: quia significat super conuenientiam et bonitatem ipsius: et quando sunt duo cibi equales in bonitate: et est necessitas appetit⁹ de eis ad vnum eorum declinans consentiemus dare rem appetitaz pre alia: quia cõuenientior est nature sue et leuior ea in digestiõe. Et quando duo cibi sunt: et vnus eorũ est melior altero: et necessitas appetitus in eo est ad peiorez declinãs: eligimus eum super meliorem eorum: dummodo non timeamus ex ipso nocumẽtũ plurimũ qđ eueniat ex ipso. Iuuamentũ autem accidit ex eo propter bonum sumere: et melius stomachum digerere ipsum hec ipse. Utendũ est igitur bonis cibis et cũ desiderio assumptis: vt bonus sanguis inde generet: qr nulli dubium est malum cibũ malum sanguinẽ generare: teste Galieno in secundo aphorismorũ cõmento. xxvj. Humores autem augmentati cause consistunt egritudinum: vt idẽ dixit. in. iij. Techni textu cõmenti. clxxxvj. Quare q̃ dicti sunt eligantur.

¶ Capitulum. lxiij. ostendit q̃ cibi et potus proportionati cõplexioni et consuetudini sint eligendi.

Cibi et pot⁹ cõplexiõi vniuscuiusq; conuenientes sunt: aut qr eã put est cõseruãt: aut in melius reducunt: aut qr appropriati. Et ppterea dixim⁹ q̃ si volumus presentẽ sanitatem et complexionẽ qualiscunq; fuerint cõseruare: sibi similia sunt eligenda. dicente Galieno in tertio techni textu cõmenti. xlviij. Oportet vt offeras similia similib⁹: qñ seruare vis corporis crasim qualẽ accepit. Cuius quidẽ rõ ab eodẽ assignat. iij. de ingenio sanitatis. c. iij. cũ inquit. Naturale custodiendũ est et cõfirmãdũ: vnde similia sunt semp ei necessaria. Et in. c. viij. eiusdẽ ait. Naturalia custodire et regere cũ similibus debemus: sicut que extra naturã cũ contrariis expellere. Cũ igit nobis intẽtio duplex sit circa sanos: aut custodire corp⁹ sanũ: scđm q̃ oportet et scđm crasim quã hz: aut hãc ipsaz meliorẽ facere. vt idẽ ait in. ij. Tera

pētice.c.vlti. Si ergo hoꝝ primum aggredi voluerimus: tēperata erūt dāda tēperatis: ꝛ intēperata discrasiatis. dicēte Isaac in.j.c. dietarū vniuersaliū. Tēperatis cōplexionibus cibaria tēperata: ꝛ etiā oī mala qualitate carentia: necesse est vt dent̄. Si vero distēperatū fuerit corpus: intm̄ ɔtēperātias minui opꝫ: inquantū eucrasia corrupta fuerit. Calidiora em̄ dādo calidioribus: frigidiora frigidioribus: ꝛ sicciora siccioribꝰ: hūidiora hūidioribꝰ: vt iussit Gal.i.iij. Techni. ꝛ i.vj. de regimie sanitatis vbi series eiꝰ talit̄ sonat. Scdꝫ q̄litatē familiaritates siquidē custodire volueris complexiones: humidisꝰ quidē humectantes cibi cōgrui: siccis vero sicci: si vero subalterare volueris cōtrarij congrui: ꝓpter hoc igit̄ si corpꝰ distenperatū voluerit ad meliorē reduci cōplexionē cōtrarijs cibis vti dꝫ: q̄tm̄ a cibo distēt tēperato: quantū ꝛ ipm ab eucrato corpore recesserit. vt docuit Gal. in.iij. Techni palle gato cū dixit. Si velis permutare corpꝰ siccū ꝛ calidū: nō sunt administrāde calide ꝛ sicce diete: sꝫ q̄ tm̄ eucrata crasi sunt frigidiores ꝛ humidiores q̄tū natura eiꝰ erat calidior ꝛ sicc̄or. Et ideo Princeps in iij.j.doc.ij.c.vij. dicebat ꝙ melācholicus nutriēte indiget vehemēter humectāte: ꝛ parū calefaciēte. Cholericus vero eo qꝺ humectat ꝛ ifrigidet. Et ille q̄dꝫ in quo sanguis calidus ꝛ bonꝰ: nutriētibꝰ indiget frigidis ꝛ parci nutrimēti. Et ille in q̄ sanguis generat̄ phlegmaticꝰ nutriētibꝰ pauci nutrimēti idiget in q̄bus caliditas sit et subtilitas. Securior em̄ via hec est in corporibus distēperatis vti.s.cōtrarijs: q̄ sibi similibꝰ vt etiā sensit Gal.i.ij. de virtutibꝰ naturalibꝰ.c.viij. dicēs. Propter hoc calida cibaria calidis natura: ꝛ iuuenescētibꝰ in cholerā ꝓpti trāsmutant̄: calido em̄ calidū appropinquans in imoderatione crasam desistit ꝛc. Et in sexto de regimine sanitatis etiā inq̄t. Facilius a similibꝰ cibis in morbosaꝫ discrasiā deueniūt: q̄ scꝫ a cōtrarijs. Et ꝓpterea cōtrarijs est vtendū: vt etiā de mēte eiusdē diximꝰ in.cap. lvij. vbi verba ipsiꝰ annotauimꝰ scripta in libro de dissolutiōe ɔtinua. Sciendū est ꝓpterea ꝙ talis q̄n̄qꝫ ꝓprietas cadit inter cōplexiōes et cibos aliq̄s: ꝙ quidā aliquibꝰ sunt cōuenientes: alijs aūt ɔtrarij: vt voluit Auicē. in.iij.j.c. superiꝰ allegato dicēs. Unaqueqꝫ hoīs cōplexio cibū hꝫ cōuenientē ꝛ similē: ad quē mutandū si volūtas ei affuerit: nocumentū ei faciet: ꝛ impedimentū. Et subdit. Ex hoībus quoqꝫ est cui aliqꝺ nutrientiū bonoꝝ ꝛ laudabiliū nocet: ipm ergo relinquere ē ei cōueniēs cui cōcordat Isaac in libro dietarū vniuersaliū.c.ij. cū ait. Eūdē cibū q̄busdā inueniemꝰ contrariū: quibusdā vero nō: quibusdā stipticū: q̄busdā solutiuū. vñ Arist. qꝺ Gal. cōfirmat. Quidā sem̄ inquit carnē vaccinā ꝛ similia grossa ꝛ ad digerendū tarda bñ digerūt: ꝛ citiꝰ q̄ perdicū ꝛ gallinaꝝ carnes: ꝛ pulloꝝ: seu laudabiliū pisciuꝫ. Et qui sint hi declarat Auicen. vbi supra di. Et est aliq̄s hoīm in cuiꝰ stomacho cibus corrumpit̄ subtilis: et q̄ cito digeri solet: ꝛ fortis q̄ tarde solet digeri in ipso digerit̄: ꝛ hic quidē est cuiꝰ stomachus est igneꝰ: et ex eis est q̄ huic existit cōtrariꝰ quorū quisqꝫ scdm̄ suū vsum est regendus. Qꝺ nō minus voluit Rasis in iiij. Almāsoris.c.iiij. cū ait. Sūmopere est obseruādū vt cibos sibi cōsuetos q̄sqꝫ accipiat: ꝛ totiēs edat quotiēs consueuit: nisi cōsuetudo preuia fuit a q̄ ɔino gradatiꝫ ꝑmu

tari dz. Et illã nõ repẽte sz ordinate et paulatim trãseundo ad bonaz deserire. Et in.xxv.cõtinẽtis.c.j.dixit etiaz auctoritate Gal.in.c.libri pmi de epidimia. In hoibus sũt aliq̃ singulares: q̃bus cibaria aliq̃ sũt cõferentia: et tñ maiori pti hoiz sunt nocentia: et nociua eis cõferũt. Et hoc in hmõi nõ põt bene cognosci: nisi per experientiam: quare cognoscere debes morẽ cuiuslibet: et illũ seq̃ scdm modũ ipsi⁹. Et sic cuz eo cõcludendũ est q̃ cõsuetudo est obseruãda: dũmodo multuz mala nõ fuerit. et hec fuit. Hippocratis sentẽtia in.ij.aphorismoꝝ aphorismo.l.dicẽtis. Ex multo tẽpore consueta etsi fuerit deteriora insuetis min⁹ molestare cõsueuerũt. Si aũt pessima foret cõsuetudo: paulatim corrigat: vt dictũ est. si aũt nõ multũ mala fuerit: potius obseruet q̃ subito permutet dicẽte eodẽ in secũdo regiminis acutoꝝ tertu cõmẽti.xx. Facile q̃dẽ ẽ cõprehẽdi q̃ mala dieta cibi et pot⁹ q̃ scdm simile fit: securior est in oi tpe tueri sanitatem: q̃ ea q̃ melior si in ea mutatio subita fiat. et ideo dixit Gal. in.iij. microtechni. Medici corrigere quidẽ debẽt ex multo studio paulatiz transferẽtes in melius: quoniã nõ sustinet natura repentinas mutationes etc.

¶ Cap.lxiiij. ostendit quõ cibi sint eligẽdi secundũ qualitatez et fortitudinem exercicij.

Ciborũ cõueniẽtia respectu facti vel faciẽdi laboris est sumenda: et ad illũ taliter cõparãda vt q̃le fuerit vel futuꝝ ẽ exercitiũ: et talis sit ipsa dicta et reficiendum q̃litas. Qui eñ laborauerũt multũ grossiori reficiẽdi sũt dieta dicente Rasi in.xxv.cõtinẽtis.c.j. Debes cõsiderare in quãtitate mot⁹ añ cibũ facti: q̃re si mot⁹ fuerit habundãs: nutrimentũ fiat grossum et viscosũ habundãs et tarde dissolutiõis: et debes seq̃ dictã ex cã appetẽdi eã. Tñ si mot⁹ fuerit factus ante cibũ modic⁹: dictã debes seq̃ cũ paucitate cibi et tenuitate ipsi⁹. Et si mot⁹ fact⁹ fuerit cõpetens: vti debes nutrimẽtis equalib⁹ in habũdãtia et mõ tenuitatis et grossitudinis ipsorum etc. Que fuit snia Gal. in libro de dissolutiõe cõtinua sic scribẽtis. Qñ est mot⁹ añ cibũ multus: ciba bñ nõ cibis mult' grossis: viscosis: ad siccitatẽ declinãtibus qui sint difficilis dissolutiõis: neq̃ iungas ei dietaz: q̃ parũ cõuenit ei. Et qñ nõ est añ cibũ motus: vel est pauc⁹ opz vt nõ sis cõtentus dieta. s. cum paucis cibis et subtilib⁹: imo adiutorio in purgãdo cũ medicina solutiua aut cũ balneo etc. Et postpauca subiũxit. Et qñ motus est conueniẽs dabim⁹ cibos tẽperatos i subtilitate et grossitie etc. Igit hec obseruet exercitat⁹ malos quoq̃ ac corruptibiles cibos post suũ exercitiũ nõ dz assumere: vt colligitur ex sententia Principis in tertia primi dicẽtis. q̃ pisces post laboriosum exercitiũ nõ sunt comedẽdi: q̃ corrũpent et corrũpẽt humores. Qd etiã de alijs pariter corruptibilibus intelligi dz: queadmodum in duob⁹ verbis preceperat Gal. i primo de regimine sanitatis cum ait. Omnes laboriosi enchimio indigent cibo Uia tamẽ medicine et propter refrigerium caliditatis in corpore remanẽtis post exercitium: etatis tempore: pauca fructuuz quãtitas poterit conuenire atq̃ concedi: vt in libro de euchimia et cachochimia.c.vltio voluit Gal. dicẽs. Ab-

ſtinendum eſt a cachochimis.niſi aliqñ laborātes hora eſtatis egeāt ſanare ſiccitatē ⁊caliditatē toti⁹ corporis.Jdonea em̄ ſunt illo tpe poma:⁊ pruna:⁊ ceraſa preaſſumpta. De citrolo aūt ⁊ melone ⁊ melopopone nō multum offerendū eſt ⁊c. Hec pauca de cibis cōuenientibus poſt exercitiū dicta ſufficiant:cū et de hoc aliqua ſcripta fuerint in.c. xxxi.libri huius.Qui aūt cibi conueniāt anteq̄ȝ fiat exercitium:dicamus:q̄ ſi exercitiū forte fuerit:cibi groſſi ſunt accipiendi:⁊ tāto min⁹ groſſi quanto ſuauis fuerit exercitiū:ſicuti ſubtiles penitus quieſcētibus ſunt conuenietes:vt placuit Jſaac in vniuerſalib⁹ dietis.c.j.cū inquit. Nullus phiſicus ambigit temperatū cibum iuuenū alterum eſſe q̄ȝ ſeniorū in excitantibus q̄ȝ ⁊ laborantibus aliud q̄ȝ inquiete. Laborantes em̄ ⁊ exercitantes expetunt groſſiorem cibuȝ:⁊ ad digerendū duriorē atq̄ȝ ad diſſoluēduȝ tardioreȝ.Quietis vero ⁊ ſilentib⁹ ecōtrario dandus eſt cibus ſubtilior:⁊ ad digerendū velocior ⁊ diſſolutioni de mēbris facilior. Et in ca.xx.eiuſdē libri ſic etiā ait.Oportet vt dieta groſſa ſi ſcd̄m exercitiū ⁊ labores ſepe enim fortiter exercitati ſicut athlete:⁊ ſimiles groſiſſimaȝ ⁊viſcoſiſſimā erunt patientes dietā.Et infra.Soli exercitātes et laborātes cibis groſſis indigent. Hoc quoq̄ȝ ſenſit Auicen.in tertia primi doctrina ⁊ capitulo ſepi⁹ allegatis:cuȝ dixit.Exercitati ⁊ multi laboris ſunt magis tolerantes nutrientia groſſa.Et in quarto primi capitulo primo ſic inq̄t. Eligimus cibū fortis nutrimēti ⁊ tarde digeſtionis ꝑpter eū quē cōfortare volumus ⁊ exercitijs fortibus preparare ⁊c.Cōcludamus ergo cum Gal.in libro de euchimia dicente. Soli illi qui vehemēter exercitant:⁊ viſcera nō habent male a natura facta:poſſibile eſt in pachichimis ⁊ groſſis cibarijs conuerſantes nō ledātur:alioꝝ aūt nullus ꝑpterea igitur ſi quis voluerit fortiter laborare:nō debet oua ſorbilia aut carnes hedi lactentis:aut pulli iuuenis ⁊ ſimilium manducare:ſed res groſſiores ⁊ ad digerendum duriores et cetera.

Cap.lxv.oſtēdit qui cibi ſecūduȝ vnūquodq̄ȝ tēpus anni ſint eligendi ad ſanitatem.

Nullus ambigit alteꝝ cibū debere eſſe in vere q̄ȝ in autūno: aliuȝ quoq̄ȝ in hyeme q̄ȝ in eſtate dixit Jſaac in p̄mo capitulo dietaꝝ vniuerſalium.Propterea ſciendū eſt q̄ȝ in ſubſtātia quantitate ⁊ q̄litate ⁊c.debēt cibaria ſcd̄m anni tēpora diuerſificari:vt voluit Gal.in j.de alimētis capitulo.xiij.dicens. Eadem aūt ⁊ de regionibus tēporibus ⁊ cōſiſtentijs itelligere oportet ſcd̄m vnū quodq̄ȝ edulium: pacentē quidē in autūno a melancholis cibarijs ⁊ exiccātib⁹ edulijs.Jn hyeme aūt vtentē calefacientibus ſicut ⁊ ſcd̄m eſtatē humectantib⁹ ⁊ infrigidantibus.Jn vere autem medie complexionis media virtutibus alimēta offerendū. Et in libro de diſſolutione cōtinua ſic etiā dixit.Et quando ſomn⁹ poſt cibuȝ mult⁹ fuerit:oportet q̄ donem⁹ cibos multos groſſos:⁊ hoc cōuenit fieri in hyeme ꝑpter longitudineȝ noctis et multitudinem ſomni.Et qñ ſomnus eſt paucus lenis:ſubtilibus nutriatur ſicut in eſtate propter prauitatē noctis ⁊ ſōmni paucitatē ⁊c.A qua ſumpſerunt poſteriores:⁊ Raſis primū qñ in.xx.cōti

nentis capitulo primo sic scripsit. Debes vti nutrimētis habundātibus ꝛ grossis in hyeme ꝛ econuerso in estate: ꝛ debes nutrire corpora equalia cū nutrimētis equalibꝰ ꝛc. Sed egrediētia modū nature cum intentione ꝛ contrarijs. Similiter Princeps Auicē. in scđa parte suorū canticorū accepit ab eo cū sic inqt. Tempore estiuo est cibi quātitas minuēda: estqꝫ tunc ad subtilitatē nutrientiū declinandū. Unde vitāde sunt tūc carnes grosse: ꝛ vtēdū est oleribus. ꝛ lactis speciebꝰ: et piscibus recentibus: hedo ꝛ agno mediocris etatis: ꝛ pullis gallinaceis ꝛ gallinis: carnibꝰ quoqꝫ colūbarū ꝛ coturnicū. ꝛ subdit. Sunt etiam ex cōficiētibus tūc sapores excoriādo: ꝛ agresta ꝯpositi ꝛ similes. Que autē sit huius causa exprimitur ab Auerroi in commento sic dicente. Hoc quidē fit rōne debilitatis caloris naturalis cōtingētis corporibus ex dn̄io calidi extranei sup corpora tēpore estiuo. Et ꝓpter eandē rationē sicut i hyeme nutriēs actu calidum est comedēdū: sic in estate frigidū: aut parue caliditatis: neqꝫ caliditas in hyeme: neqꝫ frigiditas in estate ad rem ꝑueniat quā sustinere nō possit: vt dixit etiā Aui. in iij. primi c. sepius allegato. et hec fuit sententia Almāsoris in. iiij. c. iiij. dicētis. Opꝫ preterea vt in hyeme sit cibus actualiter calidꝰ: in estate vero actualiter frigidꝰ. Est tn̄ abstinendū a cibis calidissimis q̄les sunt tūc cū ab igne remouent̄. Et ab illis qui sunt vehemētis frigoris sicut qui super niuē refrigerant̄: quibꝰ nullus vti dꝫ: cibo enim super niuem infrigidato nullo mō est vtēdū nisi in tpe magni caloris ꝛ corpore quasi inflāmato existente hec ipse. Nos tamē adimꝰ ꝙ preter suprascriptas cōditiōes debet esse iuuenis: carnosus. fortis: fortiū viscerū: ꝛ assuetꝰ: q̄ sine lesione rebꝰ adeo īfrigiditatꝫ vti voluerit. Aliter em̄ i cacolicā ꝛ alias egritudines facile caderet. ꝛ forsitā in ꝓprij ꝛ naturalis caloris extinctionem cū modicus esset ꝛc. vt patet ex his que in prima. iiij. de aqua frigida et de ipsius exhibitione a principe dicātur. Cibi quoqꝫ in nutrimēti quātitate differre debent: nā in estate nō debent esse tanti et tam grossi nutrimēti sicut illi q̄ in hyeme: dicente Aui. in. iij. primi. c. vij. doctrina secūda In hyeme quidem cibi pauci nutrimēti nō sunt edēdi sicut olera: sꝫ nutriēs magis est edēdū qđ est ex grauis ꝛ fortis soliditatis. ꝛ in estate cōtrariū. ꝛ in parte secūda canticorū etiā sic ait. In tpe q̄dē hyemali est vtendū cōtrarijs eis q̄ retulimꝰ vt obuiet̄ frigiditati ipsius. Uere aūt ꝛ autūno incedendū est inter estatem ꝛ hyemem. In cuius cōmento Auerrois sic inquit. Uere et autūno sunt corpora regēda regimine medio iter caliditatē ꝛ frigiditatem: congruit tn̄. regimen exiccatiuū i vere: ꝛ humectatiuū in autūno: vnde fugienda est exiccatio in eodem: vt dixit Aui. ibi. Que fuit snīa Rasis i. iiij. Almāsoris. c. xxvj. dicētis. qꝛ autūni tpis egritudines male sunt et pessime ad vltimū: tota intētio sit in corporis humectatiōe: i hoc. em̄ tpe hoc plus existit necessarium ꝙ̄ etiā in estate: hoc nāqꝫ tp̄s pro sue cōplexiōis malignitate errorē nō tolerat regiminis: vn̄ largis nō permittit vti cibis: neqꝫ dietā despicere. Qđ sensisse videt̄ Hippocrates in p̄rio aphorismorꝫ aphorismo. xviij. dicēs. Estate ꝛ autūno cibos grauissime fuerūt ꝛc. Horū aūt rō est: qꝛ autūnus est tp̄s nature ꝛ humane vite cōtrariū: qm̄ calor in eo

debilitat: et siccitas sit fortior: vt dixit Princeps. in.ij. primi. summa de pulsib⁹.ca.ix. Et ppterea ẽ tps morbiferũ: vt ait Aristot. in prima pblematũ problemate.xxvij. Et iõ in ipso nõ sunt accipiẽdi cibi mali aliquo modo. ppter qd aũt in vere regimen exiccatiuũ cõueniat dicẽdũ est: quoniã etsi ipz tẽperatũ sit: et de se sanissimũ et minime mortiferũ teste Hippocrate in.iij. aphorismorũ aphorismo.x. tñ in ipso mouent egritudines plurime: vt dixit princeps in.ij. primi. et Aristot. vbi supra. Et hoc qr sua caliditate et humiditate eliquat humores: et superfluitates cõgregatas in hyeme et pmiscet eas sanguini: vt Auicẽ. voluit in.j. tertij tractatu.iiij. c.xix. Et ppterea ccludit in.ij. primi doctrina secũda. c.vij. q: nulla res ẽ q̃ ita tueat ab egritudinib⁹ veris sicut phlebotomia et inanitio et diminutio comedendi et bibẽdi: et debilitatio potus inebriãtis: bñ igit dictũ fuit q siccatiuo in eo vtendum sit regimine.

¶ Cap.lxvj. declarat q̃ hora cõueniẽs sit ad reficiẽdũ corp⁹ tã ex pte corpis q̃ ex pte diei et tẽporis anni.

SI cũcta q̃ in supiorib⁹ capitulis dicta sunt: ad vngnẽ obseruarent: hora tñ debita comedẽdi nõ obseruata: paꝝ quippe ad sanitatis facerẽt cõseruationẽ. Et ppterea de ipsa tanq̃ de re maxime necessaria ad salutẽ tuẽdã dicẽdũ ẽ i pñtiaꝝ. Duplex aũt ẽ hora comedẽdi: vt dicũt autores. Quaꝝ pria ẽ hora diei artificialis recẽtior i q̃ lõge meli⁹ ẽ comedere q̃ i aliis ptib⁹ diei. et psertim in estate dicẽte Auicẽna in tertia primi doct.ij. c.vij. In estate qdẽ melior comedẽdi hora existit qua est frigidior. Qd etiã sensit Rasis in.iiij. Almãsoris c.iiij. dicens. Meliores quoq3 hore ad sumẽdũ cibũ sunt hore frigide: q si hore frigide esse nõ pñt mãsiones saltẽ frigidi sint. et in.xxv. cõtinẽtis. c. primo Meli⁹ tps nutricationis erit frigidũ: qr calidũ malũ est. Et si nutrimẽtũ nõ põt sumi in tpe frigido: sumat in loco aurore: qr caliditas circũferẽs corp⁹ nr̃m debilitat digestionem ꝛc. Que fuit Gal. snia in libro de dissolutiõe, cõtinua sic scribẽte. et melior horaꝝ in accipiẽdo cibũ ẽ hora frigiditatis ppter aggregationẽ caloris natura lis i iteriorib⁹ corpis. Sz i hora caliditatis opz q dimittatur acceptio cibi: qr caliditas aeris attrahit calorẽ naturalẽ ad exteriora corporis: et euacuat ab iteriorib⁹: et debilitat calor i iteriorib⁹ corpis ad digestionẽ et ppter hoc antiq pferebãt cenã prãdio: pcipiẽtes q plus sumerent in cena ppter aggregationẽ caloris i iteriora corpis frigiditate noctis ꝛc. Uespere igit. et mane reficiẽdũ est: et nõ in meridie vel circa vt nõnulli faciũt. Altera aũt hora comedẽdi obseruanda ex pte corpis est: vnq̃ comedam⁹ nisi cũ appetit⁹ mãducãdi insurrexerit: q̃ postq̃ aduenerit nõ ẽ tardãdũ ampli⁹: qm̃ tũc ẽ hora comedẽdi. vt voluit Princeps loco superi⁹ allegato cũ ait. Opz ne aliquis comedat nisi post dͤsideriũ: neq3 i hoc tardet cũ desideriũ ebullierit: nisi fuerit mẽdosũ nã tolerare famẽ stomachũ replet putridis hũorib⁹. qd voluit Rasis i.xxv. ctinẽtis. c.j. dicẽs. Exsiccatia plixa stomach⁹ replet de erugine mala. Et infra iterũ ait. Nõ debes remouere tps mot⁹ appetitus cibi: qm̃ si tardauerit tunc sumptio cibi: imminebũt male super-

finitates.ꝛ inde deficiet sibi appe
titus.que quoqꝫ fuit Gal.sententia
in libro de dissolutione continua
sic scribentis.Et dꝫ esse acceptio
cibi in hora motus appetitus:ꝓ=
pterea ꝙ qñ mouetur apppetitus:
ꝛ nō incipit accipere cibum:attra=
hit stomachus ex superfluitatibꝰ
corporis:que cū intrent stomachū
destruunt appetitum:ꝛ corrumpūt
cibum quādo adminiscetur ei ꝛc.
A quo videt accepisse Auicen.vbi
supra qñ sic scripsit.Cholera ru=
bea abundantibus ex tolerantia
famis accidit vt cholera rubea ad
ipsorū descēdat stomachum.Cūqꝫ
aliquid comederint ipsorū corrum
pentur cibi:ꝛ voluntatē comeden
di amittent ꝛc.Hanc autem horā
ne quis decipiat scimus aduenisse
vt dixit Auicen.loco allegato.qñ
stomachus ꝛ superiora intestina a
primo nutriente euacuata fuerint
Et hoc est qđ etiā volebat Rasis
in quarto Almansoris in princi=
pio cum inquit. Comedere opor
tet postq̄ cibi preteriti fex inferiꝰ
descēderit.Et pars vētris inferior
lenis efficitur:in qua nulla reman
sit tensio:ꝛ motus precessit conue=
niens:appetitiua quoqꝫ preualet
ꝛ tunc melius iudicatur.Et ꝓpter
ea dixit idem in.xxv.cōtinentis.c.
preadducto ꝙ inter prandiū ꝛ ce=
nā debent esse octo hore a prandio
sexdecim hore ꝛc.Auerrois etiā in
vj.colliget dixit.Hora cibādi erit
cum oēs digestiones fuerint cele=
brate.Et hi oēs a Gal.accipere di
cente in.j.Terapētice.c.vj.Tantū
rationabile est ꝙ primus cibus cer
tissime totꝰ sit digestꝰ anteq̄ scđs
accipiat.Cuius quidē rationē ipse
qđē assignauit i loco de dissolutio
ne continua dicēs.Assumptio cibo
rū dꝫ fieri in hora sua.Et ideo q̄ ac
cipit cibū scđm post descēsionē pri
mi:ꝛ secutꝰ fuit somnꝰ sufficiēs fit
bona digestio.Et q̄ accipit cibū et
remāserūt in stomacho eiꝰ:aut in=
testinis reliquie in q̄ntitate ex prio
ri cibo ꝑter digestionē:corrūpit ci=
bus scđs cū reliquijs primi ꝛc.Et
ab eo Princeps accepit id cōiter
allegatū qđ scripsit in.iij.j.sez.Qđ
in corpe est deteriꝰ:est vt nutriens
sup nutriēs:qđ nō est digestū mit=
tere.Cū eo itaqꝫ cōcludēdū est sic
vbi.s.scribēte.Oēs q̄ sanitatē cu=
stodire volūt nihil comedāt nisi de
sideriū fuerit certū:neqꝫ in hoc tar
det eū ipm ebullierit quēadmodū
ieiunātes faciūt:qm̄:vt dixit Auer
rois in.iij.colliget.qñ recipit cibꝰ
post ieiuniū in stomacho ꝛ epate:
ꝑmutabit ad calorē ꝛ siccitatē for=
tē ꝛ inducet stomachum ꝛ epar ad
eandē cōplexionē ꝛc.Et hec de ho
ra comedēdi dicta sufficiāt.

¶Cap.lxvij. ponit cōditiones
quas dꝫ habere triticū:ex quo
panis faciens ad sanitatem fie=
ri debet.

Visis vniuersalibus circa
refectionē attēdēdis:iam
tps est vt ad ꝑticularia
descēdamꝰ:ꝛ ad dicēdū
de singulis cibis i specie
hodierno tpe visitatis accedamus:
a pane priꝰ initiū faciētes:cū ipse
sit velut oīm ciborū fundamētū de
cuiꝰ bonitate maxie ꝓuidēdū ē:qm̄
si malꝰ fuerit:nō solū nullū bonū
opat i corpe:sꝫ nociuissimꝰ ē:teste
Gal.i.v.de regimine sanitatis.qđ
ēt ex dctō illo ꝑncipis colligi pōt i
iij.j.dicētis.Impedimētū panis cū
nō digerit est multū ꝛc.Jō vidēdū
est quale triticum prio esse debeat
ex quo panis conficiēdus est:nec
hac re tam vtili tamqꝫ necessaria
contingat dubitari:ꝛ quamuis ex
multis alijs panis fiat nos ta=

Quia possset a nobis quis piam robiliter qrere pre supposita bonitate animalis in genere etate &c. Quenam caro sit conuenie tior ad sanitate tuenda: an ea que macri fuerit animalis: an illa que pinguis: vel ea que mediocris existit. Cui rndebimus adducentes Isaac autoritate scripta in .c.xiiij. vniuersalium dietaru sic dicentis. Animalia macerrima carne sunt neruosa: & parum sanguinis habentia: & parum humida & paruinutrimenti: sed tn causa sue parue viscositatis velocia sunt digeri & venas penetrare magis inqua q carnes crasse. Et in .c.xvj. earude sic etia ait. Neruosa sunt & dura & parum nutrientia aialia q macra fuerint aut naturaliter sicca. Quod etiam sensit Auice. in scdo canonis .c. pprio cu dixit. Caro decrepiti est mala & similiter caro extenuati. Que mihi vident fuisse verba Gal. in iij. de alimentis cum inquit. Carnes aialiu macilentoru & prouectoru sunt pessime. Ex quib9 manifestum est q caro macroru aialiu no sit comededa: minusq etia caro pinguiu ex arte & studiose ipinguatoru. Qm crassissima aialia similiter sunt pessima: cu pinguedinis proprietas stomacho & digestioni sit nociua: vt inqt Isaac i.d. c.xiiij. Et in particularib9 similiter cu ait. Pinguissima copositio est indigestibilis: cito de stomacho descedes: ventre humectat: velociter in corruptione conuertitur: phlegmatis viscosi est generatiua & magis si sit de humidis aialib9: vt sunt porci: & pecudes. Et infra sic quoq scripsit. Pinguedo cum carne mixta fastidiosior: est et solubilior: ambo enim sunt fastidium inducentia: cibiq instrumetu mollientia & humefacientia maxime villos stomachi: h3 quoq pprietate sup oes cibos natadi: & in cibu viscosum grossum digestioniq inobediente faciendi: & falsam saturitate generadi &c. Et propterea dixit etia Princeps i canonis .ij. Caro qde pinguis lenit ventrem cu paucitate sui nutrimenti & velocitate sue conuersionis ad fumositate & cholera & egerit velociter &c. Caro itaq mixta cu pinguedine q crassa dicit no est comededa. Si tn sola sit: ex pinguedine nuda: et de crasso animali assumpta fuerit: comedi pot: qm melior est & laudabilior q q comixta est ex pinguedine: licet etia sit de non crasso animali. Et causa est: q: no h3 crassitie que possit stomacho nocere vt ad litera inqt Isaac in lib. v. d. c. xiiij. Uia tn tutior: & securior est vt relictis extremis: pinguissima sc3 et macerrima carne: mediocre comedamus: qm vt idem ait vbi supra: que aialiu inter crassitie & macie sunt media: in natura sue actionis & passionis sunt mediocria. Et infra. Caro cuiuslibet animalis in pinguedine teperata: melior est q pinguissima siue macerrima. Qd iteru in particularibus replicauit cu de mebris toqueret dices. Mebra mediocriter pinguedinis habentia sunt digestibiliora & stomacho copetetia & bonu sanguine generatia. Que qde fuit etia Haliabatis snia in .v. Theorice .c.xxj. sic dicetis. Oibus porro carnib9 elegatior est q inter macredine & pinguedine est teperata. & Rasis i tertio Almansoris .c.xj. sic scribentis. Caro que inter pinguedine & macra existit: sanguine gnat teperatu. Et in .c.ix. eiusde. Caro rubea sine piguedine maioris e nutrimeti: q q est cu piguedine: & pauciores ge

nerat superfluitates: et stomachum plus corroborat Sit itaque caro faciens ad sanitatem nō macra. nec pinguis: sed de carnoso iuueni: et satis pingui naturaliter animali: q̄ nō in domo incrassati superabūdanter. et presertim si illud animal humide fuerit cōplexionis vt porci oues et similiū: qm̄ nihil deterius: vt ex preallegatis auctorum sententijs visum est supra. quibus fidem q̄ adhibere noluerit. galieno saltē credat sic dicenti in libro de dissolutione cōtinua. Caro galine duragi et starne et epata pullorū anserum et eorū ascelle. et omniū auium pinguiū et iuuenum velocius digeruntur: q̄ ascelle macrarum et antiquarum. Et sicut ipse de predictis expressit sic pariter de reliquis aialibus intelligendū est. Que cū iuuenilia fuerint: et mediocriter pinguia: eorū carnes optime sunt dūmodo pinguedo q̄ eis adheret nō accipiat: sed caro tantū modo sola vt ex pretactis rationibus diximus.

Cap. lxxviij. ostendit quō coquende sint carnes macre et quō pingues: declarās virtutē et naturā assatarū frixarum et elixatarum carnium.

Cum semp nō possumus habere aialia: vt. s. diximus: mediocria. sz quandoque necessariū ē pīgnibus: quandoque ẜo macris aialiū carnibus vti oportunū nō minus q̄ vtile: mihi visuz ē in hoc. c. modū coquēdi dictas carnes scribere rōnabilr debere: vt itelligat quō magis faciāt ad sanitatē. Dicamus igitur q̄ etsi plures sint modi coquēdi carnes: hi tñ principaliores existunt. s. in aqua: et dicit elixatio. alius vero sup prunas in veru: et appellatur a medicis assatio. Carnes igit macre elixāde sunt: et crasse vero magis assande vt p̄cepit Isaac autoritate Ruffi in. c. xxxiij. dietarū vniuersaliū dicēs. Antiqui et maxime Ruffus precepit vt carnes macre nullā pinguedinē habentes nō accipiant nisi elixe vel in iusculo cocte: q̄tenus ab ipsa aqua fiāt humide. vnde sue siccitates tēperent. Et ifra etiā dixit si cū sale et aq̄ carnes elixet ex aq̄ humectāt et tenerant et facile digerunt. et subdit. Et hoc est qđ p̄ceperūt antiq: ne caro macra nisi elixa comedat: q: aq̄ humectat eā et tēperat: cū ipsa sit neruosa et naturaliter siccissima. Ecce igitur qui assant macrā carnē vt bouinā quē admodū nonnulli faciūt: quātū ipsam superflue desiccent et quātū peccent ad sanitatē pariter: et q̄ crassam elixant superabundanter ipsam humectantes cū potius assari debuerat dicēte eodē Isaac in lib. et. c. preallegatis. Quod studuerunt antiqui artificialiter adaptate carnē pinguissimā cū multo sale et assare ipsam forti carbonoso igne vt mali humores sui sint plus exiccati: et vt accēdāt tēperamentis. Et infra adhuc ait. Caro pinguis nō dz comedi nisi assata cum multo sale et sup carbones ignis vt plurima sua humiditas queat exiccari. Si tñ multū pinguis nō esset: minori foco coquinanda est. vt idē voluit vbi. s. dicēs. Qui assare carnes volunt quarū humores illaudabiles sunt sicut carnes nimie pinguedinis: opz multū assari et diu igni apponi vt sua humiditas illaudabilis finiat: mediocres aūt in pinguedine non forti foco sunt assande silr q̄ nude sunt. scz a pinguedine. Et adhuc magis in p̄cessu sic inquit. Carnes humide sub frixent et assentur et cū siccis condiant: vt sua humiditas tēperet et

exiccet. maxime si pinguis fuerit. Et ppterea demũ concludit q̄ porcina ꝛ pecorina caro ex sua humiditate sit bona assare: ꝛ caprina ex siccitate sua elixare, ppter qđ bouina assata: et porcina elixa equaliter sunt illaudabiles. Prima ex sua nimia siccitate. Scđa vero ex superflua humiditate. Et hec fuit etiã Aristo. snia in. xx. pblematũ pblemate. v. dicentis. Sicciora nõ magis desiccari opꝫ: elixa aũt oĩa humidiora: ꝛ meliora. minus autem humida si calefiant et fiant sicca. Tantũmodo ergo humide ꝛ crasse carnes sunt assande: quõ aũt sint assande dicamus breuiter cũ Almansore in lib. iij. c. xij. sic scribẽte: Caro supprunas assata multũ nutrit: corpus namq̄ corroborat atq̄ velociter nutrit: tarde tñ atq̄ vix vnq̄ tota oĩno digerit: caro aũt q̄ in patellis posita in furno coquit mala est parũ eñ nutrit. Cui tñ nõ videt assentire Isaac in vniuersalibus dietis. c. xix. cũ inquit. Focus panificij ꝛ assandi molior ꝛ quietior ꝛ sine flamma in calore temperatus bonus erit. ne ad exteriora corpora preualeat ꝛ suã humiditatem cõsumat: dura ꝛ sicca faciat anteq̄ interiora sint cocta q̄admodũ foc⁹ carbonũ facit. Cui⁹ magis videt adherẽdũ opiniõi cũ Almãsor i loco pallegato sic dicat. Caro i veru assata grossa ẽ ꝛ multũ dat nutrimentum. que non digeritur nisi cũ stomachũ inuenit robustũ ac calidũ Quod ex alia causa non videt cõtigere: nisi qꝛ interius non sit cocta sufficienter: vt Isaac dixerat supra. Sic itaq̄ apparet quõ duob⁹ modis caro crassa possit assari: ꝛ quis cõuenientior sit. Que vero sit carnis assate natura si bene digeratur dixit Haliabas in. v. theorice. c. xxiiij. hoc modo. Assata caro calida est in humido temperata ꝛ sicco plurimi nutrimẽti digestionem tardat: naturã angustet maximeq̄ macros eorũ vero q̄ pingues sunt minus ventrem retinet: laborantibus ꝛ exercitij viris vtilis ẽ: ꝛ cui⁹ complexio humida. Quod etiã voluit Auic. in. iij. primi. c. xx. cũ ait Assatura carnis q̄ fit sup prunas si digeritur nutrit multũ ꝛ bene ꝛ plurimum restaurat. ꝛ in. vij. iij. tractatu. iiij. ca. ij. assata de carnib⁹ ppter illud quod retinetur in eis de virtute carnis generant carnez durã. Decoctũ autem ex carnibus s. elixum generat mollitiem ꝛ teneritatem non firmã. Huius itaq̄ capituli sit hec cõclusio. q̄ sicca caro dꝫ elixare: crassa vero assari: nulla aũt frixari dꝫ: qm̃ caro cũ pinguedine frixa: fastidiũ facit atq̄ de stomacho tarde descendit: teste Rasi vbi supra. ꝛ Auicẽ. xx. tertij. tracta. j. c. xxj. sic scribente. Frixio phibet cõfortatione carnis ꝛ multitudinẽ nutrimenti eius qđ credo euenire ppterea quod in stomacho non digerat. Postremo obseruandum est Auicen. preceptũ in. vj. iiij. tractatu. ij. c. xj. dicentis. Caro quecũq̄ caro sit assata: nõ cooperiat submergendo imo dimitatur discooperta donec euaporet: nam cũ submergẽdo cooperitur: fit venenum qđ ad ptĩa pducit accidẽtia: vno aut duobus diebus. ꝛ quãdoq̄ interficit. Et hoc est illud qđ etiã sensit Almansor in lib. viij. c. xxvij. cum ait. Si qđ assat ꝛ mox cum remouetur ab igne suffocatur: ꝛ multis obuolutiõibus anteq̄ per horã expiret vaporẽ eius exire phibentibus inuoluat. ꝛ si comestum fuerit: proueniet ex ipsius comestione fluxus ventris ꝛ nausea: et vomit⁹: ꝛ fortassis plerũq̄ interficit: itellectum quoq̄ p vnũ diem aut duos inde

deficit ⁊c. Hoc igitur est qđ de assatis ⁊ elixis sentiunt antiqui: approbāt em̄ vtrūq dummodo fiant vt debēt. faciūt em̄ ambo ad corporis cōfortationē: qm̄ licet assata in exteriorib⁹ sint sicca: in interioribus tamē sunt humida: elixata aūt ecōtra vt magno placuit philosopho in .iiij. metheororū. Et nutrimētum eius q̄ assata est sicci⁹: ⁊ ei⁹ q̄ elixata humidi⁹: vt pnceps ait i canōis .ij.

¶ Capitulum .lxxix. ostēdit naturā ⁊ pprietates carnis salite: declarās q̄ carnes possint. ⁊ debeant saliri ⁊ que minime.

Multi sunt hominū q̄ magis ex salitis carnib⁹ q̄ recētib⁹ delectant. Et ppterea diuersoꝝ animaliū carnes sibi salire faciūt: ignorātes equidē q̄ bone sint ad saliēdū ⁊ q̄ minime. ⁊ hoc q: nesciūt qđ referat Isaac in .v. đ. c. xviij. cum ait. Sal operatur in reb⁹ scđm naturas rerū patientiū ⁊ nō scđz suā. Unde aliquādo indurat: aliquādo tenerat et emollit sicut in actione ignis videtur q̄ lutū incēdit ⁊ exiccat: ⁊ plumbū eliquat. et postea subdit. ex q̄b⁹ palā est intelligi: ꝙ mollis carnis: ⁊ multoꝝ humoꝝ aīalia oīa: sicut lactētes porci, ⁊ agni: ⁊ oīa aīalia dure carnis: vel paucoꝝ humorū sicut sunt iuuenes boues et veteres porci illaudabiles sunt ad saliendū. Et post aliqua etiā dixit. ꝙ veteres bouine ⁊ caprine carnes salse sint illaudāde. Et postea concludit: ꝙ q̄cūq aīalia sunt mollis carnis ⁊ paucoꝝ humoꝝ sicut sunt iuuenes porci illaudanda sunt ad saliendū. Que fuit Gal. sentētia in iij. de Alimētis cap. penultimo dicētis. Idonea ad salitura sunt corpora aīaliū q̄cūq duras ⁊ supfluas habēt carnes habētes i se ipsis humiditatē respsam magis phlegmaticā. Et q̄to hec vtiq amplior fuerit ⁊ grossior: tāto melior fit caro salsa: q̄ vo aut valde mollē aut valde durū ⁊ sine supfluitate habēt habitū corporis nō sunt idonea saliri. Deinde subdit ꝙ q̄cūq corpa sunt natura sicca in fecta salib⁹ inesibilia fiunt. Ex q̄bus clarissime apparet error salientiū carnes bouinas antiquas ⁊ similes. Que cū naturaliter ⁊ ex etate sicce sint ex sale postmodū siccissime fiunt: ⁊ sanitatis cōseruationē pessime: siue ad humores melancholici gnātionem optime. sz de hoc hec dctā sufficiāt.

Quid aūt de carne salita q̄ bn̄ poterat saliri scđm medicos sentētiamus. Dicēdū. ē ꝙ ipsa plurib⁹ de causis adhuc est illaudabilis: lz nō detestāda vt p̄dicte: qm̄ sicca nimis a sale facta est: q̄uis nō multū calida: respectu sue excellētis siccitatis, dicēte Isaac in pticularib⁹ dietis. ꝙ sal calefacit moderate: multū, tn̄ desiccat: q: cōpositū est ex duabus q̄litatib⁹: quarū vna est incidītina ⁊ colatiua. Altera vero coadunatiua ⁊ cōstipatiua. q̄ vterq desiccatiue sunt. Hoc etiā sensit Serapio. i. c. de medicina mollificatiua cū ait. Sal desiccat desiccatiōe forti. Et fuit snīa Gal. in .v. de simplici medicina di. ij. c. vj. dicētis. Sal exiccat exiccatiōe vehemēti ⁊c. Sapiēter ergo dicebat Princeps i. ij. canonis. c. cvj. ꝙ salita caro q̄uis i principio fuerit humida: tn̄ facta est desiccatiua vehemētiorē habēs exiccationē q̄ oīs caro: ⁊ ppterea ei⁹ nutrimētū est paruum. Et p̄ter hoc qđ ē paruū: est ēt paruū dicēte eodē in .ij. j. doc. ij. c. xv. Caro salsa est grossi nutrimēti ⁊ pauci ⁊ mali chimi. qđ etiā voluit Rasis i. xxiij. cōtinētis. c. ccccccij. cū inq̄t. Caro salita medici nutrimēti ē. q: sal dis

pergit humiditatem ei⁹: cōstipat
ventrem: et ꝓprie si infunditur in
aceto. ⁊ Gal. in. iij. interiorꝝ. capitu
lo. vij. similiter dixit. Omnia salsa
⁊ precipue de carnib⁹ animaliū: si=
ue silvestriū: siue aquosorꝝ. vel do=
mesticorꝝ sanguinē melācholicū ge
nerāt. Ecce igitur q̄tū carnes sa
lite a sapiētib⁹ detestātur. Nec mi
rū: cum nō solū carnes: sed ⁊ quecū
q̄ alia salita ab eisdem vituperen
tur: reprobenturq̄ ad sanitatis cō
servationē. vt in. c. de salsedine su=
perius declaratū est. Carnib⁹ itaq̄
salitis nostro cōsilio nō est vtendū
via cibi: vt faciūt hi q̄ in initio ca=
pituli dicti sunt. Sed tātummodo
pro medicinis aliquādo sunt assu
mende: vt appetitus deiectus sub=
leuetur: ⁊ phlegma existens in eo
abstergatur ⁊ exiccetur: dicēte Pri
cipe in. ij. canonis. c. iij. q̄ operatio
nes salsedinis sunt abstersio: ablu
tio et exiccatio: ⁊ prohibere putre
factionem ⁊c.

¶ Cap. lxxx. ostēdit naturā car=
nis hedine cū proprietatibus
eius et iuuamentis.

IAm tēpus est vt ad spe
cialia deueniam⁹: ⁊ di=
cam⁹ de carnibus qua
drupedū prio. Deinde
de carnib⁹ volatiliū si=
gillatī: ⁊ prio de domesticis: postea
vero de siluaticis nō omnib⁹: sꝫ de
magis vsitatis. Et cū inter dome=
stica hedus maxime approbetur: a
carne eius initiū nobis videtur or
diendū esse. Deinde de ea q̄ vitulo
rū agnorꝝ ⁊c. Sicut Princeps i ter
tia primi doc. ij. c. vij. eam aliis pre
posuit cū dixit. Oportet vt sanita=
tis cōseruator studeat vt cib⁹ ei⁹ sit
talis: quales sunt carnes hedorꝝ ⁊
vitulorꝝ lactentiū paruorꝝ: ⁊ agnorꝝ
annualiū ⁊c. Inchoantes ergo ab
hedina carne dicem⁹ de eius com
plexione cū Isaac in. c. xiiij. dietarū
vniuersaliū sic scribēte. Caro lactē
tiū caprinorꝝ est frigida: mediocris
tamen in humiditate ⁊ siccitate. ⁊
infra. Caro hedulina lactentiū est
tēperata nullā in se habēs malicie
admixtionē: q̄ licet tēperatū gene=
ret sanguinē: laborātib⁹ tamen nō
cōgruit ⁊c. Et post pauca iterū in=
quit. Sāguis quoq̄ q̄ ex ea genera
tur inter subtilē ⁊ grossuꝫ: ac inter
calidū ⁊ frigidū existit: cū sua tamē
tēperie videtur ad frigidū ⁊ humi
dū declinare: cū dicat Rasis in li.
iiij. suorꝝ aphorismorꝝ. Caro hedi=
na est frigida ⁊ humida mirabilis
sed in ea odor existit. Et ideo come
di debēt hedi nō magni: ⁊ apti sūt
ad salutis custodiā. Et i li. xxiiij. cō=
tinētis. c. ccccccciij. sic quoq̄ di. Ca=
ro hedina cōfert habēti naturā ca=
lidā ⁊ siccā ex humiditate lactis: ⁊
generat sanguinē bonū: ⁊ melior ē
mediocris in etate cū ꝓprietatem
cōfert habēti calidā cōplexioneꝫ ⁊
siccam. Et infra adhuc de ipsa sic
scripsit. Caro hedina minoris cali
ditatis carne agni annotici: ⁊ ma=
ioris humiditatis dum fuerit la=
ctens: ⁊ valet ad calidas personas:
⁊ bonū nutrimentū prestat ⁊c. Qđ
etiā voluit Haliabas in. v. Theori
ce. c. xxi. cū ait. Hedulorꝝ caro queq̄
generat sanguinē bonum: quoniā
eius cōplexio minoris est caloris:
⁊ minoris est humiditatis q̄ꝫ agno
ruꝫ caro: scilicet quando nō lactēs
fuerit: ⁊ in humido est temperata
⁊ sicco: cite digestionis: ⁊ tēperatū
generat sanguinē in subtilitate ⁊
grossitie. Ideo talis caro prout su=
pra dixit Rasis: vere mirabilis est
nūcupāda. ⁊ preserti si masculi la=
ctētis fuerit ⁊ remoti ab ei⁹ ortu no
tabilit̄ ipsa iquā nō pōt dici illauda
bilis ꝓpter laudabileꝫ humidita=

tē lactis vt di. Isaac in libri preallegati.c. xiiij.in q̄ etiā subiūxit. He duline carnes sunt oībus laudabiliores quas diximꝰ.s.quadrupedū Unde sanguis quez generāt.subtilior est ⁊ nutribilior:: ⁊ oībꝰ hominibꝰ cōuenientior:maxime euadentibꝰ ab egritudine. Uituline aūt nō similiter:q̄ em̄ generāt sanguinez grossiorem faciunt : quia boues grossiores ⁊ humidiores sunt naturaliter. Qḋ etiā replicauit in libro pticulariū dietarū cū scripsit. Lactētia hedulina sunt cōueniētia malas habētibꝰ cōplexiōes:ꝓpter tēperiē quā habēt:sunt etiā comoda egritudinē exeūtibꝰ:. Et infra i c.de hircis.sic quoqꝫ ait. Lactētes hirci sunt ceteris aīalibꝰ laudabiliores in sapore ⁊ nutrimēto ac digestionē ad generādum bonū sanguinē:lac em̄ eis naturalē prestat humiditatē.vnde carēt omni acumine. Eoꝝ nāqꝫ cōplexio tēperata est,in calore ⁊ humiditate absqꝫ sui corruptione:facilē ergo ⁊ subtilem dāt dietā. Et vtiles ꝓpterea sunt calidis ⁊ siccis egritudines exeūtibꝰ. Et quāto diutius lac sunt accepturi:tāto molliores ac teneriores sunt:hi aūt q̄ sue natiuitati sunt vicini nutrimentū dāt subtile:⁊ laudabilē generāt sanguinē: minꝰ tamē lactentibꝰ vtiles sunt ⁊c. qꝛ tātuz.s.nō habēt humiditatē. Et propterea diximꝰ supra : ꝙ hedi sanıores sunt cū abortu suo remoti fuerint notabiliter:⁊ quasi nō amplꝰ lactētes ⁊c. Que omnia q̄ꝫ breuibꝰ innuit Gal.⁊ cōprehēdit cum ait i libro de subtiliāte dieta.c.vij. Solis aūt hedis q̄s intristāter vtetur.et ob hoc tot ⁊ tātas cōsiderās Auerroys bonitates in .v.colliget postq̄ꝫ carnē galline supremā fecerat:inquit. Et post illius bonitatez scilicet carnis galline iuuenis : ex ambu latinis ē caro hedi. Et infrā subiūxit. Carnes hedulīne sūt meliores vitulinis:qꝛ generāt meliores humores ⁊ permaxime hoc faciunt hedi nostri :vt Cōciliatori visuz est dicēti.. Quadrupedū aūt domesticoꝝ hedū apḋ patauos maxime prefero lactentē . Dico aūt itaꝛ quoniā in regionibꝰ calidis multū ⁊ siccis minꝰ appreciādꝰ est agno. Ecce igitur quātū caro hedina faciat ad sanitatē:est itaqꝫ vtendū ipsa:⁊ presertim a delicatis quietis ⁊ hominibꝰ nō exercitatis:illud Auicenne preceptuz obseruādo:qḋ ipse posuit i tertio primi doc. scḋa capitulo septimo dicēs. Hedꝰ cū frigidꝰ fuerit erit melior:ꝓpterea ꝙ eiꝰ quiescit vapor. Agnus aūt cū est calidus est melior ꝓpterea ꝙ ipsius malus odor resoluitur . Utraqꝫ tamē dū est calida magis placet omnibꝰ cuius ratione nō obseruatur.

¶ Capitulum.lxxxj.ostendit naturam proprietates ⁊ iuuamenta; carnis vituline lactentis et non lactentis.

Caro vitulina ab auctoribus nostris satis commendata in duplici reperitur differētia.quedam.s.est lactens:⁊ quedā minime ⁊ grandioris etatis . Utraqꝫ tamē est ad sanitatem approbata: licet ex egritudine resurgentibꝰ vt hedina non conueniat.vt in.c.superiori pro parte visum est.⁊ secundum ꝙ dixit Isaac in vniuersalibꝰ dietis.c.xiiij.his verbis . Uituline carnes ⁊ si sint laudabiles:non tamen cōueniunt exeūtibꝰ egritudines:cū mēbra eoꝝ i digerēdo grossum cibū deficiāt . In particularibus etiā sic ait. Egritudinē exeuntibus:licet caro vituli non noceat ad digerendū

ad digerendũ: tamẽ est granis propter defectonẽ virtutis eoꝝ. Sꝫ dicet quispiam fortassis hec ad hunc librum spectare non videnť que tu de conualescentib⁹ adduxisti. Cui quidẽ consentimus: sꝫ tñ hec opponere voluimus: vt aliqualẽ carnis vituline grossitiem demonstraremus: qua nõ sic oĩbus sanis hoĩnibus sicut hedulina videť conuenire: quibusdã tñ et eis precipue q̃ aliqualiter laborãt: caro lactentis vituli est cõuenientissima ppterea quia cũ sua aliquãtula grossicie in complexione sua est tẽperata. vt in libro dietarum vniuersaliũ et c. pal legato colligiť. Et ideo Rasis inq̃t in. xxiij. continẽtis. c. ccccccciij. Caro vituloꝝ generat nutrimentũ cõpetẽs et proprie si digeritur. et Auicen. in. iij. j. c. et doc. sepi⁹ adductis. etiã inter carnes sanitatẽ custodiẽtes enumerauit carnẽ vituloꝝũ lactentium paruoꝝ: cuius bonitatis causam tetigit Isaac in particularibus dietis cũ ait. Bos lactens laudabile generat nutrimentũ: facilis est digestioni: qꝛ caloꝛ et humiditas eius in quantitate multa est propter vulue vicinitatẽ et lactis bibitionẽ. Idcirco bonũ generat sãguinẽ: et cholerã etiã rubeam a stomacho expellit: maxime si comedentibus naturalis caloꝛ dominetur. qđ videtur ab Haliabate sumpũ fuisse in. v. Theorice. c. xxj. sic dicente. Vitulorꝫ caro mediocriter nutrit et ab ea generat⁹ sanguis est laudabilis: hocqꝫ ideo q̃m bonis complexio sicca est: et animalis parue etatis complexio humida: caroqꝫ vituli natura sicca: cum etatis humiditate cõplexionẽ tẽperat i humido et sicco: ideoqꝫ cibus est laudabilis: sic quoqꝫ et omnis cõplexionis sicce aĩalis caro paruoꝝ etate melioꝛ est q̃ꝫ magnoꝝ ppter eoꝝ humiditatẽ cõplexionis. Caro itaqꝫ vitulorum et annualiũ agnoꝝ cõpetẽtes est his qui moderate exercenť. Caro antem vituli nõ lactẽtis est etiã bona et laudata: licet durioꝛ sit ad digerendũ cũ grossioꝛ ac siccioꝛ existat: dicẽte Isaac in particularibus dietis. Adolescẽtes vituli min⁹ q̃ꝫ lactentes sunt humidi duriusqꝫ digeruntur: sed qui ab eis generatur sanguis non est illaudabilis propter foꝛtitudinem sui caloꝛis. Qđ dictum quidem est intelligendum de vitulis non lactentibus: parum tamen distantibus a tempoꝛe sue lactationis: quoniam multũ remoti sanguinem generant siccum et illaudabilem: cum dicat idẽ vbi supra. Iuuenes boues pro sue natiuitatis remotiõe: caloꝛe et humiditate carent: quam de lacte et vulue vicinitate habuerant. Et propterea mihi videtur concludendũ esse cũ eodem in. c. xiiij. vniuersaliũ dietarũ sic scribẽte. Masculus bos lactens melioꝛ et laudabilioꝛ est nõ lactẽte: qꝛ humiditas lactis cõplexionem suã tẽperat et c. Et ob hanc causam Auerrois in. v. colliget dixit. Carnes vituline sunt bone carnes: propterea quia nõ habent quã habẽt abnine: superfluam humiditatez: nec illam frigiditatez et siccitatem quam habent carnes bouine veteres: et eorum scꝫ vituloꝛum carnes sunt magis odoꝛifere aliis carnib⁹ et quantum est in hoc meliores sũt carnibus hedinis: propterea quia in carnibus hedinis manifestatur quedam mucilago quando coquũtur. hec ipse. Quare laudamus eas ad sanitatem.

¶ Cap. lxxxij. ostẽdit naturã et vtilitates carnis agnine iuuenis: et malitiã et nocumẽta eiusdem cũ tenella et lactẽs fuerit.

NOn intendim⁹ hoc in c. dicere multum de agnis lactentib⁹ et propinquis natiuitati: q̄ humidissimā et phlegmaticā habēt carnē: nec de carne ouiū antiquarū que magis superfinica ē: et mali chimi hmōi enim caro reuera reprobari mereretur vt voluit Haliabas in.v. theorice.cap.xxj.dicēs. Agnorū caro maioris est humiditatis et caloris quaz caro porci ac phlegma generat. Ouinaqꝫ feminea caro sanguinez generat malū. Qđ etiā voluit Gal.in.iij.alimētoꝝ.c.j.et in libro de euchimia et cachochimia.c.iiij.cū dixit caro agnorū humida ē et viscosa et blenosa: et p cōsequēs nō videt facere ad salutis cōseruationē: vt supra diximus. Sz de carne agnorū annualiū a sapientib⁹ laudata intēdimus nō inutilez facere sermonē vt nōnulli ad pauca respicientes vt soliti sunt: eā nō ita facile vilipendāt vel vniuersaliter malā esse pnūciēt: nisi illā rōne prime aut vltime etatis inculpanda fore cognouerint: cuz dicat Isaac in.p.d. Pessimitas agnorum lactentiuz vel ouiū vetularum sit pter humiditatis et viscositatis copiā et superfluitatē phegmatis qđ generāt. vñ comeste prius q̄ digeste sint e stomacho egredientur. Adolescentes vero pecudes lz malignati ptineāt: etatis tñ siccitas humidā eaꝝ temperat cōplexionē. Unde sunt laudabiles digestioniqꝫ faciles et bonuz chimū generantes et c. Et idem in libro dietarū vniuersaliū capitulo xiij. enumerauit agninas inter carnesq̄ hūanā naturā nutriūt et ei sūt vicine: q̄re si fuerit annualis caro agnina nō ē superflue humida: vt asserunt hi equiuocātes. Et q ita sit. apparet manifestius, per Isaac vbi supra in.c.xiiij. sic scribentem. Caro agnorū annualiū est calida i hūiditate tñ et siccitate mediocris et infra dixit iteꝝ. Caro agnina annualis calida est: et ei⁹ siccitati dñatur humiditas nō supflua. Et propterea post pauca subiūxit. carnes quentētiores pecorie atqꝫ laudabiliores sunt ex quo a lacte separate sunt quousqꝫ pueniāt ad nubēdū. qđ in fine anni vni⁹ vel circa cōtingit: tūc em̄ caro agnorū masculorū est temperata: vt idē ait i loco preallegato: et nō solū fuit Isaac hui⁹ opinionis: sz etiā reliqui sapiētes. dixit eniz Rasis in.xxiiij. cōtinētis. c.cccccccciij. caro agni annotici calida est cōferens calidis personis: et sicce cōplexionis: et cū sua pprietate cōfert in cholera nigra. et infra etiā dixit: caro annualis annotici generat sanguinē laudabilē nō humidū neqꝫ siccū et cōfert in nigra et pprie castratorū annoticoꝝ caro. Et adhuc magis in pcessu dixit caro oīm aīaliū ambulātiū nō est in nutrimento et digestiōe melior carne agni annotici: qr caro ipsius est minoris humiditatis carne agnorū paruorū. Princeps quoqꝫ in secūda primi doctrina.scđa.c.xv. sic inquit. Caro annualis agni est multi nutrimētiet spissi et boni chimi. et in tertia eiusdē doctrina scđa.c.vij. circa principiū idē sensit. Hoc etiā voluit Auerrois in quinto colliget dicēs. Cōueniēs est dicere q carnes agnoꝝ sunt post bonitatē carniuz hedoꝝ et sic sensit Rasis et qđ mihi videt de agnis est: qr sunt multaꝝ supfluitatū: excepto q in terris calidis recipiunt tēperiē ppter calorē. et q hoc sit veꝝ est: qr videm⁹ q pili agnorū stātiū in terris meridionalibus sunt tortuosi sicci et curti et c. hec ipse. Ex quo dicto hoc possum⁹ elicere correlariū, q q̄to agni fue-

runt nati ꝛ nutriti in loco calido et sicco vt in montibus estatis tpe ꝛc. tanto meliores sint sibi oppositis etiā si annuales nō fuerint precise: ꝛ presertim si assentur cū bono carbonū igne ꝛ sale multo cōdiant ꝛc. Et ex his seqꝫ ꝙ pessimi sint agni q̄ de mēse februarij vtendi solēt tribus de causis permaxime. Quarū prima est q: nouiter nati. Secūda: q: in tpe humido ꝛ locis vt plurimū humidis cū in parte anni pastores ouiū montes iā reliquerint ꝛ ad planities nostras puenerint. Tertia q: impinguati sunt ab eis studiose cuꝫ farina seminis lini vt grādiores ꝛ ponderosiores existāt. Et ppterea pessimi sunt vt diximꝰ ad que frigiditas nostre regionis ad ipsam malitiā aliqd supaddit: cū in sexto climate sumꝰ cōstituti. ꝛ ideo fugiēdi sunt eo tpe. ꝛ cum annuales fuerint comedēdi sunt: idē Auicē. pceptū obseruādo qd in calce interioris capituli annotauimꝰ. s. vt caro eorū actu calida assumat dicente ipso Principe Agnꝰ cū est calidus est melior ppterea ꝙ ipsiꝰ malus odor resoluitur ꝛc.

¶ Cap. lxxxiij. ostēdit qualis nature sit caro porcina: ꝛ q̄ sint eiꝰ nutrimenti vtilitates: laudes ꝛ iuuamentis.

Omnes antiq̄ cōuenerunt ꝙ caro porcina sit oibꝰ carnibꝰ humidior: ꝛ multis etiā frigidior: laudabilis tñ ad nutrimētū: si nō lactes vel antiq̄ fuerit. ꝛ ꝙ ita sit: audiēdꝰ ē Isaac i libro: p. d. cū inquit. Pecudes sunt porcis minꝰ hūide: q: caro porcina ceteris oibꝰ aialibꝰ ē frigidior ꝛ hūidior: ꝛ maxime domestica: q: siluestris porcine caro ad domestice cōparationē calida ē ꝛ sicca: vñ minoris ē nutrimēti ꝛc. Et i. c. xiiij. vniuer. die. sic etiā ait. Caro iuuenis porci idest nouiter nati fugiēda est: q: eiꝰ siccitati dominatur humiditas Et infra dixit. Cōcordant antiq̄ in hoc ꝙ nulla aialia ambulātia ꝛ corpis hūani nutritiua porcinis sint frigidiora. ꝛ iterū in eo. ca. sic ait. Porcina ceteris aialibus sunt minꝰ calida ꝛ magis humida: vnde oleo onfancino antiqui eā assimilauerunt in frigiditate: qd sensit Gal. i scdo de cōplexionibꝰ. c. ij. cū dixit. Carnes porcelloꝝ ꝛ agnoꝝ sunt humidiores reliq̄s carnibꝰ: ppter quā cām caro ipsoꝝ nō in oi etate: sꝫ tātū cū in sua potiori caliditate naturali scꝫ in iuuētute fuerit comedēda ē. Cū dicat Isaac in particularibꝰ. d. Aialia q̄ i suo gñe sunt hūida: sicut pecudes ꝛ porci in cōsistētia: naturalis eoꝝ humiditas cū siccitate tēperat. Idcirco iuuenes porci ꝛ pecudes meliores sunt iumētis bobꝰ ꝛc. Et infra ait. Meliora sunt hec aialia cū naturalr̄ sunt calida: hoc aūt est in eoꝝ iuuētute vt ptꝫ ergo ꝛc. Et ob hāc cām caro veterū porcoꝝ nō ē maducāda: vt nr̄ inqt Cōsiliator auctoritate Democriti dicētis. Porcine carnes qñ bñ digeste fuerint: sanguinē nutriūt optimū: nihil eñ melius in nutrimēto corporis inuenimꝰ: maiores tñ etate vitamꝰ: quā obrē iuuenes ꝛ masculi porci sunt eligēdi quoꝝ caro multū est nutritibilis: bonū chimū gñat: vētrē humectat: pp hūiditatis sueqꝫ viscositatis copiā vrinam puocat: nō tñ tenue dietātibus est cōueniēs vt inqt Isaac: i libro preallegato. Et post pauca subiunxit. Adolescētes sūt meliores ꝛ bñ nutribiles: laudabilē enim sanguinē generāt: ꝛ iuuenes adhuc sunt meliores: sicut lactētes sunt ceteris pe

iores: q2 cõuertibiles in malos humores ⁊ in putredinẽ: ꝑcipue si inuenerint stomachũ preoccupatum malis humoribus ⁊ plenũ putredinibus: phlegma eñ gñat viscosuz. Uñ sunt causa generãs podagraz: ylij dolorẽ: sciaticũ morbũ: lapidez in renib⁹: paralisim: ⁊ similia scõm cõplexiões ⁊ naturas q̃s inueniũt hec ipse. Sit itaq3 caro porcoꝝ que comedi dz: nõ oim s3 iuuenũ tãtũmodo: vt diximus q̃ l3 sit grossa ⁊ ad digerendũ dura ⁊ ad penetrandũ venas tarda: vt dixit Isaac in. v. d. c. xiiij. Et fuit sn ia Gal. i primo Terapentice. c. vj. dicẽtis. Nutribilissimũ oim cibarioꝝ est porcina caro: sed nõ facile digestibilis: ⁊ hũoris grossi ⁊ viscosi gñatiua. Habet tñ plurimas laudes nõ pauciora q3 iunamenta dixit enim Auerrois de ipsa in. v. colliget ꝙ melior carniũ sit caro porcina. ⁊ ẽ naturalior hoibus q̃ alia caro aialiũ ambulãtiũ: ⁊ experiẽtia hoc docet inquit ipse. Et Haliabas in. v. Theorice. c. xxj. sic etiã de ipsa scripsit. Et quadrupedũ quidẽ carnis laudabilior est porcina in calore eñ ⁊ humiditate tẽperata est: eiusq3 cibus plurim⁹. ⁊ sanguis ab ea gñat⁹ mult⁹ ⁊ melior eẽt oim sanguine carniũ quem generant: est namq3 corpori magis cõueniens hois ⁊ illi conferentior. ideoq3 ait Gal. Quoniã qdã humanã comederũt carnẽ tãq̃ porcinã: nec dubitauerũt in aliquo: nec inter eas discreuerunt aut in odore aut i sapore ⁊ hoc signũ nobis est ipsam plurimũ corpori conuenire hũano. Porcelli aũt caro plurime ẽ humiditatis: ⁊ phlegma gñat ⁊c. Hoc idẽ scripsit Auicẽ. in secundo canonis. c. ccccccxiij. Cuz ait. Carnes hois ⁊ porci sunt ꝑme in oi re: ita ꝙ qdẽ fuerũt q̃ vẽdebãt carnẽ hois ac si esset caro porci: ⁊ occultatũ fuit illud vsq3 quo inuẽti fuerunt digiti hois in ea. Et in cap. cxlvij. dixit. Caro enim porci siluestris ⁊ domestici scõm ꝙ dicitur: est velocis digestionis: ⁊ fortis nutrimenti viscosi ⁊ grossi ait eñ scõm ꝙ dicit: q2 ipe nõ comedebat ex eis cũ in sua lege essent ꝓhibite. Sed Gal. q̃ fuit verax ⁊ legalis experimẽtator in hac arte: cui nullus est q̃ possit ei cõparari: vt dixit Auerrois de ipso. carnes porcinas plurimũ cõmendauit. In tertio enim Alimentorũ. c. j. sic ait. Quãdo carnes aialiũ bene digerũt sunt optimi sanguinis gñatiue. ⁊ magis in aialibus boni chimi quale est genus porcorũ: ⁊ infra sic dixit. Oim quidẽ eduliorũ caro porcorũ ẽ magis ⁊ maxime nutritiua: ⁊ huius experientiam euidẽtissime athlete habẽt. ⁊ in. c. xviij. eiusdem inquit. Genus oim volatiliũ auiũ paucioris nutrimenti: si cõparetur generi peditantiũ ⁊ maxime porcorũ: quorũ carnenullũ aialiũ amplioris nutrimenti sumere habebis. ⁊ i libro de euchimia et cachochimia. c. ij. sic etiã scripsit. Optimo porcorum esu existente in gressibilibus aialibus ⁊c. Unde sciendũ est ꝙ licet in tantũ caro porci laudet̃ est tamen grossus cibus: ⁊ quietis non videtur conuenire: ꝓpterea que de mẽte auctoꝝ scripsimus in. c. lxiiij. p̃ntis operis. ⁊ ideo raro carne porcina vti debent ⁊ hyeme potius q̃ i aliquo alioꝝ temporum anni: siluestri potius q̃ domestica dicente Principe in secundo canonis. c. superius allegato. Christiani dicunt et qui eos imitantur: ꝙ melior caro siluestris: ẽ caro porci siluestris: nã cũ hoc ꝙ ẽ leuior carnib⁹ domesticis: est fortis nutrimneti et plurimi et velocis digestionis: et est q̃ est melior possit in hyeme scilicet propterea quia in ipso digestiua est fortior: vt colligitur ex illo Hip.

pocratis aphorismo dicente. Uentres hyeme ꝛ vere calidissimi sunt natura ꝛc. ex dictis Gal.i ei⁹ cōmēto. Qui igitur exercitant̃ nō eligāt aliā carnem supra istam. Qui vero semꝑ sedent ꝛ quiescunt dimittāt eā: ꝛ domesticam precipue ꝛ de ipa ꝑ maxime q̄ in domo nutrita fuit: et ingrassata studiose.

¶Cap.lxxxiiij. ostendit naturā carnium castratorum declarando que ipsarum laudabiles sint et que minime.

Castratorum plurime species reperiuntur: due tñ hec in regione permaxime sunt in vsu. agni ꝛ hirci. Quorũ carnes apud nos patauos: ꝛ: presertim apud nobiles non appreciantur ꝛ iuramento eo ꝙ antiqui sint oēs fere: qui nostro in macello interficiuntur castrati. ꝛ propterea eorum carnes sunt fetide ꝛ potius horrēde q̄ȝ comedende. Si tñ iuuenes forēt: ꝛ anni vni⁹ essent boni ꝛ ad sanitatē cōuenientes cũ nō parum a medicis approbentur. Dixit enim Rasis de ipsis in lib. xxiiij. cōtinentis. c. ccccccciij. Caro castratorum tam ouinorũ q̄ȝ caprinoꝝ laudabilis est. quia humectat: ꝛ est dulcis modice caliditatis: sed si senescit animal caro ei⁹ mala erit: generat: enim cholerā nigram ꝛ sanguinem grossum. Quod etiā voluit Isaac in. p. cā ait. Arietes in iuuētute manētes minoris sunt humiditatis ꝛ viscositatis q̄ȝ agni: ꝑpter sue etatis siccitatē eoꝝ cōplexioni dominantē idcirco eoꝝ caro melior est agnis ꝛ ouib⁹. Que si bene digeratur bonũ multumq; sanguinem generat: maxime si sint iuuenes castrati: quia caliditas eorum et humiditas est temperata. Unde boni sunt saporis nisi sint decrepiti qui proculdubio sunt pessimi: quoniam in calore naturaliter sunt defecti: quorum caloris defectio duobus modis est etate. scilicet ꝛ testiculorum indigētia. Et ideo concludit ꝙ annualis mediocrem habeat cōplexionē inter lactentiũ humiditatē ꝛ iuuenũ nō castratorũ siccitatē. Idcirco ceteris arietibus sunt meliores ad digerēdũ faciliores: sanguinē enim mediocrem generant: ꝛ iuuenes maxime iuuant calidas ꝛ siccas cōplexiōes. habentes: ꝛ habitātes in regiōe calida et sicca ꝛc. Et nobis videt̃ ꝙ ꝑ id qđ dicit: ꝙ iuuat calidas ꝛ siccas habētes cōplexiōes: ꝙ p̄cipue hoc intelligat de castratis ouinis q̄ humidiores sunt caprinis: vt ptȝ ꝑ ipm in. c. xiij. d. v. sic scribentē. Caro caprina masculina q̄si decrepiti aīalis caro est habēda: ꝛ lȝ ibi decoire potentibus itelligat: ꝛ de castratis caprinis existimādũ ē ꝙ q̄ȝuis humiditatē maiorē habeāt respectu hircoꝝ: respectu tñ ouinoꝝ castratoꝝ valde minorē: vt pȝ ex sua naturali cōplexiōe ꝛc. Auerrois quoq; in. v. colliget. videt̃ carnes castratoꝝ multũ cōmendare cũ ait. Post has scȝ carnē hedi ꝛ quasdā alias laudabiles carnes quas enumerauerat: est caro arietũ: ꝛ hec est opinio maioris partis medicoꝝ: p̄ter Galie. qui abominat̃ carnes arietũ. hec ipse. De ipso aũt Auer. nos nō possumus nō admirari cũ talia imponat Gal. aliter sentiēti: vt ptȝ per eũ in tertio de alimentis. c. j. sic scribētem. Caro castratoꝝ est melior oviũ ꝛ capraꝝ carne: antiquior aũt pessima. Castrati quoq; ex hyrcis facti si iuuenes sint cōsimiliter approbant̃ dicēte de ipsis Isaac in lib. particularium dietarum. Hyrci castrati iuuenes sunt meliores nō

castratis: quia non sunt tanti acuminis: et siccitas eorum est ꝯtēperata: ꝛ ppterea saporosiores sunt ꝛ ad digerēdū faciliores. Et pꝯ aliq̄ subdit sic cōcludēs. Propter hoc femine capre ꝛ hyrci castrati sunt meliores nō castratis: qꝛ humidiorē ꝛ saporosiorē habēt carnē: ꝛ laudabiliorē generāt sanguinē. Qd etiā i. xiij. c. vniuersaliū dietarū voluit cū dicit autoritate Hipocratis. Caro caprina illaudabilis ē: neq̄ nutrimēto: neq̄ digestionihabilis maxime si masculū aial sit. Nō sic aūt si castratꝯ sit: vel lactēs fuerit aial: qꝛ in castrato acumē minuit: caro hūectatur: attenuat: ꝛ saporosior efficitur ꝛc. Si q̄s aūt peteret cōparatis inuicē ouiū ꝛ caprarū castratis eque iuuenibus pinguibus ꝛc. quis eorū melior sit ad sanitatem corporis bn̄ cōplexionati? Nobis vr̄ sic esse respōdēdū: q̄ ouini laudabiliores sint: q̄m sicut se hꝫ ouis ad capram sic castratꝯ ad castratū. Sꝫ caro ouina iuuenis ē melior q̄ iuuenis caprina: vt apparet ex p̄ncipe in. ij. canonis sic scribēte. Caro caprina est sicca ꝛ difficilioris digestionis carne ouina. Ex quibꝯ relinquit q̄ nō obstātibꝯ illis q̄ in. c. lxxv. superius scripta sunt: carnes castratorū iuuenū ꝛ p̄cipue annualiū acuitatē habentiū sunt laudabiles ꝛ nō castratis laudabiliores: vt ex predictis ꝛ ex caponibus apparet.

¶ Cap. lxxxv. ostēdit naturaꝫ et maliciā carnis bouine: ꝛ vaccine: ꝛ p̄cipue veterū declarando nocumēta q̄ ex eis proueniunt.

Caro bouina in sui cōplexione frgida est ꝛ sicca. vt inquit Isaac in vniuersalibus dietis. c. xiiij. Nec est mirū cuꝫ sit de numero magnorū aialiū que terrestria sunt. teste Auer. in. v. colliget. Et ppterea in cōparatiōe carnis pecudū et porcorū siccissima ē ꝛ siccior ipa carne caprina. Et ideo: vt dixit Isaac in particularibꝯ dietis. sanguinem generat grossum turbidū ꝛ melancholicū: multūq̄ nutrimētū inobediēs digestioni: tardeq̄ de stomacho eijcit: ꝛ a mēbris difficulter dissoluit: ꝛ vētrē cōstipat: ꝛ si eā vescētes sint melācholice cōplexōis: splenetici erūt: quartanā patient: complexiones eorū corrūpent: ꝛ i hyposarchā incidēt: ꝛ nōn unq̄ nascet i eis scabies: impetigo: elefantia: lepra: cācer: ꝛ serpigo: scd̄m cōplexionē quā p̄paratā his morbis inuenit. hec ipse. O q̄nta ꝛ quot sunt ergo carnis bouine nocumēta. q̄ tāto grauiora ꝛ tāto plura inueniūt: q̄nto ipsa antiquior fuerit, ꝛ eo magis cū iuuenes etiā boues: vt idē inqt vbi supra: p sue natiuitatis remotiōe calore ꝛ hūiditate careāt quaꝫ de lacte ꝛ vulue vicinitate habuerāt: quare eorū caro sicce cōplexionis existit ꝛ dure: ꝛ ad digerēdum difficilis: humorē generās melancholichū: maxime si comedentium naturas apparatas melācholie inuenerit: decrepiti vo pessimi propter paruā sui caloris q̄ntitatē ꝛ siccitatis augmentum in eo ex etate suiq̄ cōplexiōe generatā. Vn̄ caro eius durissima est ac lignea coctioni repugnatiua: nullū dans nutrimentū nullūq̄ saporē. Qd etiā sensit Auicē. in tertu cōmēti. ciij. canticorū di. Antiqui boues ꝛ panis fur furaceus ꝛc. sunt generātes melancholiam. Si tn̄ boues antiqui non fuerint: sꝫ iuuenes: aut in pricipio senectutis existētes: eorū caro multū: lꝫ nō bonū: p̄bet nutrimentum. dicēte Gal. in. j. de alimētis. c. j. Bouine carnes alimentū q̄dem ꝛ ipse

t corpori nõ paucum:neq; facile euaporabile:sanguinẽ tñ generãt grossiorẽ q̃ cõueniat:ꝛ si q̃s natura fuerit melãcholic⁹ in cõplexiõe:capiet aliq̃ passione melancholica ex vsu earũ. Ecce igit̃ ꝙ etiã Gal. ipsas dãnauit q̃uis maior pars hominũ hac in regiõe eis vtat̃:ꝛ hoc q: ipsi nesciũt quantũ erroris committãt. ¶ Sʒ q̃d dicemus de carne vaccina:q̃ sub noie maxime vẽdit̃ q̃ sepissime. cũ sit adhuc prior ꝛ p̃sertim cũ vetus fuerit:qui grossã ẽ sanguinẽ spissum ac grossum generat:neq; cõgruit nisi his multo vtũtur exercitio. Et ab eis comestione p̃cipue debẽt abstinere q̃bus melãcholice accidũt egritudines vt dixit Almansor in libro tertio. c. x. Et idẽ Rasis in libro. xxiij. continẽtis c. cccccccciij. sic quoq; ait. Caro vaccina habũdater nutrit tñ generat humorẽ grossum. declinantẽ ad nigredinẽ:ꝛ si ea vtit̃ in cibo melancholicus p̲ naturã:frequẽter patietur morbos melãcholicos admodum cãcri:lepre scabiei discoriate:febris quartane:grossiciei splenis. ꝛ forte eius corrũpet̃ complexio:ꝛ incidet hydropisim ꝛc. ꝛ ĩfra ait. Caro vaccina est grossi nutrimenti: turbidi sanguis:tarde digestiõis:inferens vitiũ elefantis:cancrũ. scabiem ꝛc. Auicẽ. quoq; in scd̃a primi. c. xv. sic de ip̃a scripsit. Caro vaccina ẽ grossi nutrimẽti ꝛ multi ꝛ mali:ꝛ. in. ij. canonis cap. cxlvj. sic etiaʒ ait. Caro vaccina plurimi est nutrimenti: grossa:melãcholica:generãs egritudines melãcholicas ꝛ infra eius nocumẽta mõstrauit cũ dixit. ꝙ ipsa generat leprã:elefãtiã:ꝛ varices ꝛ ipsa sicut ꝛ reliq̄ carnes grosse et male faciũt euenire alienationẽ p̲pter exiccationẽ earũ:ꝛ febres q̃rtanas ꝛc. O q̃ grãde igit̃ periculũ imminet his qui eas comedũt assidue plus pecuniã q̃ p̲priaʒ corporis sanitatem diligentes:ꝛ p̃cipue si sint ociosi.

¶ Cap. lxxxvj. oñdit naturã carniũ leporis cuniculorum ꝛ vulpis cum suis iuuamentis ꝛ nocumentis.

Completo sermone de carnib⁹ ambulãtiũ domesticorũ. t̃ps mihi videt̃ esse vt de siluestriũ magis vsitatorũ carnib⁹ sit dicẽdũ ꝛ precipue de carne leporum q̃s nobilissimi iuuenes nostri venatores post multas et maximas defatigatiões tãq; rẽ suauissimã comedere cõsueuerũt:ignorãtes sniaʒ Isaac in. c. xij. dietarũ vniuersaliũ sic dicẽtis. Carnes vulpis ꝛ leporis ꝛ similiũ nature humane nõ sunt similes immo eaꝝ nutrimẽta sunt pessima qd̃ testat̃ grauitas odoris ꝛ vicinitas fetoris. Et in libro p̲ticulariuʒ dietarũ sic quoq; dixit. Lep⁹ siccus est:ꝛ grossum ꝛ siccũ sanguineʒ generat:p̲inde cõuenit siccas volẽtibus habere cõplexiones:ꝛ cõtrari⁹ est tenuẽ seruãtibus dietam. s. delicatis ꝛ quiescẽtibus. Quod etiam voluit Auicẽ. in. ij. canonis. c. cxlvj. cũ inquit. Leporis caro est calida ꝛ sicca. Et fuit Gal. snia in libro de subtiliãte dieta. c. viij. dicentis. Leporum caro ad siccatiuã dietam est idonea:ad eã aũt que nũc preiacet nõ valde vtili⁹:grossum eñ sufficiẽter sanguinem generat. Et p̲pterea Rasis in tertio Almansoris. c. x. loquens de carnibus siluestrium paucis se expediens dixit. Oẽs iste carnes sanguinem generant melãcholicum; leporina vero caro hoc precipue operat̃:ip̃a eñ plus alijs melancholie generatiua existit. Et ideo est illaudabilis ꝛ minime mãducanda ex eo ꝙ sanguinis melan

cholici ꝛ grossi sit generatiua. vt ēt
sensit Gal. in tertio Alimentoꝝ. c.
j. Sz si q̇s oī no ea vti voluerit: illđ
saltē obseruet qđ precepit Rasis in
xxv. cōtinētis. c. j. cū inquit. De car
nib⁹ leporinis coquere debes eas
bene: deinde ipsas cū cōdimentis
ꝛ aromatibus: qđ fit vt nobis vide
tur ꝑpterea ꝙ cuz aromata calida
sint ꝛ subtilia: habēt grossiciē car=
nis leporine aliqualiter subtiliare
ꝛ quantū ad hoc rectificant ipsam.
Sed tñ q: addunt ad caliditatem
eius: nō in totū videnꝛ cōuenire: et
venatoribus precipue qui post for
tes eoꝝ labores calefaciētia nō de=
bent assumere: sed potius refrige=
rātia: ꝛ caliditatē ex vehemēti exer
citio inductam extinguere: vt satis
patet rōnis aliq̇d cognoscētib⁹. Et
ideo nostro cōsilio melius erit eis
si alijs ꝙ̃ his reficianꝛ cibis ꝛ hu=
midioribus ꝛc. ¶ De cuniculorum
similiter carne intelligendū est: cū
ipsi parui lepores sub terra: vñ no
men acceperūt: magna ex parte du
cētes: melius tñ eoꝝ caro ac facili⁹
videꝛ alere ꝙ̃ leporina: que quidē
cū frigide ꝛ sicce nature sit: vt dixit
Platina: ob eā rē melācholicam fa
cit de quib⁹ apud antiquos nihil
aliud hactenus reperi: nisi qđ scri=
psit Gal. in. iij. de alimētis. c. j. cum
ait. Nō igiꝛ adhuc indigebo sermo
nib⁹ ꝓlixis ad ꝓtractandū secūdū
vnāquāq̄ gentē q̄ in locis illis oīa
aīalia sicut in hyberia quidē qđ le
pusculis simile animal qđ vocant
cunicū ꝛc. Et post pauca subiūxit.
Quecūq̄ em̄ bene cibata taliū aīa
liū sunt ꝛ manifeste pinguia: melio
ra sunt: hec em̄ experiētia discutiū
tur. hec ipse. ¶ Caro aūt vulpis lz
humane nature nō sit similis: vt di
xit Isaac vbi supra. videꝛ tñ ꝙ in
vindemijs sit satis laudabilis: pro
pterea ꝙ tunc ex vuis impinguaꝛ:
et carnes sue melioꝛenꝛ: cum dicat
Gal. in libro ꝛ. c. superius annota=
tis. Carnes vulpiū in autūno: qui
apud nos sūt venatores comedūt:
impinguanꝛ em̄ ab vuis: ꝛ vt alio
rū aīaliū quecūq̄ cōueniēs alimē=
tū copiosum habēt ꝛc. Quod dictū
si bene cōsidereꝛ: nō asserit eas bo=
nas esse: sed minus malas in autū
no ꝙ̃ in aliquo alio tp̄e anni. Et ꝙ
ita sit patet per ip̄m in libro de sub
tiliante dieta sic scribentē. Canum
aūt ꝛ vulpiū carnē ego quidē nūq̄
gustaui: eo ꝙ nunq̄ indigui esu ea
rū: neq̄ in asia: neq̄ in aledea: neq̄
etiā scđm Italiā: audio hec comedi
sed cōiecturo similē eis virtutē es=
se ei q̄ leporū: sunt em̄ similiter sic=
ca cōplexione ꝛ vulpis ꝛ canis. Ex
quibus potius apparet qđ dam=
net eū qui comedet: vt de carne le=
poris fecit. Quare nobis videꝛ sic
cōcludendū esse. ꝙ oīno dimittēde
sint eaꝝ carnes: tñ q: sicce cōplexio
nis existūt: vt dictū est: tum q: non
facile ipsoꝝ etatē possum⁹ ītellige=
re: si ei āntiq̄ ꝛ veteres forēt rōne cō
plexionis etatis atq̄ siluaticitatis
essēt pessime ꝑcul dubio. Quare ꝛc.

¶ Ca. lxxxvij. ostēdit naturā car
niū ceruium cerui capreoli ꝛ da
me cum earum iuuamentis et
nocumentis.

Caro ceruina a q̇busdā nouis medicis cō
mendaꝛ in aliquib⁹
eoꝝ cōsilijs: de q̇bus
nō possuz nō admira
ri qđ approbare au=
deāt qđ sapiētes antiqui vitupera
uerūt. Si ei legissēt priscoꝝ op̄a, vꝛ
vidissent nō ita facile qđ asserunt:
enūciassent. Nōne scripsit Almā=
sor in. c. ix. tertij hec verba. Hyrcoꝝ
siluestriū caro grossior est: ꝛ melan=
cholie ꝓpinquior. Ceruina silr ca=

ro atq; onogarina eadē operat̄. Et subdit. Oēs carnes iste sanguinez generāt melācholicū. Et idē Rasis i. xxiij. ꝯtinēt ꝫ .c. ccccccciij. sic quoq; ait. Caro aialiū senescentiū est diffi cilis digestiōis ꝛ mali nutrimēti: ꝛ caro ceruina nō ē minor his. s. oui= na: vaccina: et leporina: in malicia sanguinis et difficilis digestionis. Ut infra dixit. Caro caprina min⁹ nutrit ꝙ̄ caro vaccina: et difficilio= ris digestionis est ea caro ceruina: et post eam in siccitate caro capre siluestris existit. Et post aliq̄ subiū xit. Caro ceruina generat sangui= nez melancholicum: ꝛ est difficilis digestionis: ꝛ iuuat ad ꝯdigeren= duz ipsam laborante comestionem eius: et lotio post laborem: et post eam vtatur motu modico: vt sedeat in stomacho: deinde dormiat super latus sinistrum &c. Idem etiam sen sit Haliabas in quinto Theorice cū dixit. Siluestriū caro omniū ma la est: sanguinē em̄ generat grossūz melancholicumq;: ꝛ que min⁹ ma= la est: capreolina: post quā est lepo= ris caro: ceruoꝝ vero ꝛ asinoꝝ silue striū: arietumq; montanoꝝ oīs ma la est &c. Que fuit Gal. sn̄ia in libro de subtiliāte dieta. c. vij. dicentis. Prope asinos sunt cerui: vnde ab eoꝝ esu abstinēdū est. Et huius di cti rationē assignat in tertio de ali mentis. c. j. cuz ait. Mali aūt chimi his nihil min⁹ est ꝛ q̄ ceruoꝝ ꝛ du= ra: ꝛ indigestibilis &c. Quāobrez q̄ carnes ceruoꝝ mādūcare voluerit his que dicim⁹ nō obediēdo: expe= ctent qđ eis ꝓmittit Auicen. in. ij. canonis. c. cxlvj. cū dixit. Caro vaci na ꝛ ceruoꝝ: ꝛ hyrcoꝝ siluestriūz: et magnaꝝ anium faciūt euenire fe= bres quartanas. Cum quo cōuenit Isaac in prima doc. inquit. Ceruī= na caro melācholica est: ꝛ dura ad digerendū: sed tñ diuersa est scđm

etates ꝛ cōplexiones eius: sunt em̄ lactētes ceteris laudabiliores ꝛ vti liores: secūdo adolescentes. Iuue= nes vero sunt his duriores: decre= piti aūt omniū pessimi. Iuuenes aūt si fuerit castrati meliores erūt: qm̄ calor eoꝝ ꝛ siccitas teperatur. Sed q̄s pōt eos sic habere nisi po= tentissimi: q̄ in ipsoꝝ viridarijs so lēt ipsos tenere: ꝛ tūc plurib⁹ rōni bus dicendi forēt potius domesti= ci ꝙ̄ siluestres. Noster aūt sermo ē de his qui in montib⁹ a venatori= bus capiūt: quos seniores ceruos esse credēdū est: cū minus occurre= re ꝙ̄ iuniores possint: vt patet ma= nifeste. ¶ De carne aūt capreoli di cim⁹ ꝙ ipsa iter ceteras siluestres sit magis approbata: dicēte Isaac in vniuersalib⁹ dietis. c. xiij. aucto ritate Gal. Siluestria aialia nō sa= porita sūt sicut domestica ꝑter ca= preolos: q̄ cū sint siluatici sunt sa= porosiores: ꝛ laudabiliores: ꝛ nutri bitiores: ꝛ nimio em̄ suo motu ꝛ la bore subtiliat̄ eoꝝ sanguis: corpus rarificatur: pori aperiunt̄: ꝛ humo res qui sunt cā grauitatis odoris dissoluūt̄. Et post aliqua subiūxit. Domestica sunt saporosiora ꝛ nu= tribiliora siluaticis except ꝫ capreo lis. ꝛ idez in libro. 4. dio c. sic etiā de eis scripsit. Siluestria aialia min⁹ sunt boni nutrimenti in ꝙ̄titate et qualitate ꝙ̄ domestica: nisi sola do mestica capreolina: q: ꝑꝑ supfluita tes caloris mot⁹ ꝛ laboris: quē as= sueuerūt: eoꝝ naturalis tēperat̄ fri gitudo: ideoq; nimis eoꝝ exercitior sapor ꝫ carniū ꝛ odoris ḡuitas āpu tat̄ adiutoriū ēt ꝟtuti digestiue da tur: vt facillime optieq; caro eoꝝ di gerat̄. Et fuit sn̄ia Rasis in. iij. Al= māsoris. c. ix. dicētis. Caro gazel. i. capreoli inter siluestres carnes me lior habetur: sanguis quoq; ex ea generatus paucas efficit. supflui=

tates:qui cũ siccus sit melãcholie attinet. Ex cuius dicti a calce elicere possum⁹ q̃ ꝛ si ipsa iter silluestres laudabilioꝛ existat:nõ tñ absolute laudanda sit ꝛ cõmendanda: cum sanguinẽ satis melancholicũ generet:queadmodũ ꝛ reliqu silluatice licet nõ tm̃ ꝛc. Cũ aũt voluerimus ab ea hoc tale siccitatꝭ sue nocumẽtũ aliqualiter remouere: coquem⁹ ipsam cũ oleo: vt Rasis docuit in libꝛo quarto suoꝝ aphoꝛismoꝝ dicẽs. Melioꝛ ex carnibus montanis absq; nocumẽto ꝛ absq; vẽtositate caro gazellis.i.capꝛeolis existit:parũ tamen est siccaꝛ:cuius siccitas cũ oleis humidis remouet:ꝛ in comestione eius virtus accidit mirabilis:ꝛ ꝓdest paralisi frigide ꝛc. Auicen.quoq; in scđo canonis sic de ea inquit. Caro silluestris melioꝛ ẽ caro gazel cũ declinatiõe sua ad melancholiã. Et ꝓpterea elixabim⁹ ipsam:ꝛ cũ humidis condiemus:si quãdoq; continget vt ad nostras manus ipsa ꝑueniat. ¶De dama vero ꝛ ei⁹ carne ab antiquis nihil reperi dictum:qđ vt opinoꝛ contingit:q: cũ eiusdẽ sit generis cum capꝛeolis:vt etiã scripsit Platina:loloquẽtes de gñe:speces cõpꝛehenderũt:ideo tãtũmodo dicem⁹ cũ eo q̃ dama cũ capꝛeolis fere in qualitatibus cõuenit bonũ nãq; alimentũ eius caro vescentibus p̃stat modici recremẽti est:sanguinẽ tñ adatrã bilẽ.i.ad melãcholiã quoquo mõ tẽdentẽ efficit Que fuit sententia Rasis i.xxiij.ꝯtinẽtꝭ.c.ccccccciij dicẽtis. Caro damima generat sanguinẽ pꝛoximũ sanguini melãcholico:tñ laudabilioꝛ est carne vaccina ꝛ ceruina.hec ipse.quare ꝛc.

¶Capitulum.lxxxviij. determinat de carnib⁹ eritij terrestris: cameli:vꝛsi:ꝛ reliquoꝛum taliuꝫ animalium.

quit: q in ea fortis erat adustio: et magis medicamini sit quam cibo. Cui videtur cōsentire Princeps Auicēna in secūdo canonis. c. lxxv. cū dixit. Alliū est calefactiuū et exiccatiuum in tertio vsque ad quartū: et siluestre est fortius illo: resoluit inflationē valde: comestū facit soda: et clarificat vocē et guttur decoctū: et cōfert tussi antique: et doloribus pectoris ex frigore: et extrahit vermes: et in ipso est solutio nature. Et eius operatio in coitu est. quoniā ipsum propter vehementiā sue exiccationis et resolutiōis quandoque nocet: q si decoquatur in aqua donec eius acuitas resoluatur: nō elongatur quin sit illud quod de eo remanet in elixatura eius pauce caliditatis quod nō exiccat: et generatur ex eo materia spermatis: ita vt ponat materias phlegmaticas in cōplexionibus phlegmaticis cinerē: et nō possit eas carminare. Et quando in venis cōuertitur in ventositates: nō elongatur quin adiuuet ad desideriū coitus etc. hec Princeps ipse. Rasis vero in tertio Almansoris capitulo. xviij. sic de eo inquit. Allia calida sunt et sicca: et ideo sitim afferūt: libidinē efficiunt: atque ventositatem expellunt: et corpus calefaciunt. Regionibus vero ac temporibus: necnon corporibus calidis nocumentū prestant: cōuenientia vero eis que illis sunt contraria. Et in. xxj. continentis. c. clxxx. sic inquit de ipso autoritate Diascoridis. Allium habet virtutem calefaciendi et dissoluendi ventositates et inflationem vētris: desiccat humiditatem stomachi: prouocat sitim: et eius esus expellit cucurbitinos: et prouocat vrinā: et eius esus cōfert morsui canis rabiosi: et est bonum mutationi aquarū: et nocumēto inducto ex eis. Et comestū crudū vel coctum clarificat vocem: et mitigat tussim chronicam etc. Et infra autoritate Ruffi sic etiā dixit. Allia calefaciunt et incidūt humores grossos et viscosos: et nocēt oculorū tunicis et eorum humoribus: et reddūt visum turbidū: nocēt etiam auribus: capiti: et pulmoni: et renibus: et si in aliquo mēbro est morbus: mouet et excitat in eo dolorem. Deinde dixit auctoritate filij. Mesue. Alliū calidum in quarto: dissoluit phlegma salsum generatum in stomacho: et de sui proprietate calefacit stomachū frigidū et humidū etc. Postea subiūxit auctoritate Galieni in megatechni: q allia conferant habitantibus in regionibus frigidis: et si nō vterentur eis: caderent in magnum nocumentum: et valent contra dolorem intestinorū absque febre: et inueni q ipsum est bonū vlceribus pulmonis valde. Et autoritate Sindarasis indiani inquit. Allium valet contra ventositatem: obliuionē: asma: tussim: splenem: dolorem hypocundriorū: lumbricos: multiplicat sperma: nocet autem emoroidibus: tenasmoni: fluxui ventris: scrophulis: habentibus ethicam: pregnantibus et nutricibus. Et subdit. Inquit Hippocrates in libro de ptisana. Allia generant ventositatem in ventre: et grossiciem in pectore: ponderositatem in capite et collo: et mouent quemlibet morbum consuetum homini euenire. Et iuuamentū quod est in eis: est quia prouocant vrinam. Et postremo dixit auctoritate eiusdem in libro dietarum. Allia nocent oculis propter fortem eorum exiccationem: et debilitant visum. Possumus itaque concludere ex his omnibus: q allia via cibi non conueniant: et precipue calidas habentibus complexiones. Via autem medicine quandoque in

mi possunt et in hyeme precipue: cũ dicat Rasis vbi supra auctorita te.Gal.in.viij.et in.vi.epidimiarũ. Allia in hyeme sunt multi iuuamẽ ti:q: calefaciũt humores frigidos: et incidũt grossos et viscosos vincẽ tes et dñantes corpori tpe hyemali.et in libro.xxv.cõtinẽtis.cap.primo dixit.Comestio porrorũ et alliorũ in estate infert cũ caliditate torsionẽ dolorosam:tñ in hyeme magnũ iuuamẽtũ prebet.eo q icidat humores grossos et viscosos calefaciendo frigidos:quos cõgregauit tps hyemale in corporibus.et per maxime phlegmaticis vltramontanis et similibus.quare etc.

¶Cap.clv.ostẽdit naturã bulbi seu scalonie et cepe cum nutrimento et proprietatibus eorũ.

Licet bulbus sit ois radix tunicata: vt auctor inqt pandectarũ: tñ p scalonia sumit vt plurimũ:vt ptz p auctores diuersa faciẽtes capitula de bulbo et cepe:quod nõ fecissent si vnũ et idẽ eẽnt:et permaxime p Auicẽ.in scdo canonis. c.lxxxix. dicẽtẽ. Bulbus est cepe qd cõceditur paruũ simile cepe narcisci:cuius natura ppinqua est nature cepe.et fortasse est siccus in primo hũiditate supflua.Et ifra subdit. Qui ex eo dulcis est et rubeus:bonus est stomacho et amarus est melior digerit cibũ et multiplicat eius nutrimẽtũ i ipo lz nõ sit nutrimẽtũ suũ laudabile et pcipue eius qd crudũ est.Et qñ nõ digerit pũgit et inflat et excitat coitũ.Serapio etiam autoritate Gal. sic inqt. Bassar alzir. i.burbus:et dicit cepe sine tunicis: i cuius sapore est amaritudo cũ stipticitate.et virtus eius prima desiccat:et secunda abstergit et incarnat:et quando comeditur generat humores viscosos grossos et malos:quia est dicifilis digestiõis:et inflatiuus existens stimulat comedentem ipsum ad coitum.Deinde dixit auctoritate Diascoridis:q rubeus ex eo est bonus stomacho:et amarus est melior dulci:q: facit digeri cibum.Et omnes species bulbi sunt calide et acute excitantes libidinem:calefacientes linguam:et nutriunt. multum:et in carne faciunt augmentũ:verũ generãt inflationẽ.Et infra sic etiaz ait. Opz vt fugiat nimius vsus eorũ:q: sunt nociui neruis etc. Quare comestionẽ ipsorũ frequẽter nõ approbamus. Et qñ qs eis vti voluerit:preparet eos primo:vt docet Gal.i.ij.alimẽtorũ.c.lxij. dicẽs.Comedere aũt ipsos dz biscoctos:et melius est si cum aceto simul et oleo et garo:id est sale cdiant. Etem delectabiliores sic:et minus inflatiui:et magis nutritiui et faciliores ad digerendũ.abũdantes aũt scdm esum ipsorũ quidam manifeste senserunt et sperma plus habẽtes:et prõptiores facti ad venerea etc. ¶Cepe aũt vt inquit Haliabas in.v.theorice.c.xvij.calidũ est in quarto gradu similiterq siccum: habet tamẽ humiditatẽ quãdã et vẽtositatẽ q coitus appetitũ irritat:sperma auget: capitis dolores puocat:q eũ vult comedere cũ aceto sumat etc. A quo in graduãdo ipm vr accepisse Auerrois in.v.colliget cũ ait.Cepe calidũ est in qrto gradu:et hz grossaz substãtiã.Et iõ qñ ponit in ano aperit orificia venarũ:et puocat sanguinẽ emoroidalẽ.Auicẽ.vo in.ij.canonis.c.cxxiij. sic de eo scripsit.In cepe ẽ acuitas incisiua:amaritudo et stipticitas:et ex eo qd est longius est acutius.et rubeũ est acutius albo.et siccum humido: et crudũ q assato calidũ est in tertio:

et in ipso est hũiditas supflua. Est subtiliatiuũ incisiuũ ꝓprie qd̓ comedit. ⁊ in ipso cũ stipticitate quã hꝫ est abstersio ⁊ inflatio: et attractio sanguinis ad exteriora: quare rubificatiuũ cutis. Et ex nõ cocto quidẽ nõ generat nutrimẽtũ: de q̃ sit curandũ. ⁊ nutrimẽtũ eiꝰ qd̓ de coquitur etiam fit humor grossus. ⁊ est ex eis q̃ faciũt soda. ⁊ plurimꝰ eiꝰ vsus facit subeth: ⁊ est ex eis q̃ nocet intellectiui: ꝓpterea qꝛ generat humorem malum. et qd̓ ex eo comidit ꝓpter suã caliditatẽ cõfortat stomachũ debilẽ ⁊ facit appetitũ. ⁊ qd̓ bis decoctum est: est multi nutrimẽti: lꝫ faciat sitim. ⁊ demum dixit ꝙ oẽs spẽs cepe excitãt coitũ. Que quoqꝫ fuit snia Rasis l. iij. Almãsoris. c. xviij. dicẽtis. Cepe calide sunt ⁊ sicce: q̃ sitim faciunt atqꝫ appetitũ adiuuãt: libidiniqꝫ augmentũ ꝓbẽt: dolorẽ p̃terea capitis faciũt si crude comedant: in stomacho q̃qꝫ hũores generant supfluos atqꝫ phlegma. Que oĩa fere añ ipꝫ dixerũt Serapio Gal. ⁊ Diascorides. deinde cõcludit. Et vsus cepe in cibo induxit sodã. ⁊ nimiꝰ vsus gñat egritudinẽ q̃ dꝛ carbagas: id est lethargia. Et qñ coquitur ꝓuocat vrinam magis et facit dormire. Ex q̃bus satis possumꝰ elicere quantũ cepe ⁊ scalonie faciant ad sanitatẽ. quãtũqꝫ comestio ipsaruꝫ assidua sit periculosa. Et iõ qꝛ calide nimis difficulter digestibiles ⁊ mali existãt nutrimẽti dicẽte Gal. in sexto de simplicibus medicinis capitulo. lxxx. Qñ comedunt cepe generãt humorẽ grossuꝫ ⁊ viscosuꝫ ⁊ durũ ad digerẽdũ ⁊c. Et etiã propter alia ipsaꝝ nocumẽta superiꝰ annotata: q̃s ob res: aut oĩno p̃termittãt: aut q̃ rarissime assumant. Et nõ nisi qñ preparate fuerint vt iussit Rasis in. xxv. cõtinẽtis. c. j. dicẽs. Eligant cepe modice acuitatis: ⁊ lauent in primis cũ aqua et sale: deinde cũ aceto forti: qm̃ inde cessabit acuitas ipsaꝝ: ⁊ post comestionem ipsaꝝ comedere debes de medulla cucumeris: qꝛ ipsaꝫ remouet: ⁊ ꝓhibet insultũ ipsarum in capite fieri. quare ⁊c.

Cap. clvj. ostẽdit naturã radicũ cariote ⁊ enule cũ ꝓprietatibus ipsaꝝ faciẽtibꝰ ad sanitatis conseruationem.

De porris dicendũ esset vt materia acutoꝝ ꝯpleret: nisi ordinẽ alphabeti obseruaremꝰ: de q̃bꝰ in suo loco sermonẽ faciemus. Nũc autẽ de radice enule loq̃mur qua nõ pauci in ferculis vti cõsueuerũt tãqꝫ re multũ ad corpis salutẽ faciẽte nõ intelligẽtes ꝙ cũ suis iuuamẽtis: q̃ ptra ẽt ꝓducat nocumenta ꝓpterea dicamꝰ de ea cum Auerroi in. v. colliget sic scribẽte. Ponimꝰ enulã in scd̓o gradu caliditatis ⁊ siccitatis. ⁊ manifestatur hoc: qꝛ ponimꝰ ipsam in loco hmõi qd̓ cõfert phlegmati grosso ⁊ viscoso in pectore ⁊ pulmone: ⁊ hoc facit sua siccitate: et opationes sue scd̓e sunt: qꝛ rubificat etiã mẽbra in liuiditate a frigore. Auicẽ. vo in. ij. canonis. c. ccxl. de ipsa dixit. Natura enule calida est ⁊ sicca in scd̓o: ⁊ in ipsa est hũiditas supflua et ꝓpter illud nõ calefit corpꝰ statim cum ei occurrit: cõfert oĩbꝰ lesionibꝰ ⁊ doloribꝰ frigidis ⁊ cõmotionibꝰ vẽtositatũ ⁊ inflatiõis. facit soda: est tñ ex eis que letificãt: ꝯfortãt cor. mũdificãt pectꝰ: ⁊ pulmonẽ. ⁊ q̃ asueте vtit enula nõ indiget vt mingat oĩ hora: ⁊ qd̓ de ipsa est magis iuuatiuũ est radix eiꝰ ⁊c. Rasis etiam de ipsa in. iij. Almãsoris. c. xviij. in fine dixit. Enula calida est ⁊ siccaꝫ

que stomacho multis repleto humoꝛib⁹ bona existēs epatis ac splenis aperit oppilationē. Qui autez ex ea multā comedit quātitatē. sanguinis patiet̄ coꝛruptionē: ac spermatis incurret minoꝛationē. Et in xxij. cōtinētis. ca. ccccxxij. autoꝛitate Bimmasui sic inqt. Enula est ca lida ꝛ sicca in medio grad⁹ tertij. et in ea est humiditas supflua: ꝛ confert doloꝛib⁹ antiqs ꝛ frigidis ꝛc. Sed abūdās assumptio eis infert doloꝛe capitis ex abūdātia vaporis ipsi⁹: ꝛ qꝛ calida ē cōfoꝛtat vesicam: ꝛ ꝓhibet distillationem vꝛine accidentē ex frigoꝛe: ꝛ tardat in stomacho ex grossitudine ipsi⁹: ꝛ si cōdit̄ cū aceto ē minoꝛis caloꝛis ꝛ minoꝛis nocumēti i calidis ꝑsonis. ꝛ pꝛecipue si bene lauet̄ cū aqua dulci. vꝫ aūt ad tussim ꝛ coarctationez anhelit⁹: ꝛ ad hmōi passiōes pectoris qn̄ cū melle permiscet̄: vt Serapio inquit autoꝛitate Gal. ꝛ Diascoridis. demum sic dixit. Humain ex v̄bo Hyppocratis inqt. Enula aufert irā ꝛ tristitiā: foꝛtificatos stomachi ꝛ mūdificat pect⁹: ꝛ ꝓuocat superfluitates q̄ sunt in venis ꝑ mēstrua ꝛ vꝛinā. ꝛ maxime vinū factū cū ea. Ex quib⁹ apparet ꝙ nō quomodocūqꝫ: nec quibuscūqꝫ aut frequēter radix eius cōueniat. Et ꝓpterea in calidis cōplexionib⁹ ꝛ iuuenib⁹ est suspecta ꝛ ꝑcipue in estatis tēpoꝛe ꝛc. ¶ De radice autē cariote siue dauci aut pastinace agrestis: vt quidā eū appellāt ex eo ꝙ est velut pastinaca: sed nigrioꝛ et plus odoꝛifera. ꝛ esui apta: cui⁹ semē scōm Theodoꝛicū Priscianum est careos: vt refert auctoꝛ pendectarū: ego vero nō reperi de ipsa distinctā a pastinaca determinationē ab aliquo veterū sapientuꝫ: sed semꝑ simul de eis locuti sunt volētes nobis innuere ꝙ eiusdem fere sint virtutis: vt apparet ꝑ Gal. in libꝛo de subtiliante dieta. c. ix. dicētē. Ad pn̄tia radices dauci ꝛ cariote nil habēt nociuū sicut neqꝫ idoneum. Et in. v. simpliciū. c. de dauco sic scribentē. Radix eius aliqd vētositatis hꝫ ꝛ libidinositatis. Et idē in libꝛo de cibis. c. de pastinaca inquit. Radices harū domesticarum comedunt̄: alimētū quidē minus rapix habētes. calefaciūt aūt manifeste ꝛ in medio scōi grad⁹: et humectāt in pꝛimo ꝛ aliquid aromaticitatis: indigestibilitas q̄dez igitur similiter ipsis inest ꝛ alijs radicib⁹: vꝛinatiue aūt sunt ꝛ si abūdat aliquis ipsarū vsu mali chimi mediocriter sunt melioꝛis ꝓo chimi q̄ cariote q̄ꝫ que pastinace. Ex quibus eliciam⁹ ꝙ frequētate minime sint laudabiles. Si aūt quis vlterioꝛē cuperet habere determinationē de ipsis: capitulū de pastinaca faciendum legat: cū vt supꝛa dictum est: in virtutibus et operationibus conueniant: quare ꝛc.

Capitulū. clvij. ostendit naturā ꝛ ꝓꝑrietates napoꝛū ꝛ pastinacarum in via nutrimenti.

Napi: vt inquit Almāsoꝛ in libꝛo tertio. ca. xvij. calidi sunt ꝛ humidi: q̄ inflationē ac crudū generāt phlegma: sperma q̄ꝫ acuūt: atqꝫ gutturis ꝛ pectoꝛis lenitatem efficiūt. renes etiā ꝛ doꝛsum calefaciunt. In. iiij. aūt libꝛo suoꝛū aphoꝛismoꝛū de ipsis sic scripsit. Bonuꝫ visum efficiūt. ꝛ sūt cib⁹ cōueniēs. Ex quib⁹ in dictis ei⁹ cōtradictio apparet manifesta. Si em̄ generāt phlegma crudū: quō sunt cib⁹ conueniēs? Et ꝓpterea mihi v̄r ꝙ nulla via saluari possit: si aphoꝛismus ille literā nō hꝫ coꝛruptā: qđ mini-

me mihi p̄suadeo. Si q̇s tn̄ vtrūq̧ textū saluare voluerit: suo mō respō deat obiectiōi. Haliabas quoq̧ de ipsis determinat in. v. theorice. ca. xvij. cū ait Selgemū: τ est napū inquit glosa: calidū est τ humidū: in quo est grossities τ inflatio: ideoq̧ plurimo nutrit cibo: sperma auget τ in eo est virt⁹ subtilians qua vrinā ꝓuocat. Et Gal. in. ij. alimentis cap. lix. sic ait de ipsis. Alimentum naporū meli⁹ est q̄ rapaꝝ τ magis pectori iuuās: verūtamē grossū est vt raparū nutrimentū. Ex q̄b⁹ apparet q̄ q̄ simillimi sint rapis: et ideo ceteri auctores quos hacten⁹ videre potui: nihil de ipsis in speciali dicere volentes: vt p̄ ea que de rapis scripserūt τ de napis: q̄ species sunt earū intelligerent. Quare τ nos de eis plura nō scribem⁹.

¶ Pastinaca autē: vt in. v. colliget inquit Auerrois duas hʒ species. siluestrē τ domesticam. Siluestris fortior est in oibus domestica: τ in ambab⁹ est virt⁹ calefaciēdi τ subtiliandi. τ in radice est virtus que mouet coitū. qd̄ breuib⁹ tetigit Haliabas in libro τ. c. superius allegatis cū inquit. Pastinaca inflatiua est: τ digestioni inobediēs: vnerem irritat: τ ꝓuocat vrinā. Et Isaac in particularib⁹ dietis de ipsa dixit. Baucia calida est in medio secūdi gradus: τ humida in medio primi que duri grossiq̧ nutrimēti est τ minus q̄ rapa nutrit: τ hʒ quid acuminis: vn̄ est extinuatiua τ diaforesim faciēs: vrinā τ mēstra ꝓuocat: hʒ etiā aliquantulum inflationis: vn̄ coitus est inuatiua. que assuefacta illaudabilē generat sanguinē. Que vt temperet: opʒ eā elixari τ eiecta aqua tertio coquatur cū lactuca: coriādro: cepa: τ cōdiat cū oleo onfancino: aceto: pipere: τ carni. et ista fuit etiā Rasis s̄nia in. xxi. continentis. c. clxxxv. dicētis autoritate Diascoridis. Pastinace hortulane cōpetunt esui: τ sunt eiusdē innamēti qd̄ siluestres: sʒ sunt minoris operatiōis. τ subdit. Et dr̄ in libro ciborū. Pastinaca est calida et humida in secūdo τ est stiptica in primo. et habet aliquid acuitatis τ prouocat vrinā τ mēstrua: τ excitat coitū: τ est inflatiua: τ siluestris nō inflat omnino: τ ꝓuocat vtrūq̧ magis q̄ hortulana: τ est difficilis digestionis: τ minus nutritiua rapis: τ minus eius ipsi⁹ generat malum chimū: τ cōplexio siluestris est laudabilior: τ comedens ipsam dʒ eam bis abluere. Et pastinaca condita cū melle nō sic bene decoquit sicut illa que decocta est cū almuri. et valet ad coitum τ addit ad sperma. Et mellita est maioris caliditatis: τ pauce hūiditatis τ inflationis. τ similiter dixit Paulus inq̇t ipse. Hoc igit̄ est qd̄ de in ipsa scribunt auctores pro quāto faciat ad sanitatis conseruationem.

¶ Cap. clviij. ostendit naturaʒ: proprietates τ operationes porrorum pro quanto faciūt ad nutrimentum.

De porris dicem⁹ cū Auicē. in scd̄o canonis. c. ccccccxliiij. sic scribente. Porrū calidū ē in tertio: τ siccū in secundo. Siluestre vero est calidus τ siccius: τ ꝓpter illud est deteri⁹: interficit vermē τ eijcit illū: τ ipsius comestio facit soda: et facit imaginari τ videre somnia mala: τ est ex eis que corrūpunt gingiuā τ dentes τ scindit eos: nocet visui: et est malū stomacho τ est mordificatiuū et inflatiuū: τ ideo opʒ vt elixetur

in duabus aquis q꞉ alleuiatur inflatio ⁊ nocumentũ ipsius. Ruffus vero dixit ꝙ abscidit eructuationẽ acetosam ⁊ est vniuersaliter tarde digestionis:⁊ domesticũ prouocat vrinã ⁊ mẽstrua:⁊ cõfert emoroidibus qđ ex eo elixũ est comestum:et more emplastri superpositũ:⁊ commouet coitũ:⁊ est ex summa eorum que soluũt sanguinez.hec ipse.Qđ etiã sensit Isaac in particularibus dietis cũ ait.Porrũ calidũ est i medio tertij grad⁹ ⁊ siccũ in fine eiusdem:qđ certũ facit sua ponticitas: vnde sanguinẽ manantẽ a narib⁹ stringit:sed scđm cibũ inutilis est nocet eñ stomacho faciẽs inflationẽ ac vẽtositatẽ : et cũ sui acumine neruos eius mordet:hꝫ etiã ꝓprietatẽ faciẽdi fumũ nigrũ melãcholie ptinentẽ:qui ad caput saliẽs vi sui tenebrositatẽ.facit:atꝙ somnia terribilia ac timorosa ĩducit vñ cauendũ est diuersas naturas habẽtib⁹:⁊ maxie cholericis maniacis ⁊ oppilationẽ in capite habẽtib⁹.qđ comedere diligẽtes accipiant post ip̃m portulacã:lactucã:endiuiã et similia:vt ei⁹ color ab istis tẽperet꞉: deinde elixet꞉:deinde bis aut ter lauetur ⁊ esui priori mõ det꞉:qđ tñ secundũ medicinã vꝫ.Crudũ eñ comestũ ⁊ arterias a grossis humoribus mũdificat.⁊ epatis oppilationẽ aperit ⁊ habẽtib⁹ oximeriã tribuit medelã.succus ei⁹ cũ aceto et oleo rosato ⁊ thure narib⁹ imissus: sanguinẽ ab eis manantẽ stringit in aurem instillatus dolorem placat de frigiditate ⁊ humiditate crudũ cataplasmatũ sup morsum serpentis bñ ꝓdest.Elixũ quoꝙ ⁊ cũ oleo sisamino:aut cuꝫ amigdalino cõditũ venerẽ suscitat:⁊ ventrẽ humectat:⁊ vꝫ cõtra colicã passionem que fit a grossis viscosisꝙ humoribus.⁊c.Et hec snia fuit etiã Rasis in tertio Almãsoris.c.xviij.dicẽtis. Porrũ calidũ est ⁊ siccũ :qđ lꝫ appetitui auxiliũ tribuat:caput tñ dolere facit somniaꝙ mala demõstrat: atꝙ his q̃ cephalcã pati soliti sũt: ⁊ qui a calore ledunt꞉ malũ existit. Et in.xxij. ꝯtinẽtis.c.ccccccclxxxiiij. dixit autoritate Diascoridis. Porrũ hortẽse inflat:⁊ est mali chimi:⁊ ex eo accidũt somnia mala:prouocat vrinã:lenit ventrẽ attenuat:infert caliginẽ in oculis:ꝓuocat mẽstrua:⁊ nocet vesice vlcerate.icitat coitũ.⁊ coctũ ⁊ cũ melle assumptuꝫ mũdificat canalẽ pulmonis:⁊ frequẽs comestio ei⁹ obscurat visum: ⁊ est mala stomacho ⁊c.Et ĩfra subiunxit autoritate Bimmasui.Porrũ est modici nutrimẽti inferẽs dolorẽ capitis:⁊ generat vaporem offendẽtẽ ⁊ somnia mala cũ ꝓꝓetate sua ⁊ postea autoritate iudei sic ẽt ait.Porrũ cũ ꝓprietate corrumpit dentes et gingiuas . Et plurima alia de ip̃o dicũt.Que q꞉ tacta sũt: et q꞉ prolixitatem tediosam sicut et ceteri fugimus:pretermittem⁹ concludentes ꝙ porrorũ comestio nequaꝙ̃ commendanda est in via nutrimenti:nec etiã via medicine frequentanda:quare ⁊c.

¶ Cap.clix. ostẽdit naturam et proprietates raparum pro quãto faciunt ad cibum.

RApe:vt inq̃t Auerrois ĩ v.colliget calide sũt hũide:generãt vẽtositatem: mouẽt coitũ eo ꝙ renes calefaciũt ⁊ habẽt mirabilẽ ꝓprietatẽ ad illuminãdũ oculos.Isaac aũt i ꝑticularib⁹ dietis dixit.Calida est rapa in scđo gradu:⁊ hũida in primo multuꝫ plus ceteris nutrit.dure tñ digerit꞉:mollẽ ⁊ inflatinã facit carnem:proinde sui ventositate et inflatione coitum suscitat:que si in aqua coquat꞉

⁊ illa eiecta in alia recoquat: duri-
tia sue substātie tēperat: ⁊ medio-
criter iter bonū malū nutrit q̄ aūt
nō bñ cocta fuerit: digerit difficile:
ventositati gñat: ⁊ in veni ⁊ poris
oppilationē facit. Idcirco vtilis ē
bis cocta: ⁊ vtraq̄ aqua ꝓiecta: si
coquat cum pinguissima carne ⁊c.
Rasis etiā i. xxij. ꝯtinētis. c. cccccxlv.
dixit auctoritate Diascoridis. Ra-
pa cocta ⁊ comesta est magni nutri
mēti: sed inflat ⁊ gñat carnē mollē:
⁊ excitat appetitū ⁊ actū venereuȝ
⁊c. Et in fine capituli allegati au-
ctoritate Gal. sic inqt. Rapa inflat:
⁊ est difficilis digestiōis: tñ auget
sperma ⁊c. ⁊ in. xxv. eiusdem. c. j. sic
ait. Si rape elixe fuerint ⁊ comeste
cū cōdimentis ⁊ aromatib⁹ bone
erunt ⁊ similis cōditio est de pasti-
naca. Gal. aūt in secūdo de cibis. c.
proprio dixit de ea. Multiformiter
aūt ⁊ hāc hoies preparant vsq̄ ad
hoc ꝙ cōponunt eā cū garo ⁊ aceto
vt habeāt provsu ꝑ totū annū: chi-
mū aūt reddit in corpore grossiorē
tēperato: ꝓpter qd̄ si habūdauerit
qs in vsu ipsi⁹. ⁊ maxime si qs defi
ciēter in vētre digerens ipsam con
gregabit, vocatū crudū chimū: ad
secessum aūt ventris neq̄ cōtraria
vtiq̄: neq̄ cōferre dicat qs ipsaȝ ⁊
maxime qñ decoquit: bñ enim indi
get ipsa et ampliori decoctione: fit
aūt optima ⁊ bis elixata sicut di-
ctū est pri⁹ de caulis ꝑparatiōe. Si
aūt crudior sumat. indigestibilis
est et inflatiua: et mala stomacho:
qñq̄ aūt ⁊ mordicatiōes opat scḋȝ
ventrē ꝑ aquā aūt elixatā admira-
bor vtiq̄ si min⁹ aliqua homoge-
neaꝝ plantarū nutriat. Et idem in
sexto de simplicib⁹ medicinis, in. c.
gengilidis. inquit. Rapa ⁊ semen
eius similiter ad libidinē incitat:
inflatiui spirit⁹ gñatiua existens.
Ecce itaq̄ quātū in via cibi prisci
patres rapas cōmēdarūt. A quib⁹
sumpsit Platina cū ait. Nō erit ēt
in salubre prima abiecta decoctiōe
si secundo elixaueris additis aro-
matib⁹ q̄ eius inflationē tollūt ⁊c.
Et q: in igne sup cineres ⁊ prunas
vt plurimū decoquunt: mihi videt
hoc oibus esse memorandū: vt ra-
pe cocte sup ligna virtute flamme
ignis vt fieri sepius vidi: nullo pa-
cto assumat rōne malitie adepte a
fumo ⁊ flamma nō mediocris: vñ
suffocationē facile possent induce-
re ⁊ anhelit⁹ cōstrictionē: quemad-
modū ⁊ castanee in ꝑforato frixo-
rio sup flammā ignis decocte mi-
hi sepius adolescētulo: hoc nesciē
ti facere cōsueuerunt: quod alie su
per prunas ⁊ cineres decocte nō fa
ciebant. Qd̄ post ꝙ̄ cōsideraui: nul
lam causam adinueni que mihi ra
tionabilis videret: nisi ꝙ ex flam-
ma et fumo quandam malam no-
ciuam et indicibilem qualitatem
grandemq̄ malitiaȝ assumebant:
qua difficultas anhelitus et suffo-
catio quedam periculosa: et (vt ve-
rius dicam) perniciosa prouenie-
bat q̄ ex vini boni assumptiōe pau
latina alleuiabat. Quare ⁊ hoc idē
i rapis sup ligna ⁊ flāmā decoctis
attendēdū fugiendūq̄ iudicam⁹.
Et non nisi manducande sunt eli-
xe: aut super carbones et prunas
sine fumo decocte elixe aūt ꝑstātio
res ⁊ ad sanitatē laudabiliores: vt
snia illustriū antiqꝝ patuit supra.

¶ Ca. clx. ostēdit naturā ꝓprie-
tates ⁊ nocumēta ex comestiōe
raphani ꝓuenientia.

RAphanus vt scripsit
Gal. ad paternianum
c. ccxxx. oibus nota est
que radix appellatur
radicē habēs similez
rape sȝ, longiorē q̄ co-

mesta a ieiuno ꝑut antidotũ magnum adiutoriũ sanitatis et tutamentũ corporis ſ; inflationē operat̃ ruct⁹ fetidos facit: ꝛ vrinā mouet ꝛ ventrem relaxat ꝛc. hec ipse. Quē textũ si q̇s recte cōsideret non simpliciter Raphanus approbat̃: sed via tantum medicine: ꝛ in teiuno et in parua sc; quãtitate nō aũt cōuenit via cibi: nec ante cibũ imediate vt quidam sunt opinati: propterea q: calid⁹ est in tertio gradu: ꝛ sicc⁹ in secũdo vt dixit Auerrois in .v. colliget. ꝛ Haliabas in quito theorice. c. xvij. vbi sic ait. Raphanus passiones facit ꝛ turbationes eo ꝙ eructuationē generat fetidaz: ideoq; qui vomitur⁹ est eo vtit̃. cibus eñ malus est ꝛ grossus: digestionis tarde difficile a stomacho descēdit. ꝛ subdit. Quidā aiũt illuz digestionē adiuuare sed ecōtra rez est inuenire: neq; eñ digerit̃ quanto minus ipse digerit. Auicē. vero in scđo canonis. c. cccccłxxvj. sic scripsit de eo Raphan⁹ ē inflatiuis: et elixat⁹ est nutribilior ꝑpter separationē illi⁹ ab eo qđ est medicinale: ꝛ nutrimētũ q̇dē ei⁹ est phlegmaticũ ꝛ paucũ cũ hoc quãto igit̃ magis crudũ ꝛ nō elixatũ. Et ꝑpterea subdit: ꝛ i ipo est substãtia q̃ velox est ad putrefactionē: ꝛ illud ꝑpter id qđ in ipso ē de nocumẽtis: ꝛ multiplicat pediculos i corporib⁹ nocet capiti: dẽtib⁹ ꝛ palato: nociuus est oculo: l; abstergat ipm qñ distillatur in eo aqua eius: ꝛ post pauca subiũxit: est mal⁹ stomacho faciēs eructuare. ꝛ post cibũ lenit ventrē: ꝛ facit cibũ penetrare: s; añ cibum facit natare ipm cibũ ꝛ nō[n] q̇escit ꝛ ꝑpter hoc facilē efficit vomitũ. Dixit postremo autoritate filij Mesãgue ꝙ si comedat̃ post cibũ digerit ꝛ ꝑpē folia ei⁹: ꝛ facit appetitũ ꝛc. Hoc quoq; sensit Isaac in particularibus dietis cũ inquit. Raphan⁹ calid⁹ est in tertio gradu: ꝛ siccus in scđo minus ꝙ̃ rapa nutrit propter suũ acumē qđ est forti⁹ acumine rape: nutrimentũ eius est grossum dure digestionis stomacho nociuũ: ꝛ incōueniēs oculis: dentib⁹ gule et oibus vuule doloribus. Et infra dixit. Radix ei⁹ scđm cibum mãducata torsionē ꝛ iflationē generat: ꝛ stomacho fit illaudabilis: qđ ruct⁹ ei⁹ putrid⁹ testat̃: q̇ maxie fit ante cibum ieiunijs: esui data: cibũ eleuat: ꝛ descēdere ꝓhibet ad locũ decoctiōis: vñ fit cã indurãdē egestiōis: ꝛ naturalē virtutē inhibet cibũ in interiorē ꝑtē expellere: quare fit vomitus maxime eis qui ventositatē habēt in stomacho: ꝙ tñ post cibũ accepta minorē agit vẽtositatē superi⁹ ascēdētē: ꝛ cũ sua grauitate descēdit inferi⁹: et deponit cibũ in locũ decoctiōis: ꝛ digerit̃ vt op;: vnde fit cã secũdã digestionē cōfortãdi: hoc eñ gratia sue actiōis: q̇ nō habētib⁹ ventositatē impedit post cibũ accepta: proinde volentes eã ꝑpter vomitũ accipere ante cibũ sumãt: sed ꝑpter supplemētũ secunde tertieq; digestionis: post cibũ mãducēt. hic ipe. Rasis etiã in tertio Almãsoris. c. xviij. sic inquit de ipso Raphan⁹ calid⁹ est ꝛ grossus: q̇ in stomacho longã faciēs morã phlegma incidit: atq; cibũ ad os eleuat stomachi: vomitũ quoq; mouet cuius folia cibum digerunt: ꝛ appetitiuam adiuuant quando ex eis parũ sumitur. Rasis etiã in libr. iiij. suorum aphorismorum. Raphani ꝛ eorum stipites in stomacho durant ꝙ̃plurimum: caput replent: gutturi vero conferũt quia clarificant vocem: vt inquit Auerrois loco superius assignato Idem quoq; Rasis in libro. xxij. cōtinetis. c. ccccccxxix. dixit autorita-

te Diaſcoridis. Radix raphani ge-
nerat vẽtoſitates: ⁊ eſt mala ſtoma-
cho: multiplicat eructationẽ: ⁊ ꝓ-
uocat vrinã: ⁊ calefacit: ⁊ ſi comedi-
tur poſt cibũ lenit vẽtrẽ: ⁊ ſubuenit
ſuꝑ penetrationẽ nutrimẽti: ⁊ ſi co-
medit᷑ añ cibũ: ſupernatat cũ ciba-
rio: et ſubleuat illud ad ſuperiora
ſtomachi: ⁊ nõ dimittit quieſcere:
ideo de leui ꝓuocat vomitũ ⁊ atte-
nuat ſenſus. Et infra auctoritate
Ruffi ſubdit. Radix cõfert in phle-
gmate: excitat vomitũ: nocet capiti
oculis: dentibus: ⁊ palato. Et dixit
in alio libro: ꝙ ſit tarde digeſtiõis:
inflat vẽtrẽ: multiplicat phlegma
⁊ calefacit. Et dixit in libro regimi-
nis. Radix bona eſt qđ phlegma: ⁊
volentẽ euacuare, id qđ. i ſuperiori-
bus ꝑtibꝰ vẽtris fuerit: tñ mala eſt
oculis: dentibꝰ: ⁊ gutturi. Et Joan-
nitius inq̃t: ꝙ hoc eſt ex cã malicie
ſubſtãtie putrefactiue q̃ eſt in ea: q̃
de re cõcludẽdũ eſt ꝙ via cibiꝰ ne-
quaq̃ꝫ raphano ſit vtẽdũ: vt ex iam
dictis patuit manifeſte: nec etiam
ante cibũ: ſꝫ tãtũmodo poſt cibum
qñqꝫ ratione medicine. Et ꝙ ita ſit
apparet ꝑ Gal. i libro de ſubtiliãte
dieta. c. ix. ſic dicẽte. Guſtãdũ eſt ra-
dices ſolas calidas ⁊ acres ſicut al-
lei ⁊ ceparũ et raphanidas: et has
vt pharmacũ magis q̃ꝫ cibũ: nec ẽt
ſic ſimpl'r: ſꝫ poſt comeſtionẽ: vt di-
ximus. quare ⁊c.

¶ Cap. clxi. ponit cõditiões at-
tẽdẽdas circa ſemina ſeu legu-
mina q̃ ꝓ ferculis accipiuntur.

Quemadmodũ ſupius ꝓmiſeramꝰ: velle dice-
re de ſeminibꝰ ⁊ legu-
minibꝰ q̃ ſunt in vſu.
poſtq̃ꝫ de radicibꝰ fuiſ-
ſemꝰ locuti: ſic in pre-
ſentia de ipſis agemꝰ: oſtendẽtes:
priuſq̃ꝫ ad ſpecialia deſcẽdamꝰ q̃s
debeãt habere cõditiões ſemina
et legumina q̃ comedi debẽt: vt bo-
na et laudabilia ab eis oppoſitis
ſcire diſtinguere valeamꝰ. Dicamꝰ
ergo ꝙ grana ſeu ſemina ad ſanita-
tem laudabilia: nõ debẽt eſſe noua
nec etiã inueterata ſꝫ mediũ tenẽ-
tia vt ſunt illa que poſt ſex menſes
ſunt collecta vſqꝫ ad annũ vel cir-
ca durãtia ſcđm Jſaac determina-
tionem in vniuerſalibus dietis. c.
xxiiij. dicentis. Granorũ nouorum
ante ſeptẽ menſes nutrimẽta groſ-
ſa ſunt ⁊ viſcoſa ad diſſoluendum
dura: ſed tñcũ bñ digeſta ſunt mul-
tũ dant nutrimentũ ⁊ tarde diſſo-
lubile a mẽbris. Et poſtea ſubiun-
xit. Grana vero inueterata ſed non
corrupta: in nutrimento ſunt me-
liora: ⁊ a mẽbris diſſoluendũ faci-
lia: ideoqꝫ in ſanitate cuſtodiẽda
meliora ſunt q̃ꝫ ad mẽbra cõfortan-
da. Jnueterata vero magis q̃ꝫ opꝫ
ſunt illaudabilia. qñ aũt inuetera-
ta dici debeãt: itelligat᷑ qñ ſua na-
turalis hũiditas exiccata et finita
fuerit: ⁊ tũc minime mollificant᷑ in
aq̃ cũ velut lapides exiſtant: ⁊ vt
plurimũ ſupnatãt eo ꝙ nihil reci-
piũt humiditatis aque: quo facta
grauiora poſſint deſcẽdere. Simi-
liter ſi dura forẽt naturaliter ſemi-
na: ita ꝙ nõ molleſcãt reprobãda
ſunt ⁊ ſi antiquata nõ fuerint: qm̃
iã dictis ſunt ſimilia ⁊ ꝑ cõſequẽs
minime accipienda: dicente Jſaac
vbi ſupra. Si grana vel ſemina vel
q̃libet ſicca ꝓbare volueris: infun-
de infundẽda in aq̃s: q̃ ſi velociter
iflantur ⁊ duritiẽ amittũt ſuã: lau-
dabiliora ſunt nõ obedientibꝰ. Ve-
locitas em̃ mutatiõis ſignũ ẽ ꝑfe-
cte actiõis naturalis caloris in co-
ctione ſui dũ in origine ſua ſiunt.
Que aũt in grana in ſua duritie ⁊

siccitate cocta & elixa vel infusa permanserint: superfluitates humorum grossorum & viscosorum se habere innuunt: in quibus subtiliandis & digerendis natura defecit. Que fuit Gal. sententia in libro de euchimia & cachochimia dicentis. Legumina & fructus sicci siue semina que comeduntur: si in aqua infusa non eleuabuntur. & mollia facta non fuerint sed retinentia pristinam duritiem peiora sunt omnibus & ad significationem & ad digestionem: contraria vero omnibus meliora. Debent preterea grana seu semina que manducantur. hanc etiam habere conditionem. s. vt nullum odorem aut saporem malum habeant. nec aliqua mala sint affecta qualitate: vt sensit Isaac vbi supra cum ait. Quecunque grana in odore pessima vel in sapore sunt abominabilia: nutrimenta eorum sunt abhorrenda: quod etiam ex verbis Auicenne colligi potest in. iii. i. doctrina. ii. c. vii. Et ex verbo illo oportet: quod cibus sit talis quale triticum ab extraneis rebus purgatum: quod ex messe sana fuerit collectum: cui nullum accidit nocumentum &c. Et sicut de tritico expressit. sic implicite & de aliis granis que comeduntur dedit intelligere. s. de farre: spelta: panico: milio fabis & ceteris talibus de quibus infra dicemus. Reliquas autem conditiones circa vnumquodque obseruandas: suis in locis domino concedente scribemus. eundem seruantes alphabeti ordinem ne diu inquerendo laboret qui naturam et proprietates alicuius rei inuenire desiderabit: quare &c.

¶ Cap. clxii. ostendit naturam & proprietates ciceris albi & rubei in via nutrimenti.

Cum grana & semina in duplici differentia reperiantur: quedam enim pro cibis: aliqua vero pro condimentis ciborum vtantur: quemadmodum sunt anisum: feniculum: piper: & huiusmodi: de quibus impresentiarum non intendimus. Sed de eis tantum que pro cibis manducantur: de illis autem posterius dicemus cum de condimentis sermonem faciemus. A cicere itaque incipiamus: cum ante ipsa nullum leguminum a precedentibus literis inchoare inueniamus. dicentes cum Auerro. in. v. colliget. Cicera sunt temperate calida & humida. & habent inflationem: & propterea tertia earum operatione habent generare sperma: & prouocare vrinam & menstrua: & frangunt lapidem: sed hoc faciunt plus nigra quam alba: & si comeduntur recentia generant in stomacho & in intestinis multas superfluitates: & sunt duriora ad digerendum nisi primo essent infusa: & habent proprietatem faciendi bonum calorem & hoc faciunt quia acuunt calorem ita vt generet spiritus ventosus: & per hanc viam valent coitui. Sed Haliabas in. v. Theorice. c. xv. sic de eis inquit. Cicer calidum est & siccum: & in eo est humiditas quedam: & ventositas. & inflatio: vnde & sperma generat: & coitus appetitum: lac auget &c. Quod etiam videtur voluisse princeps in. ii. canonis. c. cxxxii. sic dicens. Cicer album est calidum & siccum in primo: & nigrum est fortius. Ambo sunt inflatiua et lenitiua: & in ipso est incisio. Et nutrimentum quod prebet: est fortius nutrimento fabarum & magis solidum: neque est aliquid in suis figuris quod magis ipso nutriat pulmonem. Et quod ex ipso est humidum plus est generatiuum superfluitatum quam ex eo quod siccum est. Et infra subdit. Clarificat vocem: & nutrit pulmonem melius quam res alique. Et in calce capituli sic ait auctoritate Hipocratis. In cicere sunt due substantie: que separantur cum decoctione. Quarum vna est salsa et

ſenit naturā: et altera eſt dulcis et prouocat vrinā:et dulcedo in ipſo eſt īflatiua ⁊ excitat coitū.Idē quoqꝫ ſenſit Iſaac in particularibꝰ dietis cū ait.Cicer eſt multi nutrimēti: vētrem humectat:vrinā mouet: mēſtrua ꝓuocat: vētoſitatem creat ⁊ inflationē:idcirco ſperma auget coitūqꝫ cōfortat.Cicer aūt albū calidū eſt in prio:⁊ humidū ī medio: ꝓpterea nutrimentū eiꝰ maius eſt ꝙ fabarū:nō tñ bonū:ſed ad digerendū durū vētoſitatē ⁊ inflationē faciēs intātū vt carnē inflet et dilatet:et idē faciet qꝺ acetū in ſicco luto:aut fermentū in paſta. Unde q̀ eo vtūtur pulchre cutis fiunt. Dilatata eñ ⁊ extenſa caro luceſcit et clarificatur.Item coitū adiuuat:qr tres habet cauſas ad coitū pertinētes:ſcilicet calorē:nutrimentū ⁊ inflationē. Et infra dixit. Cicer nigrū albo eſt calidius et minꝰ humidū ⁊ ꝓpterea amaritudo eius dulcedine manifeſtior eſt: iō plꝰ albo aperit oppilatiōes ⁊c.Raſis etiam in tertio Almāſoris.c.ij.ſic de ciceribꝰ inquit.Cicer calidū eſt: inflat et vrinā ac mēſtrua ꝓuocat: et auget ſperma:viride preterea cicer in ſtomacho ⁊ inteſtinis multas generat ſuperfluitates: fabe tñ et cicer ſi aſſentur minoris ſunt vētoſitatꝫ.In quarto quoqꝫ li.ſuoꝝ aphoriſmoꝝ dixit de ipſis.Cicera bonā faciūt vrinā:et bonū calorē: maxime ſi cū carnibꝰ comedātur et cū cinamomo ꝙ plurimū.Et ī li.xxj.cōtinentis.c.ccxlij. dixit auctoritate Gal.in li. prio ciboꝝ in.c.xvij.licet ipſe capitulū nō annotauerit. Nutrimetnum cicerum eſt melius nutrimento fabarum:et eius inflatio non eſt minor inflatione fabarū: et addunt ad ſperma : et excitant coitum et propter hoc dantur ſtallonibus:⁊ mūdificant plus ꝙ fabe.⁊ poſtea ſubiunxit.Et cum torrefiunt cicera:tollit ipſorū inflatio ⁊ eorū digeſtio erit difficilis:⁊ nutriunt plurimo nutrimēto.Et recētia generāt plurimā ſuperfluitatē ſicut narrauimus de fabis:et dixit in libro chimorū.Licet cicera ſint multi nutrimēti:nō tñ laudabilē generāt chimū:⁊ nō ſunt minoris inflationis faba.Noſter aūt textꝰ in libro de euchimia.c.iiij.ſic ſe hꝫ Cicera nutritiua ſunt:nō tñ euchimia:inflatiua vero nō minus faba:excitant ad coitū:⁊ ſimul ex eis ſperma generat.⁊ in libro de ſubtiliante dieta.c.vij.ſic ait de eis.Cicer inflatiuū eſt:⁊ diſdigeſtibile:⁊ ſuperfluicū cibariū:ad vrinationē aūt aptum ⁊c.Raſis etiā loco ſuperius allegato ſic quoqꝫ ſcripſit autoritate Ruffi.Cicera laxant vētrem prouocant vrinā ⁊ nutriunt multū . Poſtremo autoritate filij Meſue ſic etiā inquit.Cicera ſunt calida in ſcꝺo ⁊ humida circa medietatē primi faciūt multū erigere addunt ad ſperma ꝓuocant vrinā ⁊ menſtrua ⁊c. ⁊ infra:nutriūt pulmonē pre oībus alijs rebus:⁊ cū pulmo eſt vlceratꝰ:exhibeat farina cicerū cū lacte decocta ⁊c.

Cap.clxiij.oſtendit naturam fabarū ⁊ dore ꝓ quāto faciunt ad ſanitatem in via cibi.

DE dora q̄ ſcꝺm quoſdam dixit Melica ſcꝺm vero alios eſt ſpecies milij vt auctor inquit pandectarū:vſqꝫ nunc capitulum nec aliqͩd de ea ſcriptū reperimus niſi a Raſi in libro tertio Almanſoris.c.ij.in fine ſic dicente.Dora ſicca eſt q̄ ⁊ parū nutrit.⁊ ventrem ſtringit.Si quis aūt diceret ⁊ qūo ventrē ſtringit cū ſolutinā omnes ipſam eſſe fateant:pro qͥbus facit

etiam experiētia cui dicemꝰ ꝙ ꝑ se ꝛ rōne suarū qualitatū ventrē strin git:ꝑ accidēs vero soluit nec istud est inconueniēs cū mespila:myra bolani:citonia ꝛ hmōi naturaliter stiptica ventrē stringant ꝑ se:ꝑ accidens aūt ꝛ cōprimendo soluāt vt patet medicinā intelligentibꝰ. Doꝛa igitur cibus erit medicinalis:ꝛ potius medicina cibalis dicet esse ꝗ̄ cibus:quare ipsa est vtē dum.tuʒ qꝛ sicca:tū qꝛ parū nutrit tū ꝛetiā qꝛ solutiua nō parū existat.

¶Faba vero seu fabum vt inquit Auerrois in.v.colliget.c. de cibis medicinalibus.est tēperatū inter caliditatē ꝛ frigiditatē:aut parum declinat ad caloꝛem:ꝛ ꝑpterea hʒ dissoluere apostemata propter suā abstersionē ꝛ maturat ꝛ est multe hūiditatis:ꝑpterea accidit ei multaꝫ inflatio ꝛ vētositas:ꝛ ipsam nō perdit ꝑpter aliquā decoctionem. Et dicit ꝙ q̄ hʒ malā proprietateʒ cū virtute cogitatiua:ꝛ q̄ ea vtunt multa habent suspiria hoꝛribilia ꝛ phlegma. Melius tn̄ videtur esse dicēdum cū Haliabate.in.v.theoꝛice.c.xv. sic scribente. Faba q̄ recens est ꝛ viridis frigidā hʒ complexionē ꝛ humidā phegma generans. Que vero sicca est cōplexio illi frigida inuenit ꝛ sicca:vētositatem generat ꝛ inflationē plurimā ꝛ si minoꝛē ꝗ̄ recens ꝛc. Et post aliqua subdit. Laudabilioꝛ fabe comestio si coꝛticibꝰ.mūdata coquat donec dissoluatur:abit ab ea vētositas eius teraturꝗ mola diligentissime.tunc em̄ minuitur ventositas ꝛ inflatio maximeꝗ si cimini aliquid addideris ꝛ darseni.i.cinamomi ꝛ piperis ꝛc. Auicen. vero in.ij. canonis.c.ccxlv.dixit de ea sic. Virides sunt plurime superfluitatis:ꝛ si non esset tarditas sue digestionis:ꝛ multitudo inflationis earū non essent minoꝛes in nutriēdo bene ꝗ̄ pultes oꝛdei: sed sanguis earū est grossioꝛ ꝛ foꝛtioꝛ. Et melioꝛes ex eis sunt grosse albe:q̄ a gurgulionibus nō perfoꝛātur:ꝛ deterioꝛes earū sunt recētes.ꝛ earū quidē rectificatio est prolongatio infusiōis earū:ꝛ bonitas decoctionis ꝛ comedere eas cū pipere sale ꝛ hasce oꝛigano ꝛ similibꝰ:cū oleis et proxime i natura sua sunt equalitati:sed sunt decliues ad frigiditatē ꝛ siccitatē plus ꝛ in ipsis est humiditas superflua et proprie in viridibus. De veritate vero viridū est:vt iudicent frigide et humide. Qui aūt ponunt frigiditatē fabarum in gradu scđo modū excedunt quarū operationes he sunt. Abstergunt parūper et inflant valde:verū decoctio vehemēter iterata cum aqua remouet eaꝝ inflationē:verū cum fabe excoꝛticantur et mollinntur ꝛ decoquunt in vase sine motu:minoꝛat earū inflatio:et q̄ ex eis frixe sunt pauce sunt inflationis:sed sunt tardioꝛis digestionis. Et cocte cū suis coꝛticibꝰ sunt plus inflatiue. Et infra sic etiā scripsit:et generat ex eis caro mollis: et generāt humoꝛes grossos. Hippocrates quoꝗ testificatus est bonitatem nutrimēti earū:ꝛ cōseruationē sanitatis ab eis:et de ꝑprietate quidem earū est ꝙ abscindūt oua gallinarū cū nutriūtur ex eis et faciunt videre somnia cū alienatione perturbata. Et postea subiixit. Faciunt soda ꝛ nocent oībus q̄bus accidit soda:et sunt difficilis digestionis et tarde descensionis et sunt generatiue oppilationū:et decocte cū coꝛticibus suis in aceto prohibent vomitū ꝛ fluxum dissintericum antiquū. Isaac autem in particularibus dietis: sic de eis inquit. Fabe in natura sua frigide

et siccitate sunt diuerse: quarũ viri des frigide sunt ꝛ humide in primo gradu nutrimentũ tñ est minus qꝛ humores generant grossos ꝛ crudos. Et qꝛ inflatiue ventositatem faciunt in superioribꝰ ventris ꝓpterea valde nociue sunt. Sicce vero suisqꝫ tēporibus perfecte sunt frigide ꝛ sicce in primo gradu non laudabilē sanguinē creant: vnde carnē inflant ꝛ dilatant: ꝛ operantur in ea qđ fermentum in farina vel pasta: ꝓpterea in superioribus vētris ventositatē plurimā generant ꝛ inflationē: ex qua fumus incipit ascendere cerebro nocens et multa et corrupta somnia inducit. Cum hec ergo naturaliter habeant fabe: non eis aliquo coctionis modo possunt auferri. vñ Gal. Fabe si nimium coquanť ventositatem ꝛ inflationē suā sicut ordeo auferre nequimus: minuere tñ possumus. Experimento autē probať in eis qui fabis vtentes assidue indigestionē patiunť: ꝛ inflationem ꝛ si sanissimi fuerũt. hec ipse. Qđ etiā sensit Almāsor in. iiij. c. ij. dicēs Fabe tēperamēto proxime existũt licet frigiditati parũper attineant que multum inflantes scothomiā generant caput preterea grauant corpusqꝫ totũ dissolutũ efficiũt: et ideo solitis pati ventositatez ex colica vel ex ruptura male sunt: virides autē humores generant crudos: ꝛ in stomacho ꝛ intestinis augmentāt phlegma: ꝛ in ipsis ventositatem excitant. Idē quoqꝫ dixit in. xxj. cōtinentis. c. clxvj. autoritate Diascoridis. Et fuit snia Auenzoar i suo Theisir. c. j. cũ ait. Habē tia grossaz siccā ꝛ terrestrē substantiā: si bene decoquātur minus nocent stomacho exceptis fabis i qbꝰ decoctio nō remouet nocumentuz. Snia quoqꝫ Haliabatis i. v. Theorice. c. xv. Qui omnes a Gal. mihi videntur accepisse dicēte in lib. dē subtiliāte dieta. c. vij. Fabe nō digeruntur faciliter ꝛ inflatiue sunt satis ꝛ in pⁱo alimētoꝝ. c. xiiij. Fabe virides ꝯmeste āteqꝫ maturētur ꝛ exiccētur: habēt cōmune omniuz fructuũ quecũqꝫ i maturitatē offerrimꝰ: alimentũ humidius dantes corpori: ꝛ ꝓpter hoc magis superfluicũ: nō scđz intestina solũ: sꝫ etiā scđm totũ habitũ. ꝛ in pⁱo regiminis acutoꝝ cōmento. xviij. dixit. Sorbitionē ex fabis factā si tribꝰ coreris diebꝰ nō est tibi possibile vt eiꝰ inflationē ab ea remoueas: qđ ē qꝛ iflatio inest ei ex substātia ipsius ꝓpria: ꝛ nō ex diminutione decoctiōis eiꝰ ꝛ ꝓpterea dicebat ipse in li. de euchimia ꝛ cachochimia. c. iiij. Si faba inflatiua nō esset: cachochimā nō diceremꝰ. Ex quibꝰ apparet ꝙ ōis faba sit illaudabilis: viridis aũt ꝛ cocta cũ cortice peior alia quacũqꝫ: quare ꝛc.

¶ Cap. clxiiij. ostēdit naturā farri frumēti ꝛ spelte: declarādo q̄le sit ꝛ quātũ eorũ nutrimētuz.

Licet far quādo simpliciter poniť de farre/ spelte itelligatur: vt inquit auctor pādectarũ: tñ mihi videtur/ꝙ sepius etiā ꝓ frumēto vel tritico accipiať ꝛ non equidē irritionabiliter ꝓpterea ꝙ vt Rasis inquit in. xxj. cōtinētis. c. cxciij. auctoritate Pauli i. vij. Spelta est ꝓpinqua virtuti frumēti: et est media inter calidũ ꝛ frigidũ. ꝛ etiaz autoritate Diascoridis dixit de ea. Aliqđ est genus habēs in capsula vnũ granũ: ꝛ aliud habēs duo ꝛ vocatur latine farri. Dicamus ergo simul de ipsis ꝛ de frumēto pistato farre ꝛ appellato cum Auicē. in scđo canonis. c. ccl. sic scribente. Melius est illud qđ est mediuz inter duritiē ꝛ raritatē magnam pin

fue recēs planū qđ ē inter albedinē & rubedinē calidū & tēperatum in hūiditate:& siccitate & est plurimi nutrimēti & frumentū elixatū est tarde digestionis inflatiuū: verum eius nutrimentū quādo digeritur est plurimum Et infra dixit. Frumētū est magis nutritiuū corporis omnib⁹ granis.(& postremo cōcludit. Triticū crudū & etiā decoctū elixatū nō mollitū neq; fractū neq; coctū itavt sit puls. Et fractū etiā similiter qn̄ comeditur generat vermes. Auerrois quoq; i quinto colliget sic de eo scripsit. Frumētū coctū in aqua est grossuz viscosuz oppilatiuū & durū digeri pl⁹ alia re & est valde malū. Rasis aūt in tertio Almāsoris.c.ij.in principio sic ait. Triticū tēperamēto est vicinū:licet caliditati parum attineat. Qđ aūt ponderosius inuenitur & solidius maioris est nutrimēti hoibus: oibus quoq; aliis granis magis cōueniēs & magis ꝓpriū inuenit:sanguis etiā ex eo generatus omni sanguine q̄ ex aliis generatur granis tēperatior existit. Et i.xxj.cōtinētis.c.clxxxix.dixit. Frumentū fractū.i.far:vt dixit Gal.in vij.simpliciū:est idē modus frangendi in frumēto spelta & ordeo et omni genere leguminis & ipsorꝫ virtus & operatio est eadē cū eorū substantia integra. Et dixit dende au ctoritate Diascoridis. Far nutrit magis amido:& iflat & impinguat et generat chimum grossum viscosum & lucidū & debet decoq̄ supra carbones:et conderi cū oleo onfancio aut amigdalino dulci & pauco salis:& debet apponi oleuz in principio vt melius misceatur et cum est coctum cōdiatur cum melle scilicet zuccaro vt ammoueatur eius viscositas & cito descēdat a stomacho. In.c.vero.cclxxx. einsdē libro dixit autoritate Gal. in lib.dietarū q; granū frumēti est magis inflatiuū hominib⁹ omni alio grano & illđ qđ est ex eo clarū durū firmū & nō de facili frāgitur:est valde nutritiuū & melius & nutribilius alio & illud qđ est diaphanū leue & pingue est ecōtrario. Et substātia huius frumēti est velocis descensus ꝓpter multū furfur qđ est in eo et subdit. Frumentū elixū est tarde digestiōis inflatiuū & si bn̄ digeratur ē multi nutrimēti: & manifeste addit ad virtutez & calefacit. Et si pregnās comedit ipsuz:nō euadit ab eius nocumēto. Series aūt Galieni in lib.de subtiliāte dieta hic est prout nos habem⁹. Triticuz cibus nutribilissim⁹ & viscosi & grossitatis humoris generatiuū. Quocirca nisi quis preparet ipm sicut nunc preparatur. & offerat grossuz & viscosuz satis subnutrit humorē: ꝓpter qđ neq; simpliciter coctum oportet comedere triticū sicut vidi comedētes in asia q̄ multos rusticorū. dulcorāt eni paruo sale id:neq; farinā faciēdo coquentes sicut pultes & in aqua infundentes vel lacte. Omnes eniz huiusmodi preparationes disdigestibiles sunt & pachichime. Sola autem est bona preparatio eius quam per fermentum sal et cribrum et furnum &c. Dixit etiam Rasis loco superius allegato autoritate filij Mesue. Frumentum calidum est in primo:equale inter humiditatez & siccitatem:sed magis declinat ad humiditatem: et hanc acquisiuit ab aqua et signum ad hoc est multitudo nutrimenti eius. et postremo autoritate Galieni sic ait. Spelta non desiccat: sed digeri tur sicut frumentum:et generat humorem grossum: et est tardi descensus & multi nutrimenti et fortis ex

quib⁹ apparet ex quo frumēto far fieri debeat: ꝛ quantū nutrimenti prebeat quōcunq; far extiterit siue ex frumēto siue ex spelta tamē pro delicatis ꝛ exercitatis hominibus minime videt̃ cōuenire: cū grossus sit cibus et dure digestionis: vt patet ex iam dictis: quare ꝛc.

¶ Capitulum. clxv. ostendit naturam ꝛ proprietates faseoloꝝ alborum et rubeorū in via cibi.

Faseoli teste Gal. in lib. d̃ subtiliāte dieta. c. vij. multo fabis sūt prauiores. Et vt inquit Auerrois in. v. collige. c. de cerib⁹: ipsi declināt ad calorē ꝛ humiditatem: et impinguāt corpus: et ꝓuocāt vrinā ꝛ sanguinez menstruū: ꝛ laxāt ventrē ꝛ ꝓprie rubei: et inducūt somnia: ꝛ faciūt vertiginē s3 Haliabas in. v. theo. c. xv. aliter eos graduauit cū ait Faseolus alius albus cui⁹ cōplexio frigida est ꝛ sicca: ꝛ alius rube⁹ ꝛ in eo calor est ꝛ inflatio: nisi ꝙ eius inflatio minor est ꝙ̃ fabarū ꝛc. Qd̃ etiā sensit Princeps in. ij. canonis. ca. ccliij. dicēs. Faseoli rubei calidiores sunt eoꝝ. Filius tū; Mesangue ꝛ arsaianis dixerūt: ꝙ sunt frigidi ꝛ sicci: ꝛ apud me substātia eoꝝ est sicca in qua est hūiditas supflua: ꝛ ipsi ad caliditatē declināt: sed rubei sunt calidiores: ꝛ humor faseoloꝝ est hūidus phlegmaticus: ꝛ faciūt videre somnia mala: sunt boni pectori ꝛ pulmoni generāt humorē grossum. Sed sinapis prohibet nocumentū eoꝝ: ꝛ similiter acetuz cū sale: ꝛ pipere: ꝛ origano: ꝛ vt bibatur sup eos vinū passum purū: ꝛ qui cū aceto sunt nutriti pauce sūt hūiditatis prouocāt menstrua ꝛc. Isaac quoq; i particularib⁹ dietis. Faseoli calidi sunt in medio secundi gradus: ꝛ hūidi in fine: hoc autem testatur ꝙ vt plurimū nō ꝑfecte vt grana possunt desiccari: ꝛ si desiccētur nō multū tēporis seruare valēt: ideoq; humores gignunt grossos: inflāt naq; ventositatē fumūq; plurimū generāt: atq; caput implēt: somnia pessima ꝛ terribilia faciūt ꝛ corrupta. Et ipsoꝝ albi minus calidi ꝛ humidi: vnde eoꝝ nutrimentū grossius est: ꝛ ad digerēdū durū: humores phlegmaticos faciūt ꝛ grossos: at tenuare aūt volētes grossitudinē eoꝝ: eos elixēt: ꝛ elixatos a corticib⁹ mundēt. mūdatos cū obsomogaro. i. sale: ꝛ oleo ꝛ cimino: ꝛ pipere comedēt. Uirides albi ablatis corticibus cū sale sunt assumēdi: ꝛ sinapi origano: ꝛ pipere merū vinū ꝛ forte cū eis accipiēs. Ruffi vero caloris ꝛ hūiditat; ab albo min⁹ habēt id ꝛ i suis fortiores sunt operib⁹ ad ꝓuocādū ꝛc. Que fuit etiā sententia Rasis i tertio Almāsoris. c. ij. dicētis. Faseoli inflant ꝛ impinguāt corpus: vrināq; ac mēstrua ꝓuocāt: ventrē etiā reddūt mollē: qd̃ illi ꝓprie efficiūt q̃ rubei sunt: corp⁹ calefaciūt ꝛ capit; efficiūt. scothomiā: ac mala sōnia videre faciūt. Et i li. xxiij. cōtinēt; . c. ccccccc v. dixit auctoritate Bimmasui. Faseol⁹ calid⁹ est in primo: in medio ipsius et humidus similiter. Sed ruffus calidior prouocat menstrua: et si miscetur cum oleo nardino: et si comeditur cum sinapi prohibet eius nocumētum. Et ruffus faseolus est laudabilioris humoris: sed ald⁹ est abūdantis humiditatis et difficilis digestionis: subuenit super digestionem ipsius si comeditur calidus cum almuri: id est sale: oleo: et cimino eiecta cortice ipsius exteriori vt non comedatur. Sed recens faseolus comedi debet cu3 sale: pipere: et

pere:ꝛ origano ad subueniendum sup digestionē ipsius:ꝛ vtat super eū potu vini simplicis ꝛ solidi:ꝛ si comedit cū aceto erit modice humiditatis et tarde digestionis ex causa siccitatis aceti. Dixit deinde autoritate Damasceni: Joānitij:et Diascoridis. Faseoli inflāt:prouocāt vrinā ꝛ mēstrua: generāt somnia mala:licet abundāter nutriāt ꝑ rusticis:ergo ꝛ fortiter laborātibus cū sui humoris grossicie vidētur cōuenire:quiescentibꝰ aūt delicatis ꝛ studētibus minime. q̄re ꝛc.

¶ Cap. clxvj. ostendit naturam ꝛ nocumenta lentis prouenientia ex comestione ipsius.

res tamē illis sunt: proide tardiores duriq3 ad digestionē ⁊ cōuersionē: dicimꝰ etiā eos corruptioni esse inobediētes: vnde calorē habētibꝰ in stomacho atq3 febricitātibꝰ cōueniūt: q2 grossities eoꝝ q̄ frigidis repugnādo febribꝰ eoꝝ ardorē extinguūt. Rasis quoq3 i. iij. Almāsoris. c. xx. dixit de ipsis sic. Melones nō dulces q̇ sunt bateche: sitim sedāt ⁊ humectāt atq3 vrinā ꝓuocāt. Quibꝰ si quis in comestione multū vsus fuerit: colericā patiet̄ passionē. Serapio etiā in. c. de melone magna viridi dixit auctoritate Rasis: ꝙ est fortis humectatiōis ⁊ extinctiōis: ⁊ cōfert febribus adurētibus: ⁊ illi in cuiꝰ corpore oportet vt generet̄ phlegma hūidū ad resistendū humoribꝰ acutis existentibꝰ in stomacho epate ⁊ venis .s. quādo ipsi sunt male qualitatis ⁊ pauce quātitatis: quoniā hmōi melo non laxat in principio laxatione forti: ⁊ illi quidē q̇ sunt cū hoc debilis corporis ⁊ diminute carnis ⁊ sanguinis quoniā oportet vt in istis ꝑmutemꝰ cōplexione cholore eoꝝ oīno. ⁊ q̄uis possemꝰ immutare cōplexionē eius cū rebꝰ acetosis: res tamē insipide in hoc casu sunt cōuenientiores: qm̄ impossibile est quin res acetose incidāt ⁊ subtiliēt: ⁊ hmōi corpꝰ non potest sustinere: q2 si tu assuefacis eis squimbim .i. sirupū acetosum: facis augere in corpore suo maciē ⁊ debilitatē sue virtutis: ⁊ disrumpis stomachum eius ⁊ fortassis inducis excoriationē ⁊ tenasmonē in suis intestinis. Et si tu facis eum assuescere acetosis habētibꝰ stipticitatē: nō ē possibile quin augeas oppilatiōes si adsint in suo epate: ⁊ in poris ⁊ nō humectāt etiā cum hoc: q2 res acetose stiptice desiccāt ⁊ nō humectant: sed res insipide ⁊ maxime habētes grossitiē substātie cū aliqua dulcedine sicut melō dictus: ipse em̄ humectat ⁊ infrigidat cōplexionē: ⁊ generat in epate sanguinē aquosuz q̇ rectificat malitiā sanguinis cholerici q̇ ē in venis quādo miscetur cū eo. Et subdit post ꝙ iste melon frigidior sit alijs speciebꝰ melonū ⁊ tardioris immutationis in stomacho ⁊c. Ex quibꝰ apparet clarissime ꝙ plꝰ pro medicina q̄3 ꝓ cibo batecha sit vtēda ⁊ a cholericis precipue: et ante oēm cibū: dicēte Gal. in li. de dissolutione cōtinua. de his q̄ velociter corrūpūtur in stomacho: est batecha. q̄ si cito nō descēderit ď stomacho: ⁊ obuiet humoribꝰ malis cito corrūpitur. ⁊ debet comedi an̄ cibū ammouēda de stomacho ꝓpter velocitatē descensionis eiꝰ ⁊ lubricitatis viarū in eo q̇ comedit ipsam: nā quādo comeditur post cibū: corrūpitur ꝓpter remanētiā eiꝰ in stomacho: ⁊ relinq̇t corruptū cibū corruptiōe eiꝰ: ⁊ qn̄ totaliter corrūpitur qď frequēter euenit ē sicut venenū perniciosum. hec ipse. Quare ⁊c.

Capitulū. clxxix. ostendit naturam ꝓprietates ⁊ iuuamēta capparorū in via nutrimenti.

Capparis scꝫ diuersas suiptes ad medicinā venit: quoniā folijs quādoq3 ⁊ radicibꝰ fructibꝰ ⁊ corticibꝰ ipsiꝰ aliquādo vtitur. De fructibꝰ aūt hoc i loco solummō dicemꝰ q̇ saliti ad nos deferūtur: ⁊ eos cū aceto p̄paratos an̄ cibū accipimꝰ. Dicamꝰ ergo de ipsis cum Auicen. in secundo canonis. cap. cxlij. ꝙ natura eius sit calida et sicca in secundo et est resolutiua apitiua et abstersiua ⁊ nutrimentū fructus eius est paruum precipue cum salitur. Et qď ex ea est humidū: est magis nutritiuum

q̄3 quod

q̄ quod siccū est. Quod tñ ex ea salitum est confert patientib⁹ asma et est magis conferēs spleni et duritiei eius bibita et more emplastri superposita: et multotiens euacuat ex splene materiam grossam melancholicā et succedit ei sanitas qm̄ solutione educit humorē crudū grossum et ꝓuocat mēstrua et interficit serpentes et vermes in intestinis: et confert emoroidib⁹: et augmentat coitū: et qd̄ ex ea salitū est ante cibum sumptū soluit. hec ipse inter alia. Que ēt sensit Auerrois in .v. colliget dicens. Capparis calidus est in secundo et siccus in tertio qr compositus est ex substantia terrestri et frigida et terrestri adusta ignea et subtili: et significat hoc amaritudo dominans et post hoc h₃ proprietatem contra vitia splenis. Et propterea qr illd̄ qd̄ facit exire cum stercore est sanguineum et tūc remouet dolorē splenis: et hoc idē facit in aliis humorib⁹ grossis: qr educit eos per vrinā et ꝓuocat menstrua etc. hoc idē voluit Isaac in particularib⁹ dietis. c. proprio dicēs. Cappares calidi sunt et sicci in secundo quod eorū testatur amaritudo pōticitas et acumē. Idcirco incidunt dissoluūt et mundificant stomachū a superfluis et menstrua prouocant q̄ vtiliores sunt ad medicinā q̄ s̄m cibum qr illaudabilis sunt nutrimenti vtpote cholerici nigriq₃ sanguinis generatiui: neruos stomachi percutiunt: vñ elixos oportet eos manducare ablata ab eis aqua ꝯditos cū aceto et oleo etc. Rasis quoq₃ in tertio Almansoris c. xix. sic de eis inquit. Oīa que aceto condiunt̄ multā ex ipso acquirūt subtilitatem: epar quoq₃ infrigidāt. Capparis ideo que cū aceto condit̄ min⁹ calida est ea que in salmuria ponitur oppilationi quoq₃ epatis: ac splenis congruit. Et in libro .xxiij. cōtinentis c. dclxiiij. dixit. Capparis cu₃ proprietate sua extrahit vermes cucurbitinos et autoritate Diascoridis ait. est malus stomacho et lenit ventrē et sitī₃ infert cuius fructus si per. xxx. dies bibitur quolibet die i q̄titate tertia ter tū̄ cum vino dissoluit apostema splenis et ꝓuocat vrinam etc. Et post multa dixit auctoritate Gal. in libro nutrimenti. q vires capparis sunt fortes valde et tenues: ideo nutrimentu₃ ipsius est modicū admodū rerum subtilium et añq̄ saliantur sunt abundantis nutrimenti et qñ saliunt̄ si comedūtur post ipsoru₃ lotionem nutrimenti sunt modici valde: sed conueniūt ad excitandū appetitū remissu₃ cibi et ad acuendum ipsum in stomacho: et ad abstergendum ventrē de phlegmate et ad emittendū ipsum per egestu₃: et ad aperiendū id qd̄ fuerit in epate et splene de oppilationibus et ad illud mundificandū: sed debēt cōfici in tali cura cū aceto et melle aut cu₃ aceto et modico oleo et ante cibu₃. Deinde dixit circa finē preallegati capituli autoritate Bimmasui. capparis corrobo rat stomachum et appetitū cibi si cōditus fuerit cū aceto: tñ non conditū cum aceto nocet stomacho: desicat ipsum: sitim infert: s₃ abstergit id quod in eo fuerit de phlegmate: aperit oppilationes in epate et splene prouocat menstrua et confert doloribus ancharū. Qui oēs a Ga. vident̄ accepisse in lib. de dissolutione continua sic dicēte. Cappares cū aceto et melle qñ comeduntur ante cibum abstergunt et mundificant stomachum et intestina et aperiunt oppilationes etc. Et in secūdo alimentorum. c. xxxij. Uirtus capparis est subtilium partiū sufficiēter. Et ꝑpter hoc nutrimentū minimum tribuit in corpus assumentium ipsum sicut et alia omnia quecunq₃ subtiliu₃ partium. Utimur autē₃ pro medicina magis qua₃ pro alimento fructu plāte huius: qua de re ipsis nō sepius est vtendum.

¶ Cap.clxxx.oſtẽdit naturã proprietates ⁊ maliciã nutrimenti citrullorum ⁊ cucumerum.

Citrulli ſunt ſpẽs cucumerũ. idõ de ipſis ſimul cũ cucumere dicemꝰ: et primo cũ Serapione autoritate Gal. ſic ſcribente. Citrullus frigidior eſt cucumere: ⁊ generat chimũ viſcoſum ⁊ humores crudos in venis ⁊ accidunt ex eſu eius febres antique male: neq; prouocat vrinã ſicut melon: ⁊ nocet ſtomacho. Quare opꝫ qui vult vti eis vt vtat̃ ameos niſi ſtomachus eius ſit valde calidus. Et ſubiũxit de mẽte habix ꝙ aque citrulli ⁊ cucumeris cõferant inflãmationi febriũ: ⁊ ſedat ſitim ⁊ laxat ventrẽ laxatione bona ſine nocumẽto aliquo. ⁊ dꝫ bulliri cũ zuccaro albo ⁊c. Rabi moyſes vero dixit de citrullo: ꝙ cũ eiꝰ digeſtio tardatur: generat humores venenoſos. Iſaac etiã in particularibꝰ dietis de eis inquit ꝙ frigidiores ſunt ⁊ grauiores cucumeribꝰ: frigiditas eñ eoꝝ eſt in fine tertij gradꝰ: ꝓinde groſſuꝫ generãt phlegma: ⁊ neruoſitati ſtomachi magis nocẽt cucumeribꝰ. Rurſus propter ſuã duritiẽ et frigiditatẽ ſunt groſſorũ humorũ ⁊ ſuperfluorũ generatiui. Quod certificat̃: qr citrulli morã in ſtomacho faciẽtes corruptioneꝫ ⁊ venenoſos humores faciũt. Citrulli ergo magis ſtomacho nocẽt cucumeribus: cucumeres aũt: vt inqͭt Auerrois in. v. colliget. c. de oleribꝰ ſunt frigidiores ⁊ minus humidi: ⁊ minꝰ prouocant vrinã melonibꝰ: ſed non corrũpunt̃ ita cito ſicut melones. Sed Auicẽ. in. ij. cañ. c. clxxx. ſcribẽs de eis ait. Cucumer eſt frigidꝰ ⁊ humidꝰ ad ſecundũ cuius hec ſunt operationes: qr ſedat caliditatẽ ⁊ cholerã: ſed eiꝰ chimus eſt malus preparatus ad putrefactionẽ ⁊ ad febres prauas. Citrullꝰ vero lõgioris eſt digeſtionis et diſcurrit in venis crudus: ⁊ generat febres chronicas cuius quidẽ nocumẽtũ expellit ameos a vehemẽtia inflationis ſtomachi. Et infra ſubdit: ꝙ raro digeratur bene. Iſaac quoq; in particularibus dietis inquit. Cucumeres frigidi ſunt ⁊ humidi i ſcđo gradu groſſi ſunt ⁊ duri ad digerendũ ⁊ tarde a ſtomacho deſcẽdunt: ſtomacho ſunt nociui: et neruoſitatẽ eius percutiũt: qr ſi cibũ in ſtomacho aliqñ̃ inuenerint: cũ ſui frigiditate eũ ſeruant crudũ: nec ſinũt a ſtomacho diſſolui: ſed tamẽ minus ſtomacho nocẽt ꝙ̃ melones: qr cucumeres digeſtiue inobediẽtes virtuti. faciũt in ſtomacho laborẽ. Melones vero ſtomachi ſubſtãtiã molliunt: ⁊ conuertunt̃ in venenoſos humores quibꝰ ſtomachus percutit̃. Sed tñ ſi melones bene digerant̃: meliorẽ ꝙ̃ cucumeres generãt chimũ: qr cucumeris groſſus eſt chimus phlegmati vitreo vicinus. Unde hippocrates. Cucumeres ſũt groſſi ⁊ difficiles ad digerẽdũ ⁊ magis ꝙ̃ melones vrinam prouocãt: ⁊ ventrẽ humectãt. Et hoc eſt id qđ ſenſit Gal. in. ij. alimẽtorũ. c. v. di. Cucumeres vrinatiuã habẽt virtutẽ ſicut pepones: ſed minus illis eo ꝙ ſubſtãtia ipſorũ minus humida ſit. Et ꝓpter hoc etiã neq; corrũpunt̃ facile in vẽtre ſicut pepones. ⁊ in lib. de euchimia ⁊ cachochimia. c. v. di. Citrulli melones ⁊ melopopões ſunt fructꝰ quorũ nullus eſt euchimꝰ. Si aũt hec nõ cito ſubeũt corrũpunt̃ ſcđm ventrẽ in eũ qui fit ex eoꝝ corruptione humorẽ: ⁊ propinquũ mortiferis pharmacis operant̃. Raſis vero in iij. Almãſoris. c. xx. de ipſis hec tãtũmodo ſcripſit. Cucumeres et citrulli frigidi ſunt qui ⁊ ſitim auferũt: ⁊ ſtomachũ infrigidãt atq; vrinam prouocant. Et in. xxiij. cõtinẽtis. c. dcxj. dixit autoritate Ruffi in li. regiminis de cucumere hortenſi. ꝙ ſubſtãtia melonũ

est tenuior: sed substantia immatura melonis est grossior et hz in se vires abstersiuas ꝛ incisiuas: ꝛ ideo prouocat vrinā ꝛc. Et infra autoritate Bimmasui sic ait. Cucumeres ꝛ citrulli sūt frigidi ꝛ humidi in fine scdi gradus: sed peior ipsorū est citrull⁹: qr generat in stomacho phlegma viscosum: ꝛ procedit de eo ad venas humor crudus: ex quo quotiēs abūdat fiunt febres chronice: ꝛ nō prouocāt vrinā ad modū melonis: ꝛ velociter corrūpunt in stomacho: ꝛ comedēs ipsos affluēter dz vti amcos ita tñ q ipsi⁹ stomachus nō sit inflāmatus ꝛ qui patitur sincopim ex caliditate: olfatio citrullorū est cōueniens cū ꝓprietate ipsorū. Quare cōcludamus cū eodē Rasi in quarto suorū aphorismorū sic scribēte. Cucumer frigid⁹ bonus stomacho .s. calido: ꝛ meliores sunt saraceni ci q̄ gallici proprietatē habent remouendi cholerā. Et ideo pro medicinis eis vtamur.

¶ Cap. clxxxi. ostēdit naturas ꝓprietates ꝛ iuuamēta cucurbite in via solūmodo nutrimenti.

Auerrois in .v. colliget. c. de herbis ꝛ olerib⁹ sic scripsit. Cucurbite: q̄ in arabico dicuntur hula: sunt frigide ꝛ humide aquose: ꝛ talē humorē generāt. ꝛ dicit q sunt apte recipere corruptionē in stomacho et habēt malā alteratiōnē: sicut fit in reb⁹ humidis nō habētib⁹ stipticitatē terrestreitatē nec pōticitatē: qr sunt solū aq̄ ꝛ assimilam⁹ ea morus: nec cucurbite isti⁹ regionis sunt tales: sed dure digestionis ꝛ grossioris nature: ita q nō pñt rectificari nisi cū multa decoctiōe ꝛ cū hoc sunt multū mali chimi: ꝛ adhuc infrigidāt et humectāt eo q nō habēt virtutē cito exeūdi cū nullā habeāt abstersionē. Qd nō min⁹ sensit hali. in .v. theo. c. xviij. Et princeps Aui. i. ij. cañ. c. clxxix. dixit. Cucurbita est frigida ꝛ humida in .ij. ꝛ illa q̄ est elixata nutrit aliquātulū: ꝛ est velocis descēsiōis si nō corrūpit ante digestionē propter cām aliquā: ꝛ nō generat ex ea humor malus. Sed si corrūpit in stomacho ꝛ miscet ei humor mal⁹: est tarde cōsistētie sicut reliqui fruct⁹ ꝛ humor q̄ ex ea generat est insipid⁹: nisi dñet ei aliqd qd sibi sit cōmixtū. nam si cū citonijs cōmiscet humor ei⁹ est illaudabilis ꝛ subdit. Uerū nocumētū qd ipsa affert colon duplicat: de proprietate quidē eius est q generat ex ea nutrimētū homogeneū ꝛ qd ipsi associatur. nā si comedat cū sinapi. generatur ex ea humor mal⁹ stipticus acris ꝛ si cū sale generat ex ea humor salsus. ꝛ si cū stipticis generat ex ea humor stiptic⁹ ꝛ est oīno nociua quibus dñatur melācholica ꝛ phlegma ꝛ bona cholericis. Uerūtñ nocumētū qd affert colon maximū est: et in fine eiusdē capituli iterū dixit Ipsa vehemēter nocet intestinis ꝛ colon ꝓprie. ꝛ propter hāc cām colirici: ꝛ q̄cūq alij qui colicā pati consueuerūt: ei nō approximēt. Isaac quoq in particularibus dietis sic inquit de ea. Cucurbita frigida est et humida in scdo gradu: phlegmaticū generat chimū: proide cholerice nature cōuenit ecōtra vero frigidis nocet: ꝛ cholericis melior est q̄ sanguineis: qr ei⁹ humiditas stomacho humectat: ꝛ sitim cholericorū humorū extinguit: similiter debemus eā intelligere esse nociuā phlegmaticis plusq̄ melācholicis. Que q̄dē melior est cholerico si hoc modo det: coquat in coctaneis ꝛ succo maligranati aut vue agrestis: aut cū succo malorū citrinorū: aut cū oleo amigdaleo: aut oleo: onfacino condiatur. Phlegmaticis vero sic datur elixa in aqua ꝛ ab aqua expressa cum sinapi pipere et apio et menta: vtilius datur cum

eorum' caliditate temperet: ⁊ tūc chi-
mum generat calidū ⁊c. Raſis vero in
iij. Almanſoris. c. xviij. inquit de ipſa.
Cucurbita frigida eſt ⁊ humida: que
ſtomacho mala exiſtens appetitum
deſtruit: ſitim quoqꝫ ſedat: ⁊ epatis a
ſtomachi ardorē extinguit ſi in eis qn̄
abūdat calor. ⁊ in. iiij. lib. ſuorū apho
riſmorū inquit. Et ſi ex cucurbitis ni-
mis comedat tenaſmū generat: ſed ſi
aceto ⁊ alijs preparetur melioratur.
⁊ in. xxiiij. continentis. c. dcx. dicit auto
ritate Gal. in. vij. Si comeditur cucur
bita generat humectationem in ſto-
macho: ⁊ incidit ſitim. ⁊ dixit in libro
nutrimenti Cucurbita cruda horribi-
lis eſt: ⁊ eius nocumentum in ſtoma-
cho eſt magnū ⁊ vidi quendā come-
dentem ipſam ⁊ ſentientē in ſuo ſto-
macho ponderoſitatē ⁊ frigiditatem
⁊ paſſus nauſeam inde ⁊ vomitum: ⁊
nullum medicamē confert huic vitio:
ſicut vomitus. Sed elixa cū humidi-
tate nutrit. ideo nutrimentū eius eſt
modicū ad modū omniū ciboꝝ q̄ ge
nerant humorē aqueū ⁊ tenuem ⁊ de
ſcēſio eius de ſtomacho cito fit ex hu
miditate de qua diximus ⁊ ex lubrica
tione plana que eſt in ea. Sed qn̄ di-
geritur humor eius: non eſt malus ni
ſi p̄cedat eū corruptio ante digeſtio-
nem ipſius: ⁊ corruptio accidit ei aut
artificialiter: aut ex humore malo in
ſtomacho: ſꝫ ex tarditate eius in ſto-
macho fit corruptio ſicut de omnib⁹
alijs fructibus humidis ſi tardant in
ſtomacho ⁊ non deſcendūt cito ſola:
ex ea generat humor crudus: ⁊ ſi cuꝫ
alio generat exinde humor iuxta ſa-
porem illius rei cū quo componitur:
q: alteratur ⁊ aſſimilat ei: ⁊ ſi come-
datur cū ſinapi gn̄atur exinde humor
acutus cum caliditate manifeſta: ⁊ ſi
comeditur cum ſalito gn̄atur humor
ſalſus. ⁊ ſi cū rebus ſtipticis gn̄atur
inde humor ſtipticus. Et dixit etiam
vbi de moris locutus eſt: ꝙ cucurbita
licet minoris nocumenti ſit q̄ꝫ alij fru
ctus eſtiui: quotiens nō deſcendit de
ſtomacho velociter corrūpitur ita ma
leqꝫ exprimi non pōt. Uerba aūt Ga.
vt in noſtra tranſlatiōe habemus in
lib. de euchimia. c. v. hec ſunt. Cucur-
bita inculpabilis eſt ſola horarioꝝ
fructuū: ſed ſi ipſa corrumpat in ven-
tre cachochimia ſatis fit ſicut ⁊ mora
quare pro omnibus minime videt cō
mendanda ⁊c.

¶ Cap. clxxxij. oſtendit naturam
nocumenta ⁊ pernicioſa pericula
ex fungorū comeſtione prouenien-
tia: ⁊ qui eligendi ſint: ⁊ quomodo
preparandi ⁊c.

Licet fungi in nume-
ro radicū a Gal. repo
nant in lib. de ſubti-
liante dieta. c. ix. vbi
dixit: ꝙ oim̄ radicum
eſibilium peſſimi ſint
fungi: quāobrē cū fructib⁹ oleꝝ mini
me forēt reponēdi. q: tā poti⁹ terre fru
ctus q̄ꝫ radices nobis eſſe videnť: iō
de ipſis hoc in loco exiſtimauim⁹ ſcri
bendum: cū plus etiā his q̄ꝫ alijs fru
ctibus aſſimilent: ⁊ ei⁹ nature appro
pinquēt. Dicamus ergo de eis ꝙ q:
peſſimi ſunt. vt Ga. ait vbi ſupra: ⁊ ad
comedendum valde periculoſi. teſte
eodem in li. de euchimia. c. j. ſic dicen
te. Uidi deniqꝫ quoſdā quidē propter
fungoꝝ eſum mori quoſdā vero ꝓpter
conij vel ferulaꝝ: paucos vero ex eis
vix ſaluari: iō dimittendi ſunt potius
q̄ꝫ aſſumendi vt eoꝝ nocumenta ne-
quaq̄ꝫ percipiamus. Quoꝝ cā euidēs
eſt ex his q̄ ſcripſit ipſe ēt loco allega
to: lꝫ poſt multa cū inq̄t. Oim̄ autem
edulioꝝ fungi hn̄t frigidiſſimū ⁊ vi-
ſcoſum ſimul ⁊ groſſum chimū: inter
quos aboletis ſolū nullus notat mo-
ri: colicā tn̄ ⁊ hi q̄buſdā attulerūt nō
digeſti. Ab alioꝝ vero fungoꝝ eſu: q̄
dam: quidē mortui ſunt: quidā vero

venerũt prope mortē diarijs aut coli- ricis oblati: aut suffocati periclitãtes. A quo sumpsit Aui.i.ij.cañ.c.cclxxv. dicēs. Fungi frigidi sunt in fine tertij grad⁹: et humidi in pricipio ei⁹: et ideo generãt humorē grossuz malũ: et corr rectificatio est vt elixent: et ponant cũ eis pira humida et sicca: et ozimũ mon tanũ: et bibatur sup ipsos vinũ purũ.s. gratia rectificatiõis et nõ alimēti: qm̃ vt in.iij.j.dixerat. Sup cibũ mali chi- mi vinũ non est bibendũ: q2 facit ma lum chimũ in extrema corporis pene trare. Deinde prosequit eos detestã- do dicēs. Fungi generãt stuporem et apoplexiã. Et accidit ex illis qui non interficiũt prefocatio et proprie interfi cientib⁹: et accidit etiã ex illis qui non interficiũt colirica passio qñ multipli- cãtur: et sunt difficilis digestiõis. et ma li nutrimēti: et faciũt possidere difficul tatē vrine. et subdit de eis. Sũt q̃ sunt mortiferi: et sunt illi q̃ nascunt invicini tate ferri eruginosi et rerũ putridarũ aliarũ. aut in ppinquitate mãsionis reptiliũ venenosorũ: aut apud aliquã arborē quarũ propriũ est vt corrũpat fundos q̃ apud eas nascunt sicut oli- ue: et de signis quidē eorũ est q super eos humiditas viscosa putrefacta pci pitur: et cito aduenit eis alteratio et pu trefactio et prouenit ex ipsis cõstrictio anhelitus et sincopis: cura eorũ est cũ incisiuis et oximelle cũ calamēto etc. et qñq3 interficiũt statim et ppterea dixit Rasis in.iij. Almãsoris. c. xviij. fungi tuberib⁹ sunt valde deteriores: quorr quidã hominē strangulant atq3 occi- dunt. Qui aũt ex illis homini existũt in corpe viscosum generãt phlegma. Et rõ est: q2 vt scripsit Isaac in.v.d.c. xxviij. autoritate Galie. fundi in terra sicca nati sunt et pluuiali aqua enutri ta. in terra itaq3 molli nascunt et aqua quieta putrida nutriunt. vnde Gal e. Oia inquit nascentia in sapore vel in acumine nõ apparētia vl' aliquo alio sapore naturaliter sunt ceteris peiora sicut fungi qui sunt peiores ppter ter re malignitatē et corruptionē humo- rum quib⁹ nutriuntur. Sunt ergo pes simi: et maxime si iuxta oliuã nati fue rint: quia oliua grossitiē et viscositatē dat ei s. et in.p.d. similiter ait. Fungi frigidi sunt et humidi in tertio gradu quod mollitie suiq3 humiditate testi- ficãtur. Mortiferi grossam habent vē tositatē: et humiditatē viscosam dige stioni inobediētes: vnde illaudabiles sunt: vt pote tumorosi: ideo bonũ est vt oino fugiant. Immortiferos vero comedere volentes eorũq3 nocumen- tũ nõ timētes: elixēt atq3 piris aut ca- lamēto misceãtur. Quarũ iure expres so in alia aqua recoquãtur: et cũ pipe- re: earui: zinzibere: calamēto: origa- no: et similib⁹ condiãtur et esui tribuã- tur: et in fine merũ vetus potetur. Et qui frigidi sunt natura accipiãt in fine eorũ zinziber conditũ: diaciminũ dia- trium pipereon: tiriacã: mithridatũ: et hmõi. Rasis quoq3 in.xxij. continētis. c.dlxxxiiij. dixit de eis autoritate Ga. in lib. nutrimentorũ. Bonus fungus et innocēs frigidi nutrimēti est et q̃ abũ- danter de eo sumit in eo generat hu- morē grossum malũ et plures eius spe cies sunt mortifere: et vidi quēdã pas- sum fuisse de eo strictũ anhelitũ sinco pim et sudorē frigidũ et saluatus est cũ studio cum rebus incisiuis: cũ sirupo aceto et mētastro cocto i eo supasper- sis super eũ spuma et burac: vnde euo muit ipos fungos: qui trãsmutati fue runt ad humorē malum grossum et fri gidum. Nostra aũt translatio preal- legati textus tot et tãta nõ habet: sed id tantũ quod supra circa psentis ca- pituli initiũ adduxim⁹. Ex quib⁹ om- nibus hanc possumus elicere conclu- sionē: q tutissima res sit ob iam dicta fungos dimittere.

Cap. clxxxiij. ostēdit naturã pro

prietates ꝛ nutrimentū tuberum que tartufele dicuntur.

Volētes ordinē alphabeti obseruare nō esset hic de tuberibus scribendū: sed q2 fungis in omnib9 fere suis operationib9 assimilant: ppterea nō videt nobis irrationabile d ipsis imediate scribere post fungorū determinationē: ꝛ vt legētes de eis iuxta positis faciu9 valeāt virtutes ipsorū intelligere. Dicam9 ergo cū Principe nostro in.ij. canonis.c.d. cxcij. sic scribēte. Tubera sunt ex substātia terrea pl9 ꝛ aquea min9: ꝛ i ipis est arietas ꝛ subtilitas pauca: ꝛ sunt priuata sapore: ꝛ meliora eoꝝ sūt arenosa alba in qb9 nō est odor mal9. Et que ex eis sunt sicca deteriora sunt humidis: ꝛ illa qdē q elixant post excoriationē ꝛ scissionē cū cultello cū aqua ꝛ sale: deinde coquunt cū oleo ꝛ almuri: ꝛ speciebꝰ cōdiētib9 sūt meliora. Et deteriora eoꝝ genera sunt fungi: ꝛ ꝓprie cū nascunt sub arborib9 ꝛ in terra mala sunt grossa valdē: ꝛ prebēt nutrimētuz grossuz melancholicū: ꝛ nō appropinquat eis in hoc aliqd. Et eorū quidē tyriaca ē vinuz puruz: ꝛ species cōdientes assumere. Et si elixētur deinde coquant: ꝛ cuz eis cōdiant. generat ex eis nutrimētuz grossum nō maluz: verūtamē saporē nō habēt: ꝛ timetur ex eis paralysis ꝛ apoplexia: sunt tarde digestiōis ipedictia ꝛ grauātia stomachū: ꝛ sunt grossi chimi. Et subdit q Gal. in quodā loco ait. q nō sint mali chimi: faciūt tñ incurrere colicaz ꝛ difficultatē vrine. Ego autē inueni Gal. in li. de euchimia de ipsis sic scribentē. Moderate autē est pachichimuz ꝛ vocatur iduū .i. trifula: nō tñ ē cachochimū. hec est series verboꝝ eius put in nostra habem9 trāslatione que nihil de colica facit mētionē: attamē credendum est principi: cū rō dicti sui sit in ꝓmptu. etiā p verba Gal. in libro de subtiliante dieta.c.ix. sic dicentis. Quid aūt oporteat dicere de oleribus quorū nō solū radices: sed etiā ꝓductiones ꝛ folia phlegmaticū generant humorē: sunt autē de hoc genere trifule: attamē quecūq3 in arena ꝛ minus humida cōsistūt terra: deficiūt a malicia fungorū ꝛc. Generādo aūt phlegmaticū humorē ꝛ colicā facile poterunt causare: vt ei recte imposuit Auicē. Qd similiter cōfirmatur p Rasim in.iij. Almāsoris.c.xviij. sic dicētē. Tubera frigida sunt ꝛ grossa: phelgma quoq3 generāt crudū: que aūt ex eis ruborē habēt mala existūt: quorū multa comestio colicā generat: nec ēt absq3 calidis sūt edēda ꝯdimētis: fungi tñ tuberib9 valde sunt deteriores. Et in.xxiij. cōtinētis.c.cccccclvj. idē dixit autoritate Galie. Bimmasui Cum ꝛ reliquoꝝ pluriū antiquoꝝ: quoꝝ dicta eadē sūt cū supiorib9: ꝛ iō ob tediosā ꝓlixitatē ea nō adducem9: id tñ nō ꝑtermittam9. qd ipe Rasis inqt i.xxv. li. eiusdē.c.j. de tuberū ꝑparatione verbis istis. Si elixa fuerint in aqua: sale ꝛ origano: aut in oleo ꝛ ossa fetida annihilabit id qd generādu3 est de eis i stomacho de phlegmate viscoso: ꝛ similis cōditio debet fieri in fungis. q si inuenit post comestionē ipsorū ponderositas: debes bibere de vino simplici: aut de aqua mellis: aut de tyriaca dragmā vnā: ꝛ ea ꝑpter hmōi res a nobilissimis viris: quibus precipue hūc nostrū librū scripsim9: minime debent mādurcari: eo q eoꝝ cōplexiones sunt vt plurimuz delicate: ꝛ stomachi ipsorū debiles tubera fungos ꝛ talia grossa bene digerere nō valentes. quare fugiant ipsa.

¶ Cap. clxxxiij. ostēdit naturā melonū ꝛ ꝓprietates eoꝝ in via nutrimenti: declarando qui eoꝝ deteriores: ꝛ q nouici minus existant.

Melões dicti a Gal. in. ij. de alimẽtis. c. iiij. melopopones inter reliquos oleruz gratiores habentur: quorũ due sunt species. Aliqui em̃ oblõgi qui ꝓprie melopopões dicunt a Gal. vbi supra. Quidã vo alij rotũdiores sunt ⁊ dulciores: q̃ pepões ab eo ⁊ ab oibus nuncupant. Ideo dicam⁹ de natura ⁊ ꝓprietatib⁹ vtriusq̃. ⁊ primo cum Auerroi in. v. colliget. sic de herbis ⁊ olerib⁹ dicẽte. Melones sunt frigidi multe humiditatis: ⁊ habent abstersionẽ. ⁊ prouocãt. vrinã: ita ꝙ dicitur ꝙ q̃ vtitur multũ brodio eoruz est cautus ab egritudine arenarũ. halia bas autem in. v. theorice. c. xviij. sic de ipsis ait. Melõ frigidus est ⁊ humid⁹ in scdo gradu: cito a stomacho descendit: vrinã prouocat: ⁊ post pauca subiunxit. Celeris em̃ est corruptionis in stomacho celerisq̃ alterationis in ea que in stomacho iuenit. ⁊ ait Gal. ꝙ si in stomacho corrupt⁹ fuerit veneno primuz est hec ipse. hoc etiam sensit Auicẽ: in. ij. canonis. c. de batheca: cuz sic ait. Melõ est melioris humoris q̃ batecha: ⁊ ei⁹ caro est digestiua abstersiua ⁊ ꝓprie eius semẽ. ⁊ matura ⁊ immatura ambe sunt abstersiue. et cõuertit eius caro ad quẽcũq̃ humorẽ in stomacho inuenit: ⁊ est ad phlegma vehemẽtius decliuis q̃ sit ad cholerã ⁊ q̃ ad melãcholiam: ⁊ non cõuertitur velociter: id est nõ cito digerit. Et ꝙ ita intelligẽdus ⁊ exponẽd⁹ sit: patet per ipsuz dicentẽ infra. Melo est tarde digestionis nisi quãdo comeditur cũ eo qḋ est interius eius. ⁊ ipsius quidẽ nutrimẽtuz est rect⁹ ⁊ ei⁹ humor est cõueniẽtior: oportet preterea vt cibuz nõ sequat aliuz: ⁊ demuz circa finẽ capituli dixit. Et melo q̃dez est minoris ꝓuocatiõis q̃ batecha: et ẽ magis abstersiu⁹. ⁊ velociores descẽsiõis pcipue q̃ ẽ mellis id ẽ dulcis valde cũ aũt corrũpitur in stomacho cõuertitur ad naturã venenosam: oportet ergo vt cũ grauat extrahatur velociter. Ez dulcius de ipsis scripsit Isaac in particularibus. d. dicẽs. Melones estiui duob⁹ modis sunt rotundi et lõgi. vterq̃ vero frigidus est ⁊ humid⁹ in medio scdi gradus: rotundi vero viscosiores ⁊ grossiores sunt. Causa em̃ rotunditatis est hec: liquor eoruz q̄ viscosus est ⁊ grossus natãdo in superficie diuidit se circa latera. Lõgorum vero liquor q̄ subtilis est ⁊ aquosus: effluit ⁊ discurrit inferius: idcirco ipi elõgãt ꝙ testificat i hmõi rõne Sapor em̃ rotũdi aliquãtulũ dulcedini vicinatur: lõgi vero sapor quasi aqua est sapide dulcisq̃ rei grossitudo ⁊ viscositas dominat: vnde longus minus nocibilis est parumq̃ colatiu⁹ mũdificatiu⁹. rotundus autẽ nocibilior et magis colatiu⁹ ⁊ vrine prouocatiu⁹ arenã ⁊ lapidẽ a renibus ⁊ vesica expellit. qḋ ei⁹ saporsitas: testatur. videmus enim corpora ab eis fricata ab omni mundari sorditie vtriq̃ tamen ad corruptionem parati sunt. Mutantur etiam in humorum qualitatem in stomacho existentium siue cholerici siue phlegmatici sint. Idcirco stomacho nocent eiusq̃ neruos mollificant: eiusq̃ lubricitatez prestant. Qḋ si cibum in stomacho inuenerint: miscentur cum eo ⁊ causa lubricitatis cibus egreditur prius q̃ coquatur: in intestinis etiam rugitum ⁊ inflationem ventositatẽq̃ faciunt: ⁊ nonnumq̃ vomitum ⁊ abominationem: ideo q̃ manducentur ante omnem cibum stomacho ab humoribus inanito: nec alius accipiatur cibus quousque ipsi videantur esse Digesti. Si sic enim accipiantur digestioni obediunt: ⁊ bonis chimis assimilantur: licet eorum conuersio phlegmatica sit quibus econtra datis frigidi et pessimi ex eis generantur humores. fiũt

q causa malarū generandarū febriū maxime cholericis & calidis naturaliter: quod fit obsue velocitatē cōuersionis & mutationē sui in cholericū humorē: sed vt nocumētū eorū auferat: dentur in fine eorū oxiacara: maratrū mastix: phlegmaticae cōplexionis homines accipiant oximel zinziber conditū aut diacimінū & parū bibant vinū. Cōcludamus ergo cum Auicē. in xiiij. tertij. c. xx. sic dicente. Nō est malum pro epate calido sumere melōes duros parue dulcedinis. Uerumtamē qui colicā pati cōsueuerūt ab eo abstineant: quōniam vt idē ait in. xvj. eiusdē trac. iiij. c. xxviij. Melon dulcis ante cibū in dispositione sanitatis est nociuus plurimis colicarū. Melon etiā dulcis propter vehementiā sue prouocationis producit ad igrossationē sanguinis: teste eodē in prima quarti trac. secundo. c. lxv. & ideo confert cholericis. Hoc quoque sensit Gal. in secundo de alimentis cū dixit. Natura peponū est frigidior cū humiditate sua copiosa & abstersiuum aliquid habēt propter qd & mouent vrinas: & secedunt stercus magis cucurbitis & cetera. Deinde subdit. Pepones parum operantur chimū in corpore. & magis quando nō bene digeruntur: & cholericos facere cōsueuerunt & corrumpi & ad vomitū idonei & amplius comestū sup ipm aliqd euchimorū edulior. Et pp̄terea ipse iterū dicebat in lib. de euchimia. c. v. Citrulli melones & melopepōes sunt fructus: quorū nullus est euchimus: & si nō cito subeunt corrūpunt scdm vētrē in eū qui fit ex eorū corruptione humorē & propinquū mortiferis pharmāticis operant. A quo Rasis in. iij. Almansoris accepit. c. xx. dicens. Melones dulces velociter in cholerā conuertunt rubeā. alij vero sitim sedant & humectant: atque vrinā prouocant. quibus si quis in comestione multū vsus fuerit: colericā patietur passionē. & propterea dixit in. xxv. cōtinētis. c. j. Post comestionē melonū sumere debes de thubere et zizibere. & si fuerit calide cōplexionis: post comestionē ipsorū sumere debet in potu de sirupo aceto so. Procurandum est itaque vt tāta ex eorū quātitas assumatur quod digeri possit & cito subire: ne i stomacho corrumpātur: obseruādo que de mente Isaac & aliorū supra diximus. De melongia vero quā nō vtimur. & quia ab oībus antiquis est reprobata: nō scribemus: sz ipsam tanque inutilē & fugiēdam & re ipsa et pertactione relinquamus.

¶ Capi. clxxxv. icipit ptractare de fructibus arborū: declarando quibus naturis humidi siue recētes: & quibus cōplexionibus sicci fructus conueniant.

Postque de fructibus olerū vt pmiseramus sermonē cōpleuimus: reliquū est vt de fructibus arborū in presentiarū agamus consuetū ordinē alphabeti obseruando: vt sine querendi labore determinatio. & capitulū vniuscuiusque fructus facile inueniat: nō aliter de humidis & de siccis sepatum faciētes sermonē: sz de ipsis iuxta eorū initia & put cōtingerit: loquemur: hoc tm̄ prenotantes q sicut humidi fructus phlegmaticas habētibus cōplexiōes incōuenientiores sint que cholericis: sic & sicci ecōtrario. Et idē de stomacho pariter est intelligēdum. Qui enim stomachū frigidū & humidū hn̄t: non tm̄ a siccis que tū ab humidis fructibus ledunt. Cuius rō hec est: qr frigidi fructus & humidi vt oēs ferme recētes existūt: vt de melonibus diximus: frigidum stomachū & humidū itrātes: & eū phlegmaticis humoribus repletū inueniētes: cōuertunt in cōsimilē eorū naturā

scz in frigidos ⁊ humidos humores: cũ in habẽtib⁹ symbolũ facilior sit trãsit⁹: vt dixit Aristo. in libro de generatione ⁊ corruptiõe. ⁊ Auicẽ. in. ij. j. c. de signis cõplexionũ cũ sic iqt. Cõuersio ĩ genere ꝓportionali est facilior cõuersione ad cõtrariũ. Sic ⁊ fructus sicci ⁊ hi precipue q̃ vnctuositatẽ habẽt: facile in stomacho calido in fumositatez ⁊ in cholerã permutãtur: ⁊ ideo nõ ita cõueniunt cholericis sicut phlegmaticis. sicut ecõtra de humidis ⁊ recentibus diximus: ꝙ magis cholericis q̃ꝫ aliĳs cõferãt personis. Et ꝙ ita sit: patet per rõnẽ preadductã. Et per autoritatẽ Isaac in. v. d. c. xxv. dicentẽ. Qui furctuũ grossorũ ⁊ siccorũ ⁊ durorũqꝫ corticuz sunt: cortices molles ⁊ teneros habẽtib⁹ peiores sunt. q: duricies ⁊ grossities corticuz substantiã grossam ⁊ terrestrẽ ostendunt ⁊ in stomacho durã digeri ⁊ velociter ad fumositatẽ cõuertibilẽ in stomacho sicce cõplexionis manito: citoqꝫ cõuertitur in putredinẽ ⁊ ventuositatẽ in stomacho frigido maxime ciba pleno. deinđ subdit. Omnis fruct⁹ grossi corticis terrestris nõ caret oleositate ⁊ vnctuositate naturaliter: vnctuositas autẽ ⁊ oleositas ad cõuertendũ in fumositatẽ ⁊ in gñã cholerica sunt procliuia et in putrudinẽ ⁊ in gñã venenosa ⁊ propterea cõcludit deinde. Qui fructuũ cortices habẽt duros ⁊ siccos: peioris sunt nutrimẽti sicut amigdale ⁊ nuces ⁊ nucicule ⁊ similia. ⁊ maxime si sint siluestres: q: sũt sicciores ⁊ ad digerẽdũ duriores: quanto igitur fruct⁹ sicci antiquiores fuerint tãto deteriores existũt. q: continue vnctuosiores fiũt vt de admigdalis nucib⁹ festicis ⁊ huiusmodi est videre: que cũ inueterãtur rancide fiunt ⁊c. et ideo in stomacho calido pessime reputanꝭ sicut fructus frigidi ⁊ humidi in frigido vẽtre sunt suspecti quinimo prohibiti. Qua de re bene ꝑpendat vnusquisqꝫ naturaz suam: ⁊ humidis aut siccis vtatur fructibus scd̃m ꝙ ei magis conueniens fuerit: ne corpus cholera vel phlegmate repleat. Et hec pauca de hac; materia in generali dicta sufficiant particulariora vero iam electo ⁊ abstinẽti medico conseruari relinquimus. Abstinenti inquam propterea ꝙ plures etiã doctissimos nouimus medicine professores: qui tanqꝫ pueri quotidie fructib⁹ in corpꝫ interitũ vtunꝭ ⁊ pessimis ⁊ iã ⁊ in magna quãtitate. Qui pro aliorũ sanitatis cõseruatione idonei minime videntur: eo ꝙ durũ quippe est: vt qui nescit tenere moderamina vite sue: index fiat vite aliene: vt Gregorius summus ⁊ beat⁹; pontifex inqt. quare ⁊ cetera.

¶ Cap. clxxxvj. ostẽdit naturam nutrimẽtũ vtilitates amigdalarum in via cibi.

Amigdale: vt inquit Auerrois in. v. colliget. ⁊ halis bas in. v. Theorice. c. xix. tẽperate sunt in calore et humide suauis saporis ⁊ habẽt multas bonas proprietates: dicitur ꝙ habent augmatare substãtiã cerebri. ⁊ faciunt suauiter dormire: et abstergunt ⁊ mũdificant vias vrine: ⁊ sunt valde conueniẽtes macris. Qđ etiã voluisse videtur Auicẽ. in. ij. cano. c. lviij. cũ dixit. Unctuositas amigdale minor est vnctuositate nucis: cũ tñ in eis fiat vnctuositas plurima cuius causa rancidatur ⁊ est tardioris digestiõis q̃ꝫ nux. deinde subdit. Que dulcis est: equalis est ad humiditatẽ parum declinans: ⁊ amara est sicca in secũdo Et infra subiunxit. Dulcis bonũ ꝓbet nutrimẽtũ. licet paruũ. et comedere amigdalas dulces impinguat ⁊ cõfert ad visum: aperiunt etiã amigdale oppillationes epatis ⁊ splenis ipse nãqꝫ aperiunt oppilationes acci

dentes in extremitatib⁹ venarũ: et cũ comedũtur recentes cũ corticib⁹ suis mundificãt hũiditates stomachi sunt difficilis digestionis ꝛ boni humoris ꝛ pauci nutrimẽti: ꝛ qñ accipiũtur cum zuccaro descendũt velociter. De quib⁹ etiã sic scripsit Isaac in particularib⁹ dictis.c.ꝓprio. Amigdale dulces sunt calide ꝛ humide in medio primi gradus. vñ Gal. habẽt inquit amigdale amaritudinẽ sensui occultã ꝓpter sui saporitatẽ: verũtamẽ amigdalarum amaritudo vetustati accedentiũ palã ostendit. sitq; earũ acutio velut nuces corporꝫ nutritiue: sunt dure tñ ac grosse substantie: digestioni difficiles pro sue vnctuositatis egestate proĩde tarde cholericis assimulant humorib⁹ neq; stomacho sicut nuces sunt nociue. Et post aliqua dixit. Si sufficietenus excorticent esuiq; dẽtur digeri faciles fiunt: maxime si cũ melle aut zuccaro exhibeantur. Amigdale autẽ virides sunt tenuiores ꝛ laudabiliores ꝓpter earũ aquositatẽ: idcirco si in aqua calida vna nocte iaceant excorticate: fiunt in actione viridibus vicine: porro si virides prius ꝙ̃ cortices habeãt. elixent ꝛ edantur: gingiuas cõfortabunt: stomachiq; calorẽ refrigerabũt ꝛc. Rasis quoq; in .iiij. Almansoris.c.xx. dixit. Amigdale dulces in calore sunt tẽperate: que lꝫ lenitatẽ gutturis faciant graues: tñ existunt diuq; in stomacho morantur: verũ ipse nõ solũ oppillationes nõ faciunt: verũetiã oppillationes aperiunt: atq; vrine sedant ardorem: ꝛ cũ zuccaro comeste sperma augmentãt. Et in lib. xxv. continentis.c. ccccccxcij. Archagenisij sic scribentis inquit. Amigdale sunt calide: ꝛ humide: ꝛ humor ipsarũ est laudabilis. et subdit dixit Ruffus in libro regiminis. Amigdale prouocant vrinã: ꝛ cũ difficultate digerũtur. Et postea circa finẽ capituli subiũxit. ꝛ Sindisar inquit ꝙ impinguant: ꝛ augẽt actũ venereũ. similiter inquit Bimmasui. Amigdale dulces calide sunt ꝛ humide in primo ꝛ si comedũtur cum corticibus: conferunt in dolore oris: ꝛ abstergũt quod in pectore fuerit ꝛ pulmone de humiditate ꝛc. Sed sapiens Galien secũdo de alimẽtis cap.xxvij. sic ait. Amigdale totaliter nõ participãt stiptica qualitate: preualet eñi in ipsis abstersiua ꝛ subtiliatiua: ꝓpter quã expurgant viscera: ꝛ ex pulmone ꝛ thorace expuitiones operãtur humorꝫ: dixit deinde ꝙ ad subductionẽ non sunt vtiles. ꝛ ꝙ alimẽtum corpori dant modicuꝫ: quare decipiũtur qui eas plurimũ nutrire existimant: licet alij conuenientes sint.

¶ Cap.clxxxvij. ostendit naturã ꝛ nutrimentum auellanarum cum suis iuuamentis et nocumentis.

Auellane: teste Auer. in v. colliget. in nullo differunt a nucibus: nisi qr non prouocant vomitũ sed Princeps Auicẽ. in ij. canonis.c. xliij. dixit Eius qdẽ.s. auellane terreitas maior est terreitate nucis: et nutribilior nuce qm̃ est magis solida: ꝛ minus vnctuosa: ꝛ tardioris digestionis: cuius natura ꝛ cõplexio decliuis est ad vnctuositatem quãdam ꝛ siccitatẽ paruã: ꝛ generatur ex ea cholera: ꝛ in ipsa est stipticitas maior ꝙ̃ in nuce: ꝛ in ipa etiã est inflatio: ꝛ generat ventositates in ventre inferiori: facit soda: scꝫ dolorez capitis: ꝛ comedit cũ pauco pipere et maturat corizã. ꝛ hyppocratis inquit Auellana in cerebro facit augmẽtum ꝛ si comedit cũ aqua mellis: ꝯfert tussi antique: ꝛ adiuuat ad expuendũ: est tarde digestionis: ꝛ excitat vomitũ: ꝛ est tardioris digestionis ꝙ̃ nux cõfert venenis ꝛ morsibus: ꝛ precipue cũ ficub⁹ ꝛ ruta ꝛc. Que fuit haliabatis sen

tentia in.v.Theo.c.xix.dicētis.Auel-
lana calida est ꝛ sicca terrea parū ha
bēs vnctuositatis:grossamqꝫ hꝫ sub-
stantiā digestionis tarde:vñ ꝛ pluri-
mum nutrit.Aiunt autē medicoꝝ qui
dam:qm̄ si auellana cū aneto añ cibū
sumat̃ nō plurimū fiet comedēti nocu
mentū:deinde a letali potu vel mor-
su reptiliū ꝓderit si cū ficubus come-
datur.A quib⁹ videt̃ accepisse Isaac
in dietis particularib⁹.c.ꝓprio dicēs.
Auellane sunt frigidiores ꝛ pōticiores
ꝙ nuces:earuꝫ enim corpora sunt spis
siora ꝛ solidiora vnctuositate carentia
hac de re plus nucibus sunt nutritiue
tardiores ad digerendū:ꝛ ad descēdē
dum de corpore:inflationem in vētre
generant:maxime si cū interiori corti-
ce accipiātur:que aūt ab interiori corti
ce ablate fuerint: digestibiliores fiēt ꝛ
vtiles antiquam habentibus tussim
precipue si pistate vescātur cū melle.
Quibus etiā cum modico pipere assa-
tis reumatizantibus cito subueniunt.
Que vero in ieiunis assumpte fiunt:
cōtra venenū valēt ꝛc.Hoc ideꝫ sensit
Rasis in.iij.Almansoris.c.xx.dicens.
Auellane nucibus min⁹ sunt calide:
grauioresqꝫ ipsis existunt:q̄ a scorpio-
ne pūctis beneficiū prebēt.Et in li.iiij.
suoꝝ aphorismoꝝ dixit.Nuces ꝛ auel
lane male stomacho ꝛ epati: hūores
malos efficiunt in ieiuno.Oppositum
tñ velle videt̃ Aui.in.ix.tertij. c.xx.cū
ait Passe ficus ꝛ auellane sunt amice
epati ꝛ vltimi iuuamēti.in cui⁹ capitu
li fine dixit.Auellane sunt cōuenietes
oībus epatibus:qm̄ ipse nō sunt vehe
mētis caliditatis:ꝛ sunt aperitiue : et
chimus earum est bonus. Et in.c.xxj.
eiusdē iterū inquit. Passe ꝛ auellane
nō plurimū calefaciūt: ꝛ sunt aperiti-
ue oppillationū:ꝛ sunt boni nutrimen
ti:lꝫ parui:quāuis ipse id minime di-
cat.Et ꝙ ita sit apparet p Gal.in.ij.de
alimētis.c.xxvj.dicentē.Neqꝫ vsus nu
cum neqꝫ auellanarū multū nutrimen
tū dat corpori.Et post aliqua etiā sic
inquit.Digeritur nux magis ꝙ subti
lis nux:ꝛ magis eustomachum est: et
multomagis q̄ cū ficubus siccis come
ditur.Quo autē modo cōcordādi sint
Rasis ꝛ Auicē.si textus coꝝ: ꝙ nō cre
do:correcti sint proculdubio nō intelli
go:sed mihi persuadeo ꝙ dictū Rasis
aliter in arabico sonare debeat: quali
ter vero sapiētiori iudicio relinquam⁹
ꝛ si quis eos discordes esse hac in re:
sicut ꝛ aliquib⁹ alijs dicere nō verere
tur forsitan nō erraret:quare ꝛc.

¶Cap.clxxxviij.ostendit naturā ꝛ
proprietates castaneaꝝ nutrimē-
tūqꝫ atqꝫ modū coctiōis ꝛ prepara
tionis ipsarum.

Castanee in nūero glan
diū reponi vident̃:pro-
pterea ꝙ de ipsis post
glandiū determinatio-
nē sermo fiat ab autori
bus:ꝛ permaxime ex eo
ꝙ de eis Rasis scripsit in.iij.Almāso-
ris.c.xx.dicens.Melioris glādib⁹ sunt
nutrimenti: minusqꝫ stringunt casta-
nee:attamē ꝛ a nobilib⁹ etiā persepe
manducātur in vltima cene mēsa.ideo
de ipsis dicem⁹ cū Auerroi in.v.colli-
get sic scribēte.Castanea frigida est ꝛ
humida in primo gradu. Scdm vero
Haliabatē in.v.theorice.c.xx. Earum
cōplexio inter frigidū ꝛ humiduꝫ est
temperata.Isaac vero cui magis ad-
herendū esse opinamur in ꝑticu. die-
tis i.c.ꝓprio ait.Castanee calide sunt
in medio primi grad⁹: ꝛ sicce in scdo.
Et significatio earū caloris est dulce-
do earūqꝫ saporositas:ꝛ pōticitas sic-
citatem innuit.sed tamen ad glandiū
comparationem sunt ad digerendum
faciles ꝛ nutribiles:tussientib⁹ ex phle
gmate non multum nociue.nec multū
stiptice nec multum diuretice.Que ta
men plerumqꝫ non accipiantur:qr ce-
rebro esui date inflationem ꝛ capitis

faciunt dolorē propter digestionis du ritiem ⁊ fumū in stomacho clausum: sed ab eis nocumentū auferat ⁊ stiptiores fiant: assari eas oportet vt earꝫ corpus rarificetur: que siccitatez temperant pectoris: ⁊ vrine difficultatem dissoluunt ꝙ si in aqua tepida infundantur: q: earum complexio temperat ex aqua mollitie et humiditate ꝓinde sunt boni chimi in corpore generatiue cholerici tamen cū zuccaro eas comedant: ⁊ phlegmatici cū melle secūdū medicinam vero virtutem habent laudabilem: quia abominationis ⁊ vomitus sunt constrictiue: ieiuni quoqꝫ stomachi confortatiue ⁊c. Que fuit etiā Gal. sententia in libro de euchimia ⁊ cachochimia. c. iij. dicentis. Castanee stipticum saporē habent: ⁊ omnino nō sunt cachochime et infra dixit. Fructus q̄ ab arboribꝫ accipiunt: fere oēs cachochimi sunt p̄ter castaneas: hec em̄ bene digeste ī vētre nutritiue sunt ⁊ nequaq̄ꝫ cachochime. A quo p̄nceps sumpsisse videt l. ij. canonis. c. de glande. cū ait. In castanea est parū caliditatis ꝑpter sui dulcedinē: ⁊ in ipsa est abstersio: ⁊ ī eis oībus ē inflatio in vētre inferiori ⁊ stipticitas est tarde digestionis ⁊ boni nutrimenti. Si ergo cū zuccaro misceatur eius nutrimentū fit bonum. Gal. quoqꝫ dixit: ꝙ ipsa est mirabilior oībus granis adeo ꝙ est ꝓxima granis panis: veruntamen castanea ꝑpter illud qđ in ipsa ē de dulcedine nutribilior est grāde: cum tñ nutrimētum oīm sit hoībus illaudabile sed fortassis earū nutrimētum porcis laudatur. hec Auice. in loco allegato. Et postea subiūxit ibidē. Castanea facit soda: ꝑpterea q: coarctat vaporē constringēdo naturā: et confert humiditati stomachi: et confert dissinterie ⁊ fluxui intestinorꝫ ⁊c. hoc etiā attēdendum ꝙ ipse crude nequaq̄ꝫ mādu cet: dicente Gal. in lib. de subtiliāte dieta. Castanee magis praue sunt q̄ crude: praue vero minus si elixētur: siue assentur: siue frixentur. Pro regula quoqꝫ obseruandum est ne in multa assumātur quātitate propter stipticitatē grossiciem: ⁊ ventositatem earū: cum d ca: Gal. in libro de euchimia ⁊ cacochimia superius allegato. Et si castanee oīno nō sint cachochime: caueretñ vt oportet palā ab harum multitudine non solum q: pachichime .ſ. grosse: sed qm̄ cōstipatiue sunt vētris ⁊ difficile digestibiles ⁊ inflatiue. Memorandūqꝫ mihi videt id in earū decoctione. qđ supra in. c. de rapis diximus. s. vt non coquant in frixorio sup flammā: qm̄ inde malū acquirūt qualitatē suffocantē a fumo ⁊c. vt eo in loco dictum est. Quare inter prunas potius coqui debent: vt ventositatē superfluam amittant: ⁊ cum zuccaro in fine mense poterunt in pauca quantitate manducari. quare ⁊c.

¶ Cap. clxxxix. ostēdit naturā cerasorum dulcium ⁊ acriū cū eorꝫ iuuamentis ⁊ nocumentis.

Erasa sunt grana magna prunis similia: vt Serapio inquit. q̄ etiaz dixit autoritate Galie. Sunt ex eis dulcia ⁊ pōtica ⁊ acetosa: ⁊ dulcia descendūt a stomacho cito: ⁊ iuuamētum qđ inferunt ei est paucū: ⁊ pontica faciunt cōtrarium huius; acetosa vero desiccant plus q̄ꝫ pontica: ⁊ cum hoc est in eis res incidens: ⁊ cōferunt stomacho phlegmatico pleno superfluitatibus. Et infra dixit autoritate Diascoridis. Quādo cerasa administrant humida molliūt ventrē: et sicca retinet. Sed Rasis ī libro. xxiij. cōtinentis. c. ccccccvij. Gal. autoritate sic scripsit. In fructu huius arboris est stipticitas: ⁊ hoc nō est cū equalitate: immo dispositio in eo est vt est dispositio

in malis pomis et granatis: sed fru=
ctus hu9 habēs in se dulcedinē de sto=
macho descēdit de leui:ꝛ cōfert ei mo=
dice:tñ stipticus ecōuerso facit. Et aci
dus ɔfert stomacho phlegmatico ple
no superfluitatib9 ꝛ qꝛ acidus desiccat
magis q̄ꝫ pontic9 ꝛ cū hoc hꝫ in se par
tem incisiuā. Et dixit in libro nutrimē=
ti. Fructus cerasi assimilatˀ moris cum
stipticitate modica q̄ est in eo valde:
ꝛ in parte est stipticitas manifestior
similis stipticitati rubei:ꝛ pars ipsius
est vehemētioris stipticitatiꝫ q̄ꝫ rube9.
Et possunt cognosci vires omniū spe=
cierum ipsius de eo qđ precedens est
de moris ꝛ rubo:sed rubus canis vehe
mentioris stipticitatis est:vt nutrimē
tum eius est modicū. Gal. vero in.ij.
de alimentis.c.v.breuiter se de eis ex
pediens ait. De cerasis sicut de moris
possumus argumētari. similiter Isaac
in particularib9 dietis.c. de prunis in
fine sic scripsit de cerasis. Idem qđ de
maturis prunis sentim9: ꝛ nihil aliud
de ipsis ait. Unde eoꝝ expressa cōple
xio que sit a veterib9 nō inueniˀ. sicut
ꝛ Michael noster inquit. frigida ꝛ hu
mida tamē in primo ea ipse gradua=
uit. Credimus tñ q̄ plus humida sint
ex eo q̄ valde cito putrescant:ppterea
eligantur ex eis illa q̄ duriora sunt et
solidiora:qm̄ talia nō ita de facili pu=
trefiunt sicut ea q̄ tenera: vt manife=
stum est etiā in exterioribus:ꝛ magis
gratia medicine manducenˀ ante ci=
bum q̄ꝫ gratia nutrimēti. iuxta prece=
ptum Gal. in libro de euchimia et ca=
chochimia.c.vlti.dicētis. Abstinendū
est a cacochimis nisi aliqñ laborātes
hora estatis egeant sanare siccitatem
ꝛ caliditatē totius corpis:idonea eniꝫ
illo tempore sunt poma ꝛ pruna:ꝛ ce=
rasa preassumpta:sed de citrullo ꝛ me
lone nō multum offerendum est sicut
nec de melopone ꝛ persicis ꝛ huiusmo
di. quare ꝛc.

¶ Cap.cxc. ostēdit naturā et pro
prietates iuuamētaqꝫ citonioꝝ seu
coctanorum in via cibi.

Coctana sunt grossioris
substātie q̄ꝫ pira ꝛ ma=
ioris stipticitatis: ꝛ pro
pterea sunt frigidiora:
ꝛ in eoꝝ odoratu est p
prietas cōtra oēs pas=
siones cordiales:vt dixit Auerrois in
quinto colliget. Auicē. vero in secūdo
canonis.c.clvj. sic de eo scripsit. Cito=
nium assatū est meli9 ꝛ magis conue=
niens quādo eius assatio fit hoc mo=
do. Concauatur ꝛ eiiciuntur grana ei9
ꝛ ponitur in ipso mel:ꝛ linitur luto cor
pus eius:ꝛ poniˀ in cinere:cuius natu
ra frigida est in fine primi:ꝛ sicca i pn
cipio secūdi. Est stipticum cōfortatiuū
fortiter:sed dulce est minus stipticuꝫ.
Et multitudo comestionis ipsi9 gñat
dolorē neruoꝝ:cōfert vomitui ꝛ ebrie
tati ꝛ sedat sitim:ꝛ cōfortat stomachū
recipientem superfluitates. Et in fine
dixit. Et quandoqꝫ soluit ventrē ꝛ nō
stringit:ꝛ generat colicam ꝛ dolorem
ventris pungitiuū:ꝛ hoc si crudū scili=
cet manducetur :ꝛ quando assumitur
post cibū soluit adeo q̄ quādo pluri=
mum ex eo sumiˀ extrahit cibū ante di
gestionem suā:comestum autē ante ci
bum cōstringit. Idem etiā voluit Ha=
liabas in quinto Theorice.c. xix. cum
ait de ipso. q̄ frigidū est ꝛ siccum pon
ticum stomachū confortat calidū:na=
turam suspendit si ante cibū comeda
tur:mollit aūt si post ꝛc. Hoc similiter
sensit Isaac in particularibus dietis.
c. ppͥo dicens. Citonia ꝛ malagrana
ta ante cibum accepta si sint pontica
aut stiptica:ꝛ similiter si sint acetosa
stomachi confortant substantiam et
intestinorum:ꝛ egestionem cholericā
auferunt:morsionem qꝫ intestinorum.
Post cibum autē ex superioribus sto
machi ad inferiora deponunt escas:
ꝛ fumū salientem ad caput vomitūqꝫ

cholericum reprimunt. Et dulcium na
tura substantie: ⁊ complexio aquosa
est ⁊ temperata caloris aliquid obti
net: ⁊ ideo parum refrigerant: ⁊ stoma
chum confortant exigue: quare ⁊ stoma
cho calido aut molli non conueniunt
nociua eis qui cholericã egestionem
habent ⁊ vomitũ. Nõ sapora vo pes
sima sunt in omnibꝯ qualitatibus: q:
nature frigide sunt ⁊ humide: magis
autem frigide q̃ humide: ppterea nec
ſm cibum valent: nec ſm medicinam:
qm̃ pontica non sunt vt stomachũ cõ
fortent: nec acida vt acumẽ caloris ex
tinguant: nec dulcedinem hñt vt nu
triant: sed hũores phlegmaticos cru
dos gignunt. Similiter Rasis in .iij.
Almansoris.c.xx.dixit. Citonia dulcia
⁊ acetosa stomachũ efficiũt robustum
lz acetosa ad hoc sint fortiora: appeti
tum insuper excitant: quorũ ppuieta
tes est ventrẽ stringere. Hec autem si
post cibum comedant stercus cito de
scendere faciunt: atq; a ventre expel
lunt: ante cibum aũt si comedant to
tum istud phibent: illa aũt que aceto
siora sentiuntur in ventris constrictio
ne sunt fortiora. Et in quarto lib. suo
rum aphorismorũ sic etiã inqt. Cocta
num stomacũ cõfortat ⁊ epar. ⁊ vsus
eius putredinẽ in intestinis generat.
Et in lib. xxij. continẽtis.c.c clxxxiij.
dixit autoritate Ruffi. q citonia reti
nent ventrẽ: ⁊ prouocant vrinã per ac
cidens. Et autoritate Bimmasui sic
retulit. Citoniũ frigidum est in vltimi
tate primi gradus: siccum in medio se
cundi: ideo corroborat stomachũ: p
uocat vrinam: ⁊ constipat naturã. Et
subdit. Sed non debet perfici corpus
citonij eo q retardat digestionẽ ⁊ sic
debet fieri toto posse in ceteris fructi
bus: tñ non dz assumptio eius abun
dare: ne emittat de stomacho quod
in ipso fuerit ante digestionem ipsiꝯ.
Et si volumus cũ eo stringere ventrẽ
precedere dz eius sumptio ante cibũ
per horas dũ preualet actꝯ citonij in
stomacho: deinde comestio fiat. Tñ
si abundãs sumptio illius tollitur in
fert colicam ⁊ dolorẽ neruorũ ⁊c. qua
re concludendum est q via medicine
potius q̃ cibi sit coctanis vtendũ: nõ
crudis: sz coctis: vt supra docuit Aui
cen. nec vlla quis de tali coctione affi
ciatur admiratione qm̃ nõ solũ Prin
ceps: sed etiam Gal. eã precepit in .ij.
Alimentorum.c.xxj. dicẽs Singulare
aliquid preter alia poma citonijs in
est stipticitatẽ ampliorẽ habentibus
⁊ chimum mansiuum: si qs de coctis
ipsis cum melle seruare velit. s. modo
pretacto: aut aliter q cũ melle cõdiã
tur: ⁊ sic cocta manducentur ⁊ nõ ali
ter nec etiam sic sepe propter pdicta.

¶ Capitulum. cxcj. ostendit natu
ram ⁊ proprietates ⁊ iuuamenta
citri ⁊ partium eius.

Citrum corticem ha
bet: carnem: aceto
sitatem ⁊ semina: q
omnia cum diuer
sarum sint comple
xionum necessariũ
diximꝯ de vnoquo
q; seriatim dicere
imitantes principẽ in secundo cano
nis.c.cxx. sic scribentẽ. Cortex citri ca
lidus est in primo ⁊ siccus in fine secũ
di. Et eius caro est calida in primo et
humida in ipso. Quidam autem di
xerunt q ipsa sit frigida ⁊ humida in
primo ⁊ eius frigiditas maior est. Et
ipsius acetositas frigida ⁊ sicca in ter
tio. Et eius semen est calidum in pri
mo ⁊ siccum in secundo: caro eius in
flat: ⁊ eius acetositas est stiptica frã
gens choleram rubeã. Et eius semẽ
⁊ cortex ipsius sunt resolutiua. Et cum
ponitur eius cortex in pãnis prohibet
tineas: ⁊ eiꝯ odor rectificat corruptio
nem aeris ⁊ pestilentiã. Decoctio cor

ficis bonū efficit odorē: eius acetositas cedat tremorē cordis calidū: ꝛ nutrimentū est bonū gutturi ꝛ pulmoni est tñ mala pectori caro eius: ꝛ est mala stomacho inflatiua tarde digestionis: quā oportet comedere cum almuri: ꝛ sicut cū melle mixta ē sanior ꝛ magis recipiens digestionē nisi sit plurima: ꝛ cortex ipsius cōponitur in cibarijs sicut semina que pro condimēto ponuntur adiuuat digestionē. cortex tamen non digeritur propter duriciē sui ꝛ ipsius decoctio sedat vomitum ꝛ facit appetitū. Et oportet q̄dem vt citrū comedatur singulare: ꝛ ꝙ nō misceatur cibo ante se neqꝫ post se: ꝛ ei⁹ caro facit vtentē se possidere colicā: ꝛ ipsius acetositas retinet ventrē ꝛ confert solutioni cholerice ꝛ eius semē cōfert emoroidibus: ꝛ pondus ipsius cū vino melle ꝛ aqua calida illinitū confert venenis omnibus ꝛ eis resistit et proprie veneno scorpionis bibitum. Isaac etiam in particularibus dietis inquit de ipso. Substātia citri est dura ꝛ solida: ideo si pro cibo accipiat: difficulter digeritur tarde a stomacho descendit. Acetosa vero eius substantia est frigida ꝛ sicca in secundo: virtutem habet incidentē extenuantem ꝛ refrigerantem: idcirco fit epatis caloris mitigatiua: stomachiqꝫ cōfortatiua: exiccant enī appetitū cholere rubee: acumen obtundit: sitientibus perfecte subuenit: tristitiamqꝫ et cardiacā remouet ꝛc. Quod etiā voluit Rasis in quarto lib. suorū aphorismorum cum dixit. Foliū ꝛ cortex citri virtutem hn̄t remouendi venenū ꝛ confortandi cor. Et in. xxj. continentis. c. xxj. dixit autoritate Diascoridis. Semē citri bibitū cū vino ꝓhibet nocumentū cuiuslibet veneni mortiferi: ꝛ laxat ventrē: ꝛ aqua decoctiōis ei⁹ facit bonū oris odorē. Et inquit Gal. in. vij. Acredo citri est frigida ꝛ sicca in tertio ꝛ cortex ei⁹ desiccat nō cū parua acuitate: ꝛ ob hoc est sicca in tertio ꝛ est equalis intra caliditatē ꝛ frigiditatem: aut declinat parū ad caliditatem: ꝛ eius caro generat humores grossos frigidos: ꝛ in lib. dietarū dixit ꝙ cortex eius est odoriferus cū est croceus: ꝛ est difficilis digestiōis: ꝓpter eius duriciē ꝛ siccitatē ꝛ si apponeretur in cibis adiuuaret digestionem sicut iuuant res calide: ꝛ ꝯfortat stomachū qn̄ sumit de eo parū: ꝛ eius caro est dura ad digerēdū. Et cū comeditur cū almuri est facilis digestionis. Et subdit inquit fili⁹ Mesue cortex citri calidus est ꝛ siccus in tertio: ꝛ est spissus tarde digestionis de sui natura iuuat tñ cibū ad digerendum paucillo iuuamento. ꝛ parū ex eo sumptum ꝯfortat stomachū. Et alba caro eius est frigida humida in fine primi: ꝛ frigiditas est maior humiditate: ꝛ trahit morā in stomacho: ꝛ est tarde digestionis ꝛ ei⁹ acredo est frigida ꝛ sicca in tertio: ꝛ refrenat cholerā ꝛ ꝯstringit egestionē ꝛc. Deinde subiūxit. Et q̄ comedit citrū nō dꝫ sumere immediate post aliū cibum nisi prius sit digest⁹. et nō dꝫ comedi post aliū cibū q: facit indigestionē. Et acetositas ei⁹ cōfert tremori cordis ꝛ prouocat appetitū. ꝛ incidit ꝛ diuidit humorē cholericū ꝛ retinet fluxū ꝛ vomitum superuenietes vitio stomachi: et extinguit epatis sup calefactionē ꝛc. Postremo dixit. Et citrū ꝯditū est difficilis digestionis: ꝙ mel subtiliaue rit maiorē partē sue grossitiei: ꝛ remotio nocumēti ei⁹ est appositio magne q̄ntitatis specierū aromaticarū sicut specie gariofilorū: cynamomi: cardamomi. zinziberis ꝛ similiū. Mesue aūt in dist. v. sui grabatin dixit: ꝙ citra ꝯdita stomachū ꝛ cor ꝯfortāt: ꝛ digestionē faciūt bonā ꝛ oris odorē: ꝙ intelligendū qn̄ in pauca sumunt q̄ntitate: dicente Galieno. in libro de dissolutione cōtinua. Cortex citri scilicet cō-

diti quãdo accipitur de eo parũ confortat stomachum: et quãdo accipitur de eo multũ grauat: quia eius substãtia est dure digestionis: et sic habetur inter dictos concordia.

¶ Cap. cxcij. ostẽdit naturã, proprietates et nocumẽta prouenientia ex comestione chrysomilorum.

Chrysomila: teste Aui. in .ij. canõ. c. cxlvij. Meliora sunt armenia: non enim cito aduenit eis corruptio et acetositas: et cum sumũtur chrysomila opus vt accipiatur masticis et anisi equaliter põdus drachme vnius vsque ad duas in vino puro aut vino de passis: aut parũ mellis. Sunt enim frigida et humida in secũdo: et eorum humor est velocis putrefactionis. Et ipsorum infusio sedat sitim: et chrysomila sunt equidẽ stomacho cõuenientiora quam persica: et armenia nõ corrũpuntur in stomacho: neque acescunt velociter: generant febres propter velocitatẽ sue putrefactionis: verũ infusio siccorũ confert febribus acutis. Et i. xxij. tertij. tracta. ij. c. xxj. sic etiã inquit. Ego aũt abhorreo ea q̃ sunt sicut persicca et chrysomila: et similia que replẽt sanguinẽ aquositate plurima. Cõsimiliter scripsit Isaac in particularibus dietis cum ait. Chrysomila frigida sunt et humida in secũdo gradu facile in putredinẽ cõuertibilia: grossum phlegma generãt: et viscosum in cõcauitate epatis et splenis: idcirco diuturne febris causa fiunt: et ipsa oibus modis sunt pessima: ideo ante cibũ semper accipi debent stomacho inanito: post cibũ enim stomacho pleno in superioribus natãt: et in acedinẽ cito putredinẽque conuertuntur. Si enim noxietates eorũ cauere cupimus: ieiuni accipiamus: et post illa anisum masticẽ et vetus vinum ac odoriferum. Que fuit etiam Gal. sententia in lib. de dissolutione continua sic dicentis. De his que velociter corrũpuntur in stomacho sunt chrysomila et mora: que si cito non descẽdãt de stomacho et obuient humoribus malis cito corrũpuntur: et ideo debẽt ista comedi ante cibum ammouẽda de stomacho propter velocitatẽ descensionis eorum et lubricitatẽ viarum in eo qui comedit prius ista: nã quãdo comedũtur post cibum: corrũpũtur propter remanẽtiã eorum in stomacho: et relinquũt corruptũ cibum corruptione eorum: et quãdo totaliter corrumpũtur: quod frequẽter euenit: sunt sicut venenum perniciosum. De ipsis quoque Rasis in .iij. Almansoris. ca. xx. dixit. Chrysomila frigida sunt: q̃ ventrem cõmouent atque inflant: et cholerã reprimunt rubeã: stomachũ preterea debilitant eius extinguẽdo calorem: quibus qui frequẽter vsus fuerit: in cõsequenti tempore febres patietur. Et ratio est: quia vt inquit Galienus in secundo Alimentorũ. c. xix. Chrysomila prauis humoribus faciunt corpus abundare. Et idem Rasis in .xxiij. cõtinentis. c. dcxlij. autoritate Diascoridis ait. Percopi sunt meliores pro stomacho persicis. et Galienus dixit. quod armeni: i habent fructum frigidũ et humidum quasi in secundo. Et dixit etiã in libro nutrimenti. quod de genere persicorum existãt: sunt tamen meliores eis: quia non corrũpuntur in stomacho vt persica: et penes quosdam sunt delectabiliores eis: ideo magis valẽt ad stomachũ quam persica. Et dixit Bimasui. Chrysomila frigida sunt et humida in medio tertij: et assimilantur persicis: sed generant humorem peiorẽ humore generato de persicis grossum et crudum in arterijs: ideo generant febres chronicas: tamen sumi debet postea anisum et mastix in quantitate ponderis aurei vnius cum sirupo citonino: aut cum vino vuarũ passarum et

farũ & mellis simplicis. Et inqt Masarguith q generãt humorem a quo generant febres tarde dissolutionis: ipsa tñ laxant cholerã rubeã: & generant humorez grossum. Et postremo ipse sic concludit. Et ego credo q non inueniatur res vehemẽtioris infrigidationis in stomacho ad modum illius &c. Et ppterea postponẽda sunt potius q̃ manducanda &c.

¶ Capitu. cxciiij. ostendit naturã proprietates & nocumenta dactylorum in via nutrimenti.

Dactyli fm q dixit Serapio in capitulo de Rorab. autoritate habẽmes qui meliores sunt zuccarini. & autoritate Rasis retulit q calefaciũt & generãt sanguinem grossuz: q̃ cõuertit cito ad choleram: & est malum nutrimentum eoꝝ illis quoꝝ cõplexio est calida et epar calidũ: & cito aduenit soda & squinantia bothor & alcola & oppilatio in epate & splene. Et deteriores ex eis sunt magni: & qui sunt dulciores & nõ sunt conuenientes aliquo modo illis q̃ sunt calide cõplexionis & nõ sunt debilis nature: si vtunt eis impinguantur ab eis. Rasis vero in. iiij. Almansoris. c. xx. sic de eis inqt: & talez eius seriem habemus. Dactyli calidi sunt & grossi: multũq dãt nutrimentũ: qui si in comestione multo accipiant vsu: sanguinẽ in interiorib⁹ generãt grossum. dentesq corrũpũt: sanguinẽ q̃z ac phlegma accrescere faciũt. Rorab aũt minus calidi sunt q̃ dactyli: q̃ lenitiui existentes stomachũ rectificãt: & ppterea q dentib⁹ nocent: dixit ipse in. xxv. continẽtis. c. j. Post comestionem dactyloꝝ recentium precipue debes mundificare gingiuas & os cum lauatione perfecta & abstersione post lauationem factã: qr comestio ipsoꝝ dactylorũ emollit linguas &c. Idem quoq sensit haliabas in. v. theorice. c. xix. Et rabi Moyses cũ inquit. Dactyli generãt dolorẽ capitis: oppilãt epar & apostemãt & emoroidas creãt. Isaac etiam in particularibus dietis sic de eis scripsit. Dactyli calidi sunt & humidi in scdo gradu grossi sanguinis generatiui & difficiles digestionis ficubus tñ siccis digestibiliores magisq diuretici sz illis assuescẽtes epatis & splenis cõstipationẽ duritiẽ & tumorem incurrũt: gingiuis & dentibus sunt nociui: dolorẽ in ore stomachi faciunt diuersas tñ hñt actiones fm regionem qualitates: q̃dam eñi in frigida: quidã in sicca: & quidez in mediocri nascunt regione. In calida natiregione sunt dulcissimi & viscosi pinde parũ nutriũt & cito digerunt: ventrez humectãt: plus ẽt ceteris cõstipationẽ epatis & splenis & nocumentũ capiti: oriq stomachi faciunt. Rursus qui in terra frigida nascunt sua crudelitate & ponticitate perdurãt quare ceteris sunt sicciores & minus oibus nutritiui: ac duri ad digerẽdũ tardeq a stomacho descendentes. ceteris tñ plus stomachũ cõfortant. In mediocri vo nascentes regione: lz in perfecta consistent maturitate tñ illis abest siccitas vt in maturitate seruari' non queant: q̃m in eis quedam liquoris superfluitas est: vñ corpora replent crudis humoribus: qui sunt materia diuturne & periodice febris ad dissoluendũ inobedientis. Et hec fuit etiã Gal. sententia in scdo alimentoꝝ. c. xxiiij. dicẽtis. Dactyli indigestibiles sunt & grauatiui capitis & dulces oppilatiui et stiptici. & subdit. Oẽs dactyli indigestibiles sunt & lesiui capitis. Aliq̃ aũt & mordicatiõis sensus efficiũt ori stomachi. Qui aũt ab eis distribuitur in corpore chimus grossus semp est: hz

⁊ aliq̄d viscosum ⁊ vnctuosum: qm̄ tali chimo dulcedo admiscet: celerrime quidē ab ipso epar obstruit ledit aūt ⁊ phlegmo nizās ⁊ turgēs summe ab edulio ipsorū cōuenieter aūt ⁊ epar ⁊ splen oppilātur ⁊ ledunt: multo autē magis ledūt virides ad oia. Et in lib. de euchimia. ca. iij. sic q̄q; ait. Humor q̄ ex dactylis generat grossus est ⁊ faciliter obstructiuus epatis ⁊c. Ex quibus cōcludendū est q etsi dactyli sua dulcedine gustui placeāt: sanitati aūt corporis calidi minime: quare ⁊c.

¶ Cap. cxciiij. ostēdit naturā proprietates ⁊ iuuamenta fisticorum siue pistachiorum.

Fistici a nostris vulgaribus sicut ⁊ a quibusdā antiquorū pistachij appellātur: vt apparet per Haliabatē in. v. theorice. ca. xix. dicētē. Pistachia in calido ⁊ humido tēperata sunt. ⁊ pontica sunt ⁊ odore iocunda cōfortationi oportuna sunt epatis: eiusq; aperiūt oppilationē: et emittunt pectoris humiditatē: renes purgāt ⁊ vesicā: augent ventrē: ⁊ eorū cib⁹ mediocris est. Sed princeps Auicē. aliter de eorū cōplexiōe sensisse videtur cum dixit in. ij. cañ. c. cclxxvj. Fistici sunt vehemētioris caliditatis q̄ nux ⁊ amygdala: ⁊ sunt calidi in fine scdi: ⁊ in ipsis est humiditas: ⁊ existimauerūt quidā q essent frigidi ⁊ errauerūt. Et subdit. Aperiunt oppilationes epatis ꝑpter suā amaritudinē et aromaticā virtutē sui: ⁊ in ipsis est pōticitas: ⁊ nutrimentū eorū est paruū valde: sunt boni stomacho: et proprie illi qui sunt similes granis pini: ꝑpter id q̄d in ipsis est de amaritudine cū ponticitate: ⁊ aperiunt oppilationes epatis: ⁊ mūdificant ipm̄: et aperiunt meatus nutrimēti: ⁊ ꝓhibēt nauseā ⁊ subuersionē stomachi: ⁊ cōfortant os eius: nō leniūt vētrē neq; stringūt ⁊c. Hoc etiā sensit Rasis. i. iij. almāsoris. c. xx. dicēs. Fistici calidiores existunt amygdalis: atq; epatis aperiūt oppilationes. Et in lib. iiij. suorū aphorismorū inq̄t. Fistici ꝓprietatē h̄nt cōfortādi epar: humores grossos expellūt. ⁊ ex philosophis sunt q̄ dicūt q q̄n cū musto sumpti fuerint. humores a venis expellūt. Et in. xxij. lib. cōtinētis. c. dxxxj. autoritate Diascoridis retulit. q fistici valēt ad stomachū. Et autoritate Gal. in. viij. dixit. In hoc fructu est pars q̄si declinās ad amaritudinē aromatizās: ideo aperit oppilatiōes: ⁊ purgat epar ꝓprie: ⁊ cōfert vitijs pectoris ⁊ pulmonis. Et dixit in li. nutrimēti. q nutrimētū h̄t modicū: cōfortant epar ⁊ aperiūt meat⁹ nutrimēti. Hoc idē subiūxit autoritate Bimasui. Uerba aūt Gal. in. ij. alimēt. c. xxviij. hec sunt. Pistachia nascunt apud alexādriā in egypto: multū aūt plura in boreali syrie: alimētū paucissimū habētia: vtilia sunt ad epatis corroborationē simul ⁊ purgationē īsertorū humorū scd̄m meatus ipsi⁹: participant em̄ sub amara ⁊ stiptica qualitate aromatizāte. Scim⁹ aūt ⁊ alia multa epati vtilia sicut in negocio simpliciū medicinarū ostēsum est: stomacho autē neq; profectū: neq; nocumētū notabile ex ipsis habeo testari: sicut nec restrictiui vētris neq; subductiui. Rabi Moyses vero magis q̄ hi vr̄ eos approbare cū inq̄t. Pistachia sūt meliora cibus fructibus: corroborāt stomachū ⁊ epar: sunt calida ⁊ sicca tēperate. Isaac quoq; in particularib⁹ dietis sic de eis scripsit. Fistici calidi sunt et sicci in medio secūdi gradus: bonū comedētib⁹ prestant nutrimentū: quidā tamen pōticitatis ⁊ amaritudinis habent: vnde sunt epatis cōfortatiui: eius etiā constipationē aperiūt: sunt pectus atq; pulmonē mundificantes: qui cū vino cocti potui dētur: et fiunt

contra venenū. Ipsi quoq; fistici epati cōueniunt. Sed tamen calidam habentes cōplexionem modicum ex eis comedāt. q si assi fuerint comedētiū stomachū confortāt ꝛc. A quib⁹ sumpsit Auerrois in .v. colliget cū inquit. Fistici calidi sunt ꝛ sicci tēperate: confortāt stomachū ꝛ epar a tota substātia: ꝛ sunt ex illis medicinis q̄ habent multa iuuamēta et magna. Ex quib⁹ apparet q p medicinis magis q̄ꝫ pro cibis vtendi sunt.

¶ Cap. cxcv. ostendit naturā proprietates ꝛ nutrimētū ficuum humidarum ꝛ recentium.

Ficus: vt pricεps inq̄t in .ij. cañ. c. cclxxxiij. melior est alba: deinde rubea: deide nigra. ꝛ qñ vehemēter matura est: melior est ꝛ proxima ad hoc vt nō noceat: ꝛ illa que est humida: est calida parūper: ꝛ plurime est aqueitatis: ꝛ parū est medicinalis. ꝛ subdit. Et ficus nutribilior est reliquis fructib⁹. ꝛ que vehemētis est maturationis propinqua est ad hoc vt nō noceat: ꝛ in ipsa est inflatio ꝛ lenificatio vltima: ꝛ expellit supfluitates ad cutē: ꝛ facit sudare: ꝛ in ei⁹ acceptione est sedatio caliditatis: ꝛ est velocis nutrimēti ꝛ penetrationis in stomacho ꝛ corpe toto: ꝛ lꝫ nutrimentū ficus nō existat in robore nutrimēti carnis ꝛ granorū: est tñ vehemētioris roboris q̄ꝫ nutrimentū omniū fructuū: ꝛ est impinguatiua: eius impinguatio facile resoluit: ꝛ est faciēs pediculos. ꝛ illud quidē cōtingit ab ea propter corruptionē humoris eius: et ipsa est vehemētioris expulsionis ad exteriora ꝛ cōueniētis humoris aialibus: est mala stomacho: ꝛ cōfert renibus ꝛ vesice. Dixit etiā de eis in .iij. f. doc. ij. c. vij. q fruct⁹ magis nutrimento similes sunt ficus ꝛ vue valde mature. ꝛ i. xiiij. iiij. c. xx. Passe fic⁹ ꝛ auellane sunt amice epati ꝛ vltimi iuuamēti. Idē etiā sensit Hali. in .v. theorice. c. xix. cū dixit. Fic⁹ cōplexio calida est in primo gradu: ꝛ q̄ recēs est humida in scđo. Et sanguis ab ea generat⁹ laudabilior est oim fructuū sanguine estiuorū: velocisq; digestionis ꝛ descēsus a stomacho ꝛc. Et post aliq̄ subiūxit. Si q̄s vere ficuū freqnēter comestionē: pediculi in corpore eius generātur. magisq; si superfluitates sunt in eius corpore male. Isaac quoq; plurimū eas cōmendauit: cū posuit ipsas in primo loco bonitatis dicēs in vniuersalib⁹ dietis. c. xxvj. Que sunt ficubus secūde pcipue si bñ mature sint. Et in particularib⁹. Ficus ceteris fructib⁹ laudabilior est ac nutribilior: humiditatis tñ sue cā grossos creat humores. ꝛ illa q̄ non est pfecte matura est minus calida ꝛ magis grossa propter dominationē terrestris partis in ea. vnde Hippocrates. Ficus quanto longinquior est a maturitate: tāto minus calida est ꝛ grossa magis. Et cuꝫ ex trib⁹ rebus cōposita existat: corticibus vcꝫ semine ꝛ carne. Seminis nutrimentū est nullū ꝛ nature arene vel lapidis. Cortex siccus est vt cutis propterea durissimus ad digerendū. Caro aūt nutribilior solubiliorq; existit. Et ꝑpter hoc Diascorides inquit. Calorē extinguit: sitim aufert: ꝛ sudorem prouocat ꝛc. Hoc quoq; voluit Rasis in .iij. Almāsoris. c. xx. dicēs. Ficus calide sunt: que cum recētes fuerint ventrem inflant ꝛ leniunt humorē creantes non malū. Et in li. iiij. suorū aphorismorum ait. Ficus cum comedūtur recentes putredinem remouent. Et dixit Gratim. quod ficus putredinem efficiunt: et non debent comedi propter lactis sui venenositatem. ¶ Et in libro vigesimoprimo. continentis. ca. proprio dixit autoritate Diascoridis. Ficus recentes ꝛ mature nocent

stomacho et laxāt vētrē laxatione par ua: puocant sudorē: inducūt lentigines et bothor: extinguunt sitim et mitigant calorē. Gal. pō sup oēs ficus extollit: scripsit em̄ de eis in quito de regimine sanitatis versus finem. Ficus mature āte oēs alias fruges sunt eligende: et in hyeme carice. Et in scdo alimentorum. c. vij. inqt. Ficus non potuerūt fugere cachochimiā sicut alij horarij fructus q̄uis oibus alijs horarijs minus ipsam. s. cachochimiam sunt participātes. Et post aliqua subdit. Bn̄ matura ficus venit prope ad non totaliter ledere cō similis ens iā ficubus sicci. et multa quidē habētib⁹ vitia. generāt em̄ sanguinē bonū: vn̄ ipsas et pediculorum multitudo sequit̄. Et in capitulo octauo eiusdem sic ēt ait. Ficus et vue opere quasi capitales sunt. etenim nutriūt magis oibus horarijs: et minime sunt cachochime respectu illorūq: et maxime qn̄ fuerint bene maturate. Eius quidē igitur q̄ est nutrire ipsa maxime signū qui custodiunt fructus vinearum comedentes q̄dem in duobus mensibus quib⁹ custodiūt aut solas semp ficus cū vuis: aut modicum q̄dez interponentes panis impinguatiq̄ satis: non tn̄ fortis et compacta est caro ex ipsis generata sicut que ex carnibus: s; laxa et vana ppter id q̄ celeriter ꝯ̄ditur cessante edulio etc. Et in lib. de euchimia. c. j. dixit. A superfluis horarijs abstinere decreui preterq̄ a maturis certitudinaliter ficubus et vuis. et in. c. v. eiusdē. Prope innocuos fructus sunt mature ficus: et preter has matura vua suspensa ex hoc q̄ iam inflatiuum deposuit: et fit perfecte inculpata etc. Ecce igit̄ q̄tum ficus humide bene mature approbentur. Secure ideo estatis tempore ceteris consentientibus possunt manducari.

¶ Capi. cxcvj. ostendit naturā et nutrimentū ficuū siccarū cū iuuamentis et nocumentis earum.

Quia ficus sicce in ieiunij tempore plurimuz vtunt̄: et eas quidam laudāt: alii qui vero ipsas vituperāt: iō de eis speciale ca. faciendum esse iudicauimus vt distinctius operationes et pprietates ipsarū intelligant̄: et consequenter an laudabiles sunt ad sanitatem vel reprobande. Dicamus ergo cū Auic. in ij. canonis. c. cclxxxiij. sic scribente. Et sicca q̄dem ficus in suis operationib⁹ est laudabilis: verūtn̄ sanguis gn̄at⁹ ex ea non est bonus et ppter hoc facit pediculos: vero si sit cū nuce comesta tunc eius chimus fit bonus et post nucem cū amygdala: et leuior oibus est alba: et est calida in primo: et in fine ipsius est subtilis. Et postea subdit. Ficus sicca et ppue acris est fortis abstersiōis maturatiua resolutiua et carnosa est plurime maturationis: et in ipsa sunt glutinatio et incisio et subtiliatio: maturat carbunculos: et decoctio ipsius confert apostematib⁹ gutturis: sicut nocet apostematibus epatis et splenis ppter suā dulcedinem: et qn̄ apostema est durū nō nocet neq; confert: verūtn̄ si cōiūgat̄ cū subtiliatiuis et resoluentib⁹ cōfert valde: et cōfert asperitati gutturis: et est ꝯueniēs pectori et cāne pulmonis et vinuz eius confert tussi antique et doloribus pectoris: et apostematibus cāne pulmonis: et nō est mala stomacho sicut humida: imo qn̄ comeditur cum almuri mundificat superfluitates stomachi. Et post pauca subiunxit. Et administratio ipsius cū ieiuniū adest: est mirabilis iuuamēti in aperiendo vias cibi: et proprie cū nuce et amygdala: cuz tn̄ eius nutrimētū cū nuce sit plus q̄

cũ amygdala. Et si comedat cũ ingrossatiuis: fit eius nocumentũ tũc maximum &c. Idẽ etiã sensit Isaac in particularib9 dietis. c. pprio cũ inqt. Sicca vero ficus calida est i scdo gradu: sicca in medio primi. vt etiã dixit Halis. in. v. Theorice. c. xix. Quãobrẽ calefacit & sitim creat: & i cholericos mutatur humores: ceteris tñ fructib9 nutribilior est & minus inflationis hz: et si supfluos humores in stomacho inueniat: dura fit ad digerẽdũ: & ad corruptionẽ mutatur & inflationẽ vẽtositatẽqz generat & pessimũ sanguinẽ: in supficie aũt corporis pediculos creat. Si autẽ humores mũdificatos inueniat bene digerit: & sanguinẽ laudabilẽ facit: corpusqz mũdificat ab humorib9 malis: vrinã puocat: pectusqz purificat: pulmonẽ renes atqz vesicã ab humorib9 grossis: non tamẽ ab inflatione & vẽtositate libera est. Qui ergo noxietates vult vitare ieiunus accipiat: & post illã calamẽtũ mãducet: aut ameos: aut piper: & similia. Cholericus vero post illã oxizacarã accipiat. Qui aũt maioris causa nutrimẽti eas velit accipere: vel iõ vt sanguinem laudabiliorẽ generet: nuces cuz eis & simul cũ amygdalis admisceat. Idẽ scdm medicinã valet si cũ ysopo coquat: pectus pulmonẽqz mũdat: et tussim diuturnã eneruat &c. hec qqz fuit Rasis sñia in. iij. Almãsoris. c. xx. dicẽtis. Ficus sicce multũ nutriũt & calefaciunt: quarũ multus vsus pruritũ & pediculos creat: ventrẽ quoqz leniũt quãdo ante cibũ comedunt. Et i. xxi. continẽtis. c. clxxv. autoritate Diascoridis inquit. q sicce ficus cõglutinãt: calefaciũt: inducunt sitim: laxant ventrẽ: & nõ cõueniũt fluxui reumatis descẽdentis ad stomachũ vel ad intestina: & cõferũt gutturi & cãnalibus pulmonis: vesice: renib9 almati: squinantie: hydropisi: & similib9. Et licet dictũ sit q renibus cõferãt: intelligendũ est sanis nõ vlceratis: qm̃ vt Princeps voluit in. xviij. tertij. tractatu. ij. c. xij. Ficus sicce male sunt ad vlcera abstergẽtes ea: & sclapellãtes ipsa pterea q in ipsis est lacticiniũ occultũ. Gali. quoqz eas multũ laudauit in. ij. Alimentorũ. c. vij. cũ ait. Ficus sicce subtiliatiuã & incisiuã habent virtutẽ: et ideo earũ oblatio est proficua: non solũ humores grossos habentib9: sed et sanis: apertos eñ faciũt eos esse: qui secundũ epar exitus alimentũ nõ solũ egris: sed & sanis securissimũ: verũtamẽ quicũqz cum aliquo ingrossantiũ eduliorũ comedũt eas non parũ ledũtur. Et in lib. de euchimia dixit. q cuz nucib9 sicce ficus comeste optim9 est cib9: & similiter cũ amygdalis: quare hec duo in ipsarũ comestione obseruẽtur: & tertiũ q ante cibum mãducent: & non in multa quantitate &c.

¶ Capi. cxcviij. ostendit naturã et proprietates iuuamẽtaqz granatorum & specierum eorum.

GRanatũ dulce: vt Princeps ait i. ij. cañ. c. cccxx. frigidũ est ad primũ: & humidũ in ipso: & acetosuz est frigidũ & siccũ in scdo. Et acetosuz reprimit cholerã: & phibet cursum superfluitatũ ad viscera & proprie vinũ eius. Et in oibus spẽbus eius vsqz ad acetosum est abstersio cũ stipticitate. Et dulce quidẽ lenificat naturã: & totum ipsius est parui nutrimẽti: sed est bonum. Muzũ vero quãdoqz est magis iuuatiuũ stomacho q̃ poma & citonia: sed eius granũ est malũ: acetosum exasperat pectus: & dulce lenit ipsum: & cõfortat pectus: & cõfert tremori cordis: & absterget os stomachi. Et muzũ cõfert inflãmationi stomachi. Et dulce est cõueniẽs stomacho propter illud quod est in ipso de stipticitate subtili. Et acetosuz nocet stoma-

cho:⁊ cū hoc grana granati sunt mala stomacho:⁊ melius est vt sugat febriēs de ipso post cibū suū:⁊ ꝓhibeat eleuationē vaporū:q̄ꝫ vt premittat ipsum:⁊ subleuent materie ab inferioribus. Acetosum ⁊ dulce prouocant vrinam:licet magis acetosum:q̄ꝫuis etiā magis noceat stomacho ⁊ intestinis. Et granatū muzum confert febribus acutis ⁊ inflāmatione stomachi. Sꝫ dulce multotiens nocet acutas habētibus febres. Et iō in prima quarti tractatu.ij.c.xxxix.sic Princeps ait. Fructus q̄ diligunt febricitanti febre cholerica sunt granata dulcia ⁊ muza et pruna ⁊c. Cuiꝰ ratio est: qꝛ vt inquit Auerrois in.vij.colliget.c. de sincopi. in granis granatorū proprietas reperitur resistēdi putrefactioni:⁊ vt cibꝰ in fumositatibus malis cōuerti minime possit. Que etiā fuit Rasis sententia in tertio Almāsoris.c.xx. dicētis: Mala granata dulcia nō infrigidant sed inflamationē ⁊ sitim faciunt:atqꝫ guttur leniūt. Acetosa vero pectoris asperitatē faciūt:stomachū⁊ epar infridigidāt:epar tn̄ proprie que cholere ac sanguinis calorē extinguētia febrem reprimūt ⁊ vomitū. Et in libro quarto suorū aphorismorū sic idē ait. Mala granata dulcia lenia bonos humores generāt:⁊ expellunt humores putridos ab orificio stomachi:mouēt appetitū comedendi:⁊ eorū acetosa stomacho nociua sūt ex proprietate. Et in libro.xxij.cōtinētis dixit auctoritate. Diascoridis. Omne granatum est boni chimi bonum stomacho modici nutrimenti. Sed granatum dulce generat caliditatē modicā in stomacho ⁊ inflammationē.⁊ iō nō valet ad calidas personas:tamē aciduꝫ cōfert stomacho in flammato:⁊ magis prouocat vrinā q̄ꝫ aliud granatū ⁊ ē vehemētioris stipticitatis intātū ꝙ etiā granatorum acidorū:si ponuntur in cibarijs:prohibent superfluitates ne veniant ad stomachū ⁊ intestina:⁊ decoctio ipsius confert vlceri intestinoruꝫ ⁊ emanationi humiditatū antiquarum a matrice. Idē quoqꝫ voluit Haliabas in quinto Theorice.capitulo.xix.dicēs. Granatuꝫ cōplexionis et frigide:⁊ qđ acerbum est: fortis est frigoris humiditatis tēperate ⁊ siccitatis:cholerā hic reprimit: stomachum cōfortat ⁊ epar caliduꝫ: vomitū sedat:⁊ materias ꝓhibet ne ad ventrē fluāt cholericas. Dulce autem inter caliduꝫ ⁊ frigidum ⁊ tēperatum est:⁊ humidā habet cōplexionem.tussimqꝫ que est ex calore mitigat:⁊ generat in stomacho frigido ventositatē: Ex quibꝰ satis liquet ꝙ granata plꝰ in via medicine q̄ꝫ in via cibi reponūtur:⁊ propterea tēpore sanitatis aut nunq̄ꝫ:aut raro eis vtendum est.⁊ p̄cipue accidis:nisi gratia extinctionis caliditatis stomachi vel epatis ⁊c. Et ꝙ ita sit patet per Galie. in secundo de alimētis.c.xxij.sic dicentē. Alimentum autē corpori exhibēt q̄dem, granata omnino modicuꝫ: quare nunq̄ꝫ ipsis vt alimento vtimur:sed in pharmaci parte solum ⁊c.

¶ Ca.cxcviij.ostēdit naturā ⁊ iuuamēta iniubarum in via nutrimenti nō facere ad sanitatē.

Uiube meliores:teste Auicē.i.ij.canonis. c.ccclxx.sūt maiores earuꝫ:que frigidē sunt in primo equales in siccitate ⁊ humiditate: et sunt declinātes parum ad humiditatem.cōferunt acuitati sanguinis calidi:⁊ extimo ꝙ illud sit ꝓpterea ꝙ ingrossant sanguinē ⁊ viscosum faciāt ipsum:⁊ illoruꝫ existimatio qui putāt ꝙ ipse clarificent sanguinē ⁊ lauēt eū est existimatio corrupta:ad quā ego nō declino:⁊ nutrimētum earum ⁊ digestio sunt difficilia:⁊ sermo q̄dē bo-

mus in eis est ille quē dixit Gal. Non reperi iniubas in cōseruāda sanitate ꝛ remouēda egritudine aliqđ operā tes: sed reperi eas difficilis digestio: nis et pauci nutrimenti: conferunt pectori ꝛ pulmoni: sunt male stoma: cho ꝛ difficilis digestionis. Qđ simili ter voluit Isaac in particularibꝰ die: tis.c.pproprio.cū inqt. Iniube calide sunt ꝛ humide in primo gradu: paruz nutriunt: ꝛ sunt difficiles ad digeren: dum stomachoq; nociue ꝛ sanguinis phlegmatici gñatiue. Que tñ cūsūt pō tice ꝛ immature sanguinis acumē extin gunt: ꝛ si ad maturationis tēpus per uenerint pectoris ac pulmonis asperi tatem humectāt. Uñ Gal. iuiube nec sanos custodiunt: nec sanitatez egris restaurāt. Rasis vero de eis sic dixit i tertio Almāsoris.c.xx. Iuiube in cali: ditate sunt tēperate: ꝛ sunt bone gut: turi ꝛ pectori: sanguinis quoq; acuita tem parumper extingunt. Et in libro quarto suoruz aphorismorum sic in: quit. Iuiube ardorem sanguinem ex: tingunt: choleram expellunt: humidi tates tēperant: ꝛ maxime recentes et mature. Et dixit Cratin ꝙ est mirabi lis earum natura. Et i.xxi. cōtinētis. c.cccccxvij. dixit autoritate Bimma: sui. ꝙ iuiube calide sunt ꝛ humide in primo: ꝛ cū proprietate earum depo: nunt acuitatē sanguinis cholerici: cō: ferunt pectori ꝛ pulmoni: tamē male sunt stomacho. Et inqt Gal. in libro nutrimēti. ꝙ nutrimētum ipsarū est modicum: ꝛ ipsaruz digestio est diffi: cilis. ꝛ generāt phlegma. vt etiā retu lit Serapio autoritate eiusdē i loco al legato. Et ppter sapientum medicoꝝ cōsilio vtamur: ꝛ ipsas postponas si nostrā cupimꝰ ɔseruare sanitatē eo q: parū nutriūt: ꝛ q: id minimū nutrimē tū ipsarū ē malū ꝛ phlegmaticū: om nino ab his q̄ frigide fuerint cōplexio nis ꝛ frigidi stomachi fugiendū.

Capitulū.cxcix. ponit naturaz proprietates. ꝛ iuuamenta limo: num ꝛ arantiorū.

De his duobꝰ in vno capitu lo scribendū esse iudicaui: mus: cū eorū nature opera tiones ꝛ ꝓprietates simi: les existāt. pariterq; ad mē sas nobiliū veniant. De quorum pri mis dicemus cū autore pandectarū sic, primo de limoncello scribente. Li: mōcellum oībus est notū: cuius odor confortat cor: ꝛ eius acetositas est fri gida ꝛ sicca: ꝛ valet sirupus ex ea fa: ctus ad febres pestilentiales. deinde dixit de limone. Limō fructꝰ pulcher odoratꝰ plenus succo acetoso valde apto salsamentis. ꝛ ipse etiā comedi: tur sale cōditꝰ. Nusq̄ȝ memini de ipso legisse apud authorem autenticum: nisi apud: Auicen. in quarto canone in cura febrium acutarū in generali: vbi iubet dare aquā acetositatis li: monis nō saliti. Qđ etiā precise Mi: chael noster inqt: verū ipse addidit vt existimo totū absolute dicēdū frigidū ꝛ hūiduz vsq; ad scđm ꝛc. Cuiꝰ existi mationē nolumꝰ reprobare: cū proxi: mo: vt Chilom ait: nō sit maledicēdū alioquin audituros q̄ nō merore cōfi: ciāt. Sed tātū qđ de cōplexione hoꝝ fructuū: salua semꝑ vniuscuiusq; reue rētia: sentiamꝰ. breuiter explicabimꝰ ea fūcti auctoritate q̄ anno etatis no stre vigesimo ꝑ clarissimos collegij nr̄i ꝓfessores nobis fuit ꝓ sua in oēs humanitate ɔcessa dicētes. ꝙ limonū succꝰ frigidꝰ sit supra scđm. q̄litercūq; ipz volueris d̄noiare: acetosū. s. aut sti pticū aut pōticū vł ex his cōmixtum. Nullū em̄. viij. saporū poteris ei ma: gis q̄ȝ aliquē istoꝝ appropriare vt pz discurrēdo. Si dixeris eū acetosū. repo nemꝰ ipz frigidū esse ꝛ siccū in scđo. ꝛ dicemꝰ ꝙ eiꝰ humor sit subtilis pene trabilis humores grossos icidēs: ꝛ ap petitū ꝓstratū excitās iuxta sniaz Isa ac i.v.d.c.xiij. dicētis. Acetosꝰ sapor fri

giditatem in secundo gradu esse de=
nũciat:qꝛ humores sui substantiales
sunt subtiles ⁊ penetrabiles ⁊ partim
terrestres:ideo pforat ⁊ incidit gros=
sos humores ⁊ appetitum cõmouet.
Que fuit etiã Gal.determinatio in q̃r
to de simplici medicina distinctione
ij.cap iiij.Si vero dixeris succũ limo
num stipticũ esse aut põticũ:qđ ẽ ma=
gis verisimile:⁊ nos pronũciabimus
eũ frigidũ esse in tertio aut in pͥncipio
eius dicẽte Jsaac ĩ loco allegato.Põ=
ticitatis humores sũt pure terrestres
⁊ frigidi similiter ⁊ sicci tantũ. qđ ne=
cesse est vt in fine tertij gradus sint vi
cini:vnde ⁊ sua nutrimenta sunt par
uissima ⁊ grossos humores facientia
⁊ subtili diete illaudabilia ⁊c. Si aũt
stipticũ dices ⁊ frigidũ in.iij.⁊ siccum
habebis ipm̃ collocare:vt'oẽs volue=
runt antiq̃.dixit em̃ Gal.in.iiij.de sim
plici medicina distin.vj. Omne corpꝰ
stipticum denudatũ ex reliquis sapo=
ribus apud sensum inuenis semper
experimẽtum infrigidare.Quã cũ ha
beat cõplexionẽ infrigidat corpus hu
manũ et desiccat:carniũ quoqꝫ ac san
guinis minorationẽ faciet si quis eo
multotiens vtatur. stomachũ quoqꝫ
cõfortat:ac ventrẽ scđm plurimũ con
stringit:⁊ sanguinẽ gñat melãcholi=
cum:vt etiã scripsit Almansor in. iij.
Et si cõpositũ ex dictis saporibus di=
xeris:cõpositas habebit opatiões ex
illis resultantes:q̃bꝰ autẽ in fine scđi
aut in tertij frigidũ habebis pnuncia
re ⁊ desiccatiuũ. Et ppterea non via
cibi:sed via potius cõdimenti limoni
bus ⁊ limoncellis erit vtendum:nec
etiã ab omnibus:sed ab his tãtũ qui
calidũ ⁊ nõ appetentẽ stomachũ ha=
buerit.Quare ⁊c.¶ De arancijs vero
pandectarũ auctor sic inq̃t.De citran
gulo nunq̃ꝫ mentionẽ reperi:nisi in.v.
canonis ⁊ in antidotario Damasceni.
Nobis autem videtur ꝙ Gal.in.ij.de
alimentis.ca.xv.de cedrorum fructu
fecerit mentionẽ.Quiquidẽ fructꝰ nõ
citrum:vt patet primo per eundem fa
cientẽ.ca.xxxv.de citro.Patet etiã per
seriem verborũ eiꝰ que est talis . Ce=
drias nominãt fructũ cedri:similes q̃
dem entes archeutidibus scđm colo=
rem ac figuram:etem̃ subruffe ⁊ rotũ=
de sunt differentes autẽ dirimitate id
est pugitiuitate scꝫ a limonibꝰ : ma=
gis enim limones pungunt q̃ꝫ aran=
cie:vt docet experientia.Et propterea
dicebat Michael noster. dꝫ eligi arã
cia põderosa ⁊ minꝰ acetosa qꝛ minꝰ
stomachũ ledũt ⁊ post aliq̃ subdit.Ca
ro vero eoꝝ cõfert stomacho calido cho
lerico:⁊ reprimit acuitatẽ cholere : no
cet tamẽ plurimũ stomacho frigido :
sicut cortex eius maxime confectꝰ cuꝫ
zuccaro cõfortat eũ.Pro his tamẽ q̇
ea nõ cognoscunt:⁊ ab acetosis in sto
macho leduntꝛ:sciendũ ꝙ melius est
vt ipsam non comedãt. que tamen
si omnino desideraret rubicundio=
ra saltẽ ⁊ leuia corticẽ grossum haben
tia sibi emant: qm̃ hec maturiora et
dulciora minusqꝫ nociua existunt.Et
de eis ĩ modica sumãt quantitate:cũ
impossibile sit vt omnimoda careat
acetositate stomacho pluriũ inimica
dicente Gal.vbi supra.Commune est
oĩm pungitiuorũ modicũ dare corpo=
ri nutrimentũ:qꝛ palã succus eiꝰ mor
dicatiuꝰ est satis stomachi ⁊ graua=
tiuus capitis:nisi aliquis valde parũ
ipsum offerat. quare.⁊c.

¶ Capitulũ.cc.ostendit naturã et
pprietates mespilorũ cũ iuuamẽ=
tis ⁊ nocumentis eorũ.

MEspila aũt scđm vulga
res nespila frigida sũt
⁊ sicca in primo gradu
teste Jsaac in particu=
laribꝰ dietis.c.pprio et
pprietatẽ habẽt stoma
chum confortandi:cholericã egestio=

nem ac vomitũ auferũt vrinã prouocãt: & magis pertinet ad medicinã quam ad cibum parũ enim nutriunt & grossos faciunt chimos: & meliora sunt ante cibũ quam post. & secundũ Auicẽ. in secundo canõis. capitulo. cccccccclvij. sũt mala siluestria: & sunt saporis põtici & stiptica vincentia cholerã: & retinẽtia cursum: id est fluxũ: plus omni fructu faciũt soda & sunt mala stomacho et strigũt & retinẽt vrinam. Sic quoque a Serapione scribit. Laror est arbor spinosa: cuius vna pars vocat mespilũ: et habet fructũ paruũ similẽ malis paruis bonũ ad comedendũ: & est stipticus bonus stomacho: & cũ comedit retinet vẽtrẽ & tarde maturat. Que fuit etiã Gal. snia in. ij. alimẽtorũ. c. xxiij. dicẽtis. Fructus mespili est stipticius stipticitate forti: & i folijs & i sũmitatibus est stipticitas. Uirtus eius est frigida palã. quoniam taliũ omniũ parũ comedere cõuenit nõ vt ficuũ aut vuarũ copiose: neque enim vt alimẽto: sed medicinis ipsis indigemus magis. in. vij. de simplici medicina. c. Mespiluz scdm translationẽ grecã quidã tricoctuz nominãt. eo quod tria habet ossula oia intra se. & post aliqua subdit. Stipticus aũt sufficiẽter est fructus huius arboris: et vix esibilis & recẽtius sufficiẽter est. vẽtris: & in germinibus eius & folijs stiptica qualitas est nõ pauca. Diascorides quoque scdm trãslationẽ grecam sic inquit de eo. Mespiluz semẽ habet rotundũ fructuz minimũ matiano similẽ tria ossa habẽs: vnde tricoctũ dicit stipticuz est eustomachuz vẽtrẽ abstinet & tarde maturescit. A quo sumpsit Rasis cũ i. iij. Almãsoris. c. xx. de eis ait. Frigida sunt & sicca quam vẽtrem stringunt & cholerã reprimunt rubeã & vomituz abstinẽt &c. & subdit. Et quam ex eis sunt dulcia adhuc sunt debiliora. Ex quibus patet quod rebus hmõi nõ est vtendũ: nisi gratia medicine & nõ rõne nutrimẽti vt p. Gal. apparet vbi supra. & in libro de euchimia & cachochimia. c. v. sic dicente. Pomis & piris & mespilis nõ vt cibis: sz vt pharmacijs indigemus ad robur stomachi atque vẽtris: & difficilis sunt digestionis: & ideo in parua sumãtur quãtitate et raro: necnõ ab habentibus stomachum calidũ cholerizantẽ & huiusmodi: ab alijs vero minime.

¶ Capitulũ. ccj. ostẽdit naturã pprietates & iuuamenta mororum in via cibi.

Morũ dulce vt princeps ait i. ij. cano. c. cccccxcix. currit scdm semitã ficus in maturatione: sz est deterioris nutrimẽti & minoris & siccioris & magis destruẽs sanguinem: & deterius stomacho: in reliquis vero ficus dispositiones habet: est tamẽ inferius ea dulce ẽ calidũ & humiduz: & acetosum ẽ ad frigiditatẽ decliue: & in ipso est frigiditas & ifrigidatio. Et ifra inquit. Morũ est malum stomacho: corrũpit enim in eo: & quando non corrũpitur velociter: non nocet Et oportet quidem vt comedãtur oẽs species eius ante cibũ: et recipiãt i stomacho in quo nõ fit corruptio. Illud vero de seni nõ nocet stomacho cholerico: et nõ ẽ in ipso de mala cõueniẽtia stomacho quod est in alijs: quibus sit in ipso malitia: & nõ est nausea in ipso & nutrimẽtũ eius est paruũ: & facit appetitũ cibi: & facit ipsum lubricũ: et extrahit ipm velociter: & oĩno descẽsus eius a stomacho fit velociter: sz eius descẽsus ex intestinis est tardus: & solutio mori est plurima: & ppter hoc in moro quidẽ dulci est velocitas descensionis: aut propter suam humiditatem: aut propter acredinem et admixtam. Et in oibus quidem speciebus mori est prouocatio vrine. Isaac vero

in particularibus dietis.c.ꝓprio sic de eis scripsit. Mora celsi duobus modis sunt: aut cruda: aut acria non natura aut matura perfecte dulcia. Acria ꝛ nō matura sunt frigida ꝛ sicca vim habēt stipticā confortatiuā stomachi ꝛ intestinorum: ꝛ ventrē cōstipāt: ꝛ ꝓpterea huiusmodi valēt ad diariā ꝛ dissinteriam: maxime si de cholera sint. Matura ꝛ dulcia ad calorē pertinēt ꝛ ad humiditatē. plus autē ad humiditatem que ex stomacho eÿciuntur cito ventrem humectāt: vrinā prouocant. Si tamē cibum in stomacho ante se acceptum inuenerint: ꝛ eis obsistētibus cōmorantur in corruptionē cōuertuntur ꝛ stomacho nocent ac capiti. Si autē stomachū vacantem inuenerint: bene digeruntur: sed modicū nutriunt ieiunis accepta ꝛ refrigerata in aqua frigida: aut in niue refrigeratiua sunt valde: sitim auferunt: ꝛ intensionem caloris extingunt ꝛc. Hec etiā fuit Rasis sententia in.iij. Almansoris.c.xx. dicētis. Mora que sunt dulcia in caliditate sunt temperata: ꝛ in stomacho fastidiū faciūt. Acetosa vero frigida sunt: que ꝛ ventrē cōtinent: ꝛ sanguinē fortiter reprimunt. Et in lib. xxj. continentis.c.clxxj. autoritate Diascoridis similiter ait: ꝙ laxant ventrē ꝛ cito corrūpuntur in stomacho. ꝛ autoritate Gal. in.vij. subiūxit. Fructus celsi maturus laxat ventrē: cū est acerbus ꝛ desiccatus stringit fortiter ventrē: ꝛ valet contra dissinteriā ꝛ oēs species fluxus. Et ait libro dietarū. cū comeduntur celsi ante comestionē: ꝛ inueniāt stomachum mundificatū velociter descendūt a stomacho: ꝛ reddunt facilem descensum aliorū ciborū: ꝛ cum comedūtur post cibum: ꝛ in stomacho sunt mali humores: velociter corrūpuntur: ꝛ nocēt magno nocumēto: ꝛ sicca mora vel desiccata: sunt medicina dissinterie ꝛ fluxus chronici: ꝛ velocitas descensionis ipsorum sunt maturi: pōt esse ꝓpter humiditatē ꝛ viscositatē sue substātie: aut propter qualitatē permixtā eis habentem superfluitatē acutam laxantem ventrē. ꝛ subdit. Et qñ celsi non corrūpūtur in stomacho: ꝓculdubio humectant ꝛ non infrigidāt nisi fuerint infrigidati: ꝛ eorꝫ nutrimentū est paucū sicut melonū: sed non sunt mali stomacho ꝛ nō vomitū mouēt sicut melones. Postremo dixit autoritate eiusdē in libro chimorū: ꝙ cum celsi descēdūt stomacho priusꝗ corrūpantur: non oīno faciunt malā operationē: nisi multiplicetur ipsorꝫ esus. Ex quibus patet ꝙ raro: ꝛ non nisi ab habētibus stomachum mundū: mora sint māducanda. Et ꝙ ita sit apparet etiā per Haliabatez in.v. theorice.c.xix. sic dicentē. Mora frigide sunt cōplexionis in primo gradu. in scđo vero humide q̄ bñ matura sunt: ventrē molliunt: immatura autē stringunt: eorūꝗ cōplexio frigida est ꝛ sicca. Et si q̄s mora stomacho purgato comederit ꝛ vacuo cito ab eo descendūt: vrinam ꝓuocāt: ꝛ humorē generāt bonū. Si sit autē mala in stomacho superfluitas cito corrūpuntur ꝛ humorem reprobū generāt. ideo ante cibum comedēda sunt. hec ipse. Qđ etiā voluit Gal. vbi.s. ꝛ in lib. de dissolutione continua: vt in.c. de chrysomilis annotauimus. quare ꝛc.

¶ Cap.ccij. ostēdit naturā ꝓprietates ꝛ nutrimentū nucū vsualiuꝫ cum suis nocumentis.

NUces calide sunt ꝛ sicce ꝛ prouocāt vomitū ꝛ laxant ventrē: teste Auerroi i.v. colliget. vbi subiunxit. Et dicitur ꝙ habent malā proprietatē: ita ꝙ qui vtuntur eis nimis faciūt eis in lingua paralysim ꝛ comeste cum ficubus obstant veneno loco bezaar: et multum valent senibus ꝛ nocent illis

qui timent passiones caloris: ꝛ tēpore magni frigoris nō sunt nociue. Quod etiam voluit princeps in.ij.canonis.c. cccccij.cũ dixit. Nux est calida: cuius tiriaca est cum datur calefactis. oximel: ꝛ habentibus debilem stomachũ cum muri ꝛ aceto: ꝛ calida est in tertio ꝛ sicca in principio secũdi: ꝛ eius siccitas est minor caliditate ipsi⁹: ꝛ in ipsa est humiditas grossa que delet̃ cũ antiquatur. Facit soda: est difficilis digestionis ꝛ mala stomacho sed nutrita ꝛ recens est melior stomacho ꝛ minoris nocumēti: ꝛ illud qñ frangitur a duobus corticibus suis: ꝛ nux quidez nutrita cũ melle cōfert stomacho frigido: dico autē ꝙ nux nō est incōueniēs nisi stomacho calido tantum. Facit bothor. Et quando comeditur cũ muri soluit. Multus vero vsus eius educit vermes paruos ꝛ ascarides ꝛ est ex eis que cōferunt orbo ꝛ cũ ficubus et ruta comesta est medicina oībus venenis ꝛ ex ea cũ cepe ꝛ sale fit emplastrum super morsum canis rabiosi et reliquorũ. Similiter haliabas in.v. Theorice.c.xix.dixit.ꝙ calida est ꝛ humida in secundo gradu ꝛ recentis calor est modicus. humiditas autē multa. Et post aliqua subdit. Est autē nucis cibus paucus: que autē vetus est facta comestioni nō cōpetit: recēs autem ventrē mollit maxime si cũ muri comedatur: nisi ꝙ capitis dolorem facit si nimiũ comedatur: sitim etiā prouocat: ꝛ in choleram mutatur rubeā: magis autē que vetus est ꝛ si cũ ficubus comedatur prodest venenosoruz veneno. ꝛ demũ cōcludit. Non est autem a nucibus sanguis generatus malus. A quo sumpsisse videtur Isaac in particularibus dietis cũ inquit. Nuces virides sunt minus sicce calide tamen: ꝛ habent aliquantulũ humiditatis propter maturitatē imperfectā: vnde paruz sunt sicce parumqȝ stomacho nociue: que si a ieiunis comedantur cũ obsomogaro ꝛ aceto ventrem humectant: cũ ruta autē manducate sunt cōtra venenum. Sicce vero sunt tripliciter: quedā em̄ sunt tpi producēti eas vicine quedā remote: ꝛ alie sunt mediocres: ꝓpinque sunt humide parum vnctuositatis habentes atqȝ quidam ponticitatis in eis est: que quanto ab eodē elongātur tpe: tanto eoꝝ cōsumitur humiditas: eisqȝ vnctuositas dominat̃: que tunc manducate cito in humorē cōuertuntur cholericuz quibus itaqȝ vetustioribus existentibus vnctuositate multo magis dominante fit earum sapor ꝛ vetustissimuz oleum ꝛ cibi naturā augmentāt. Cetere vero nuces corporibus nocēt: qꝛ difficulter digeruntur: ꝛ stomacho nocēt cholericis assimilantur humorib⁹: calideqȝ inimicant̃ tussi: ꝛ prosequit̃ vel inde. Nuces minus auellanis sunt nutribiles ꝑpter suoꝝ corpoꝝ raritatem ꝛ sue vnctuositatis viscositatisqȝ copiam: vnde villis stomachi semꝑ sunt cōtrarie: nisi tamen stomachum inueniant temperatum: aut tātum habentem frigiditatis quantũ caloris nunc repugnare valet. Idcirco tali fiũt stomacho nutrimenti boni boneqȝ digestionis: calorē autem habēti prestant vnctionē i cholericũqȝ mutant̃ humorem ac fumos capitiqȝ dolorē faciunt ꝛ in oculis vertiginē: sed vt ab eis omne auferat̃ nocumētum: mundate in aqua calida ponant̃ per noctē vt partez humiditatis ab aqua sibi i mutuēt fientqȝ virides scd̃m vero medicinam valent: qꝛ si cum ficubus ante cibum edant̃ cōtra rem venenosam corp⁹ defendunt ꝛc. Idē quoqȝ Rasis sensit in iij. Almāsoris.c.xx.cũ ait. Nuces calide sunt: q̄ in ore vesicas faciunt ꝛ cale faciũt ac capitis generant dolorē. Et in.iiij.suoꝝ aphorismoꝝ libro. Nuces auellane male sunt stōacho ꝛ epati: ꝛ hũores malos efficiũt i ieiuno. ꝛ.i.xxi. ꝯtinētĩ.c.ccij.autor. Ga.i.vij.dixit. Nu

ces que nō sunt cōplete neq̃ desiccate
sunt replete humiditate indigesta. Et
autoritate Diascoridis ait. Nuces q̄n
sunt mature sunt tarde digestionis: ⁊
nocent stomacho: ⁊ generāt cholera₃
citrinā ⁊ faciunt sodam ⁊ nocēt tussi:
⁊ si comedātur ante cibū de facili fa-
ciunt vomere: ⁊ comedētes eas cū ficu
sicca ⁊ ruta ante ⁊ post assumptionem
medicine mortifere ipsa non nocebit
eis: q̄n talis mixtura est tiriaca ipsi⁹:
⁊ multus vsus nucū purgat vermes.
Subiunxit deinde autoritate eiusde₃
in libro cibo℞ q̄ recentes sunt minus
calide q̄̃ sicce: ⁊ sunt plus humide adq̃
se insipide ⁊ sicce amotis primis exte-
rioribus grossis corticibus: si ponūtur
in aqua calida redeunt ad naturā nu-
cum recentiū: ⁊ debēt comedi cū almu
ri ⁊ aceto ⁊ q̄n sic comedūtur erūt mi-
noris nocumēti. Et nuces cōdite cum
melle stomacho conferūt ⁊ desiccant
eius humiditates: ⁊ sunt calide ⁊ sicce
ꝓpter species eis admixtas. Nos aūt
vidimus Gal'.in.ij. de alimētis.c.xxvj.
sic de ipsis scribentem. Nux laxa est ⁊
plus habēs oleaginū in se q̄̃ auellana
participat autē ⁊ qualitate stiptica ad
modicū: q̄ in tēpore procedēte marce
scit trāseunte tota ipsius substātia in
oleaginum humorē vt perfecte inesi-
bilis fiat ⁊ infra etiā dixit. Nuces hu-
mide ad secessum sunt idonee: sicce ve
ro minus. Ex quibus patet q̄ calidam
habētes cōplexionem minime eas de
beant manducare: frigidi autē senes
⁊ phlematici securius ⁊ in hyeme pre-
cipue.

¶ Cap.cciij. ostendit naturā ꝓprie
tates ⁊ iuuamēta oliuarum suisq̃
cum nocumētis ⁊c.

Oliuarum duo sunt gn̄a: vt
dixit haliabas in.v. theori
ce.c.xix. alterū olei: ⁊ alterū
aque. Que magis nutriūt
olee sunt pontice vero sto-
macho cōferunt ⁊ ipsum excitant pro-
prie si cū aceto sumātur: sunt autē me
die inter subtile ⁊ grossum. Que autē
perfecte sunt maturitatis calide sunt
temperati caloris: immature autē fri-
gide. A quo princeps videtur accepis
se cū dixit. Oliue mature sunt calide ⁊
imature sūt frigide deide subditi eo lo
co.s.in.ij. cano.c.cccccxxix. Oliue q̄dē
sūt ex eis que nutriūt parū per: ⁊ oliue
quidē cum dispositione sua sunt diffi-
cilis digestionis et grosse: earū salite
subleuant appetitum: ⁊ cōfortant sto-
machū: et generant humorem stipti-
cū: ⁊ acetose sūt magis receptibiles di
gestionis oēs q̄̃ alie. Isaac vero lōge
clarius distinctius diffusiusq̃ de ipsis
ꝑtractauit cū i particularibus dietis i-
quit. Oliue duobus modis diuidunt
Domestice.s. ⁊ siluestres. ⁊ iterū do-
mestice trifariam: cū sūt pontice viri-
des ⁊ nō mature. Secundo cū sūt ni-
gre perfectā habentes maturitatem.
Tertio cū sūt iter hec mediocres ru-
beum habentes colorē. quas Diasco-
rides appellauit hyacinthinas. Viri-
des autē que sūt pontice ⁊ immature
in duas diuidunt: i aquaticas.s. quas
fugimus: q̄n nil vnctuositatis i eis re-
peritur nisi paruissimum. Oliue vero
que recte aquatice vocantur sunt ter-
restres: q̄d ponticitas sueq̃ vnctuosi-
tatis testatur inopia: ⁊ ob hoc ad fri-
dem:quãdo accipitur aliquid ex eo ꝛ
ponitur super aliqđ membrũ corpis:
expanditur multũ ꝛ penetrat ꝛ bibit
ipsum membrũ corporis:debes existi
mare de ipso ꝙ illud est valde perfe=
ctum.ꝛ ꝙ virtus que est necessaria in
oleo est in eo reperta.hec ipse. cũ tali
itaqꝫ vel cũ onfacino cibaria ꝯdiam⁹.

¶ Cap.ccxv.ostendit naturã ꝛ ꝓ
prietates aceti:declarãdo iuuamẽ
ta ipsius ꝛ nocumẽta.

ACetum diuersimo de vr̃:ab autorib⁹ graduari. dixit em̃ Auerrois de ipo in quinto colliget. ꝙ videt de aceto vt dñans sup ipsum sit substãtia frigi=
da ꝓpter acetositatẽ que est in eo: q̃s
uis:habeat partẽ vnã igneã:q̃ indica
tur ꝓpter ipsi⁹ acumẽ:ꝛ iam dictũ est
ꝙ acumẽ ꝓuenit ꝓpter fortẽ siccitatez
cũ modico calore:ꝛ multa ipsius mor
sio nõ significat super malã calidita=
tem:qꝛ hoc ꝓuenit a subtilitate:ꝛ etiã
acetositas in eo.qđ est qꝛ acetositas
incidit:ꝛ maxime qñ associatur calori
ꝛ ideo debem⁹ ponere ipm frigidũ in
secundo.ꝛ siccum in tertio:ꝛ maxime
vetustum.hec ipse.Auic.vero in scđo
cano.c.lxxviij.dixit.Acetũ est cõposi=
tum ex caliditate ꝛ frigiditate.ꝛ am=
be substantie sunt subtiles. ꝛ frigida
quidẽ est magis dñans ꝛ illud in quo
est acredo est calidius.Si vero nõ ha
beat acredinẽ est frigiduꝫ ꝛ decoctio
eius diminuit de ipsi⁹ frigiditate ali=
quid.Et subdit.Est fortis exiccatiõis
et subtiliat:ꝛ incidit.et adiuuat ad di
gestionẽ:ꝛ est conferens cholericis ꝛ
nocens melancholicis:est nociuũ ner
uis:ꝛ ideo nocet stoacho frigido ma
trici ꝛ similibus:cõueniens tamẽ sto=
macho calido ꝛ humido disrumpẽs
appetitũ:et adiuuãs ad digerẽdum.
et totũ illud:qꝛ preparat stomachum
eius tamẽ assiduatio quãdoqꝫ perdu
cit ad hydropisiꝫ:ꝛ quãdoqꝫ bibitur
calefactũ post medicinas mortiferas
ꝛ cõfert.Et in tertia pⁱmi.c. j. doctri=
na.v.sic etiã de eo ait.Aceto in cibo ꝛ
potu vti in pestilentia est nocumenti
ipsius securatio.Et in.ij.tertij.c.iiij.in
quit.Acetum est ex rebus que neruis
sunt nociuiliores.ꝛ in.vij.quarti trac.
c.vj.Qui habet debilitatẽ neruorũ:et
mulieres que habent nocumentũ in
matrice:deuitent acetũ.Que fuit sen
tentia hippocratis in tertio regimi=
nis acutoꝝ textu cõmẽti. xl. dicentis.
Uniuersaliter acredo aceti eos iu=
uat qui cholerã habent amarã: nõ
autem qui nigram:cholera enim eua
nescendo in naturã phlegmatis trãs=
fertur cum ab aceto trahitur:nigra
vero ebullit et crescendo multiplica
tur. quoniam acetum choleram ni=
gram adiuuat multiplicari. ꝛ postea
subiunxit.Acetuꝫ plus feminis q̃s ma
sculis inimicatur:qꝛ ledit matricẽ. et

Gal. in cōmento dixit. Acetum nocet oībus mēbris neruosis ꝑpter subtilitatē substātie: ꝑpter quā hʒ penetrationē in ꝑfundū mēbroꝝ: et penetrat in totū mēbrum: ita vt non remaneat in eo pars: cuius sit parua valde: cui nō noceat. scdm hoc ergo nocet membris neruosis. Alia quoqꝫ ratio ponit ab eo in primo de simplici medicina distinctione. iij. c. ij. dicēte. Acetū procul dubio est frigidū: verūtamē in eo caliditas parua. et nō calefacit corpꝰ nisi ꝑ accidēs. et in quarto eiusdē ait. Acetū ē subtile infrigidās et desiccēs. Et in. vj. eiusdē. c. dixit. Acetū infrigidat vehemēter. et penetrat ad mēbra oia velocit: et ꝑuenit facile: et ꝑpterea a calidū hñtibus stomachum acetuʒ familiare habeat. qm̄ vt etiā inqt Rasis in. iij. Almāsoris. c. xvij. acetū frigidum est et siccū: qd̄ et maciē efficit et virtutem destruit: sperma quoqꝫ minuit: cholerāqꝫ corroborat nigrā: rubeam vero cholerā ac sanguinē debilitat: ciboſqꝫ quibus admiscet subtiliat. Et in. xxj. continētis. c. cccciiij. autoritate Diascoridis inquit. Acetum est frigidum: siccū: et stipticū: cōfert stomacho ꝑuocat appetitū et c. Et dixit Ruffus. Acetum infrigidat et subtiliat humores grossos: et siccat corpꝰ: et amputat sitim: et extinguit cholerā: vt etiā ait filius Mesue. Cū ita sit igit quod acetuʒ infrigidat in prīo et desiccat in tertio: vt silr dixit Isaac in ꝑticularibꝰ dietis. idcirco dissolutiuū est et extenuatiuum: et ꝑpterea est de rebꝰ magis nocentibꝰ habētibꝰ naturas melācholicas teste Gal. vbi. s. sed. c. vij. est quoqꝫ de rebꝰ nocētibus epati: cū vsus eiꝰ abūdās fuerit: dicēte Auēzoar in suo theisir tractatu. xiij. c. j. Accidit debilitas virtutis epatis causa vsus aceti supflui: et ꝑpterea ab eis et ab his qui in stomacho vel matrice. aut in neruosis membris alijs patiuntur vsus eius fugiendus est.

¶ Cap. ccxvj. ostēdit naturā operatiōes et ꝑprietates acreste: et quibus conueniat naturis et c.

Acresta in plerisqꝫ saporibꝰ ponit: et precipue in estatis tēpore a calidā habētibus cōplexionē diligit: ideo de ipsa dicamꝰ cū Diascoride sic scribēte. Oportet quod exprimat succus ex vua nō matura anteqꝫ ascendat stella canis. et ponat in sole vase cooperto et c. et hec frigida est valde et sicca atqꝫ plurimū stiptica. hoc tñ a qꝫpluribus nō obseruat: immo tūc faciunt eā cum vua iam inceperit maturari: et hec non tantū frigida nec adeo stiptica existit: et pro debilibꝰ stomachis magis cōueniens erit: igit diuersorum operationū et effectuum scdm diuersitatē vue: tēporis: et alioꝝ. Illa tamen approbat magis: que est citrina declinās ad rubedinē vt medici dicunt. Que autē sit eius natura: et que sint ipsius operationes: ptʒ ex his q̄ scripsit Gal. in. iiij. de simplici medicina distinctione. ij. c. cum inquit. Aqua acreste infrigidat infrigidationi completa et integra: et ꝑpter illud confert inflationi et adustioni vltimo iuuamēto quando ponitur super os stomachi: et sup totū ventrē; aut sup oēm locū in quo est necessaria infrigidatio. Et distinctione. iij. c. ij. eiusdē quarti sic etiā ait. Differentia inter succuʒ acreste et acetū est: quod in aceto cuʒ acetositate sunt acuitas et acredo que generantur a caliditate generata a putredine. Sic igit caliditate accidētali est calidū aque vero acreste nō est accidentalis caliditas: neqꝫ est subtilis sicut acetum. Et post pauca subiūxit. Frigiditas aque acreste est debilior: et nō permiscet ei omnino aliquid ex caliditate extranea et propterea aqua acreste inuenitur magis iuuatiua qꝫ acetum illi qui habet mirach ventris

fui inflãmationẽ ⁊ adustionem. Quo
niã aque acreste nõ est frigiditas la
boriosa corrũpẽs: neq̃ caliditas mor
dicatiua accidẽtalis: ⁊ ille qui hꝫ hu=
iusmodi egritudinẽ: nõ indiget nisi vt
sedetur eius caliditas mordicatiua: ⁊
q: etiã aqua acreste nõ est acetosa tã
tum: immo in ipsa cum illa est pontici
tas. Et ideo cõcludit ipse in eo loco.
Omnes species acreste sunt cõuenien
tes ad extinguendũ inflammationẽ:
⁊ propterea cholerici ac sanguinei q̃
calidã habẽt cõplexionẽ: debẽt ea su
per cibos calidos vti: ⁊ p̃cipue in esta
tis constitutione iuxta sententiam prin
cipis. Auicẽ. in. ij. canonis capitulo de
columbis dicẽtis. Et oportet quidem
vt calefacti comedant eos cũ acresta
⁊c. Quod nõ solũ de colũbis. sed ⁊ de
reliquis valde calidis est intelligen=
dũ. Nõ sic autẽ super pisces reponen=
da est: vt cõmuniter fit a plerisq̃. ꝙ si
quis oĩno eam super pisces vel alia
huiuscemodi frigida proijcere volue
rit: ipsam prius decoqui faciat: ⁊ nõ in
eneo vase: sed in terreo vel lapideo: ⁊
cum aromatibus calidis ⁊ speciebus
⁊ sale refrangat ipsius frigiditatem
plus ⁊ minus scd̃m stomachi ⁊ susci=
pienti cõplexionem. Ex quibus appa
ret ꝙ acresta non ita sit vniuersaliter
periculosa sicut acetum pro mulieri=
bus phlegmaticis ⁊ huiusmodi.

¶ Cap. ccxvij. ostendit naturã et
operationes mellis apum: decla=
rando quib⁹ cõplexionibus cõue
niat: ⁊ quibus naturis sit nociuũ.

MElle in cõdimentis vti
quandoq̃ nõ est inu=
tile: cũ dicat Auerrois
in. v. colliget. Mel est
calidum ⁊ siccum in se
cũdo gradu: ⁊ est mul
te abstersiõis: ⁊ cibus
medicinalis: ⁊ ꝓprie in senibus: q: ci=
bus est in ipsis multũ iuuatiuus: cũ
eis cõuertatur in sanguinẽ bonũ. Sed
mel cãne qđ etiã ẽ mel: minoris ẽ calo
ris alio melle: ⁊ minoris abstersionis:
nec hꝫ illam mordicationẽ quã habet
mel: idcirco maioris est iuuamẽti alio
melle mẽbris que nocentur nimia ab
stersione sicut stomachus: pulmo: et
vesica ⁊c. Auicẽ. vero in. ij. canonis. c.
ccccxvij. sic de eo inquit. Mel est ros
occultus cadẽs super flores: ⁊ sup reli
qua: quẽ colligunt apes. quod acce=
pit a Gal. in. iij. de alimẽtis. c. xxxviij.
dicente. Fit quidem mel super folia
plantarum: est autẽ neq̃ succus ipsa=
rum: neq̃ fructus: neq̃ pars: sed eius=
dem generis: quidẽ cum rore: attamẽ
nec continue nec cõsimiliter illi fit co=
piosum. Deinde prosequit᷑ Auicen. in
loco preallegato ⁊ dixit. Melius mel
est qđ est vere dulcedinis: boni odo=
ris: declinans ad acredinẽ ⁊ ad rube=
dinem ⁊ qđ est vt palea in colore: qđ
nõ est subtile ⁊ viscosũ. qđ nõ abscin
ditur. ⁊ melius est venale: deinde esti
uum: hyemale autẽ est malũ. Et mel
apum est calidũ ⁊ siccũ in scd̃o: ⁊ virt⁹
eius est abstersiua: aperitiua orificio=
rum venarũ: resolutiua humiditatũ:
⁊ expellit humiditates ex profundo
corporis. ⁊ ꝓhibet putrefactionẽ ⁊ cor
ruptionẽ carnis. Et mel cuius spuma
nõ est eiecta inflat ⁊ soluit ventrẽ: ⁊ si
auferat᷑ spuma ipsius minorat᷑ illud:
decoctũ nõ mouet ventrẽ: immo q̃nq̃
stringit phlegmaticos. ⁊ nutrit pluri
mũ. Que fuit ẽt sentẽtia Isaac in pti=
cularibus dietis sic scribẽtis. Mel ca=
lidũ est ⁊ siccũ in scd̃o gradu: aliquã=
tulum habens acuminis ab apum na
tura acquisitũ: vnde cachochimia cor
pora incidit ⁊ mundificat: malorũq̃
copiam humorũ ab interioribus cor=
poris per poros excludit: venarumq̃
sordes optime digerit: ideoq̃ nature
frigide et humide ⁊ precipue senori=
bus confert: cito enim in eis in san=

guinem mutat̃:calidis ṽo incõueniẽs est maxime si cõplexio eorũ sit sicca acumẽ eis ⁊ incendiũ largit̃:⁊ in cholericum humorez ꝯuertit̃.Si vero in sanguinẽ vertat̃:facit reliquum calidiorem ⁊ nullũ corporib⁹ eoꝝ dat nutrimentum. Laudabilius mel est vernale:autũnale ṽo peius:hyemale autem pessimum.grossum eñ est: vnde ꝓpter sue substantie duritiẽ ṽtus in sua deficit actione ⁊ post multa dixit. Mel in sua permanens cruditate mã ducantibus inflationẽ ⁊ ventositatẽ generat:asperitatem pectoris augmẽtat propter sui acumen:vomitũ ⁊ egestionem ꝓuocat.Mel autem cũ aqua multa sufficienter coctũ tenuius est ⁊ humidius.Qua de re nihil acrius in eo reperitur:neqꝫ est inflatiuum:neqꝫ vomitus ꝓuocatiuũ sed edentiũ corpora cito perforat ac velociter nutrit. pectorisqꝫ lenit asperitatẽ ⁊ vrinã adducit.Mel aũt qḋ coctũ est sine aqua ⁊ dispumatũ multũ plus ceteris hꝫ acuminis ⁊c.Qḋ similiter voluit Rasis in.iij.Almansoris.c.xx.dicẽs. Mel calidum est:citoqꝫ in choleram vertit̃ rubeam:atqꝫ phlegma quasi lambẽdo destruit.Quod senibus frigidam habentibus naturã ⁊ ꝯplexionem cõfert.In estate aũt ⁊ his q̃ calidaz habent cõplexionem malum existit.Qḋ iterum replicauit in.xxij. continentis c.viij.⁊ idẽ sensit haliabas in.v.theorice.c.xxvij.dicens .Mel calidũ est et siccum in scḋo gradu frigidas habentibus cõplexiones opportunum:⁊ cui phlegma dñatur ac senibus: generat eñ in eoꝝ corporibus sanguinem bonum:⁊ caloris substantiã cõfortat naturalis maxime si tp̃s hiemale sit.Si aũt cuius calida est cõplexio seu cui⁹ corpori cholera dñatur:vel ẽt iuuentutis est etas illud acceperint: maluz est ⁊ in eoꝝ corporib⁹ cholerã rubeã morbosqꝫ illis generat acutos ac calidos:magis aũt si tp̃s fuerit estiuum hoc eñ tẽpore potius in cholerã mutatur q̃ꝫ sanguinem generet ⁊c. Que quoqꝫ fuit Gal̃.sentẽtia in scḋo de virtutibus naturalibus.c.viij.⁊ in.iij.de simplici medicina dist.iij.c.v.dicẽtis. Non est mirũ neqꝫ immanifestũ: qm̃ mel est dulcius omni re:⁊ generet in corpore humorez qui est amarior humoribus oĩbus.⁊ facit illud in iuuentute ꝓprie ⁊ in habentibus naturas calidas:⁊ in febricitantibus ꝓprie ꝑmutationem:⁊ in conuersionẽ suã ad choleram:⁊ cã in illo est intellecta: et res eius est manifesta:⁊ illud est:qm̃ sicut mel qñ approximatur extrinsecus igni tpe longo fit amari saporis. Similiter est ꝓprietas eius in corporibus hominũ:q: qñ inuenit caliditatem fortẽ generat humorẽ cholericũ. in corporibus aũt in quib⁹ superfluaz frigiditatẽ inuenit:aut ꝓpter etatem aut cã complexiõis naturalis:aut infirmitatis cõuertitur ⁊ ꝑmutatur ad sanguinez bonũ tẽperate ꝯplexionis: cum facilitate ⁊c.Ex quibus ptꝫ q̃bus conueniant mel ⁊ condimẽta facta cũ eo.⁊ in quo tempore anni: quibusqꝫ nociuuz existat.quare ⁊c.

¶ Capi.ccxvij.ostendit naturam proprietates ⁊ iuuamenta mellis cãne quod zuccarum dicitur.

MEl canne a quibusdaz: ⁊ ab aliĳs zuccaꝝ dicitur: qḋ nos cũ vulgaribus zuccaruz appellamus: de quo dicamus post sermonem mellis apũ:priscos patres imitãdo q̃ postq̃ꝫ de illo dixere: statim: ⁊ de hoc determinare consueuerũt. Incipiamus ergo cũ haliabate in.v.Theorice.c.xxvij.sic scribente.zaccara tẽperate est cõplexionis:sed ad calidũ in omnib⁹ suis habitudinib⁹ assimilat̃:nisi ꝙ sitim non mouet:eiusqꝫ nutrimentum

maius est quam mellis. zaccara autem tebarzeda: alba .s. et solida et plurimum excocta ceteris melior est speciebus et subtilior etc. A quo iuniores videntur accepisse .s. Auerrois .v. colliget cum dixit. Mel canne quod est mel: est minoris caloris alio melle et minoris abstersionis: nec habet illam mordicationem quam habet mel. idcirco est maioris iuuamenti alio melle membris que nocentur nimia abstersione: sicut stomachus: pulmo: et vesica. Auic. similiter in .ij. cano. c. ccccxcvij. sic ait. Et mel de cannis est calidum in primo: et potest esse vt sit humidum in primo: et non est vt mel apud siccum. Et hoc etiam significatur et diuersificatur secundum maiorem aut minorem eius purificationem et albedinem: vnde quanto magis rubeum tanto calidius existit: et album est. quod zuccarum tabarzet a medicis nuncupatur. de quo Princeps in .ij. canon. speciale fecit. c. d. cclj. dicens quod frigidius est. i. minus frigidum zuccarum tabarzet et est sublimius. vniuersaliter tamen zuccarum calidum est in fine primi: et antiquum declinat ad siccitatem in primo. et est humidum in ipso .s. antequam antiquetur: et quanto magis antiquatur tanto magis exiccatur: est lenificatiuum: abstersiuum: lauatiuum: et subtiliatiuum. Et zuccarum non est inferius melle in abstergendo: et mundificando: et quanto plus antiquatur fit subtilius: est bonum stomacho in quo non generatur cholera: ipsum enim ledit quoniam ad choleram conuertitur et est aperitiuum oppilationum: et in ipso est virtus faciens sitim minorem tamen sitim quam facit mel: et proprie antiquum quod generat sanguinem feculentum: et abstergit phlegma stomachi: et rubeum vehementioris est lenificationis etc. Isaac quoque in particularibus dietis sic scripsit de ipso. zuccara calida est in fine primi gradus: humida in medio: choleram dissoluit et extenuat: et ventrem absque vlla morsura sui humectat: et stomachum mundificat: quia passibilis substantia est nonnunquam tamen in choleram rubeam mutatur. Rasis similiter in .iij. Almansor. c. xx. in fine dixit. zuccarum guttur et ventrem lenit: neque calefacit nisi paruum .s. zuccarum tabarzet. et in .xxij. lib. continentis. c. cccxcv. dixit autoritate Galie. in .vij. Uires zuccari sunt vt vires mellis in abstersione: desiccatione: et dissolutione: sed cum tenuitate ipsius nocet stomacho ad modum nocumenti mellis: neque infert sitim, vt facit mel: quia ipsum in vtroque in huiusmodi remouetur a melle. Et dixit Bimmasui de cannis zuccari. quod sunt calide in primo: et humide in vltimo eius: et conferunt asperitati accidenti in pulmone et pectore: et gutture et vesica: et leniunt naturam: et conferunt stomacho ex abstersione illius quod in eis fuerit. Sed nocent habentibus in stomacho choleram rubeam excitando eam cum dulcedine ipsarum. Et infra dixit autoritate eiusdem. zuccarum nigrum. idest rubeum: calidum est et humidum: sed vetustum calidum est et siccum: et valet ad ventositates ventris: et dissoluit naturam: et si bibitur cum oleo amygdalarum dulcium confert colice: veteri etiam phlegmati quod est in stomacho: sed tamen sitim infert etc. Fugiant ergo iuuenes zuccarum rubeum et res conditas cum eo et albissimo potius vtantur: quod frigidius est: vt diximus: idest minus calidum: nisi phlegmatici essent: et velut femine. Et in hyeme regione que frigidissima. Tunc enim eis potest zuccarum rubeum conuenire: sicut et senibus nostris rubeum bonum erit longe vtilius albissimo. Quare idem de confectionibus iudicium fieri debet. Si enim ex zuccaro albo et bono facte fuerint: minus nociue sunt illis quarum libra vna pro solidis octo habetur. Quamplures enim ex bono foro decipiuntur: quemadmodum auarissimus quidam concivis noster ditissimus: cum nuptias fecisset venetias iuit: et capsam vnam dictis confectionibus impleuit: eo quod pa-

rum exposuerat: cūq; domū reuersus esset: ecce filij inquit q̄d bene mercari cōferat: et loquēdo capsam aperit: et ex cōfectionib⁹ farinā sine mola cōtritā intuent. Unde senex erubuit: simulq; indoluit auariciā cognoscendo.

¶ Capi. ccxix. ostendit naturam et proprietates sepe seu vini cocti simul cum nocumentis ex vsu eius prouenientibus.

Desapa siue de vino cocto dicem⁹ cū Michaele nostro sic in sua practica scribente. Reperit rob: vinū: et carenū. Rob vini dicit q̄n decoctio fit vsq; ad consumptionē medietatis: et dicitur vinū coctū. Carenū vero q: tertia parte carēs: et etiā dicitur vinum coctū: aliq̄n itaq; decoquitur intantū vt ad spissitudinē mellis veniat: et tūc scd̄m quosdā proprie dicit rob vini: et vt existimo calidū est et siccū in secūdo. nā etsi caliditatē per decoctionē recipiat: etiā de eius calore naturali resoluit: dure est digestionis inflatiuū multum nutrit: et est congruū patientib⁹ in pectore: et pulmone: et vulneratus in renib⁹ et vesica: est enim mūdificatiuū et cōsolidatiuū: et est doloris mitigatiuū in emplastris positū cum furfure frumēti sale et huiusmodi. Et ista mihi vr̄ fuisse Isaac sentētia in dietis particularib⁹ circa finē dicentis. Sapa grossior est et durior inflatiua: q̄ si digerat multū dat nutrimentū: et est cōgrua patientibus in pectore: et pulmone: et vulneratis in renibus et vesica: est eñ mūdificatiua et solidatiua. Et ideo pro cōdimēto et in dulcorādis saporib⁹ quibusdā possumus ea in modica vti q̄titate pmiscētes ipsam cum agresta vel aceto: et huiuscemodi frigidis ad remittendā eorū frigiditatē et acredinem. Et sicut de melle apum supra diximus: q̄ iuuenibus et calidis et precipue in estate non cōueniebat: sed senibus magis et phlegmaticā habentibus cōplexionē in hyeme cōstitutis et talibus: sic et de sapa mihi videt esse dicēdū. Et quia grossa est: vt Isaac inquit vbi supra: ideo timētes oppilatiōes in epate aut splene ipsi non assuescāt: q: oppilatiua est et ratione dulcedinis et ratione grossiciei: vt manifestū est. Et hec sententia colligi potest ex dictis Galieni in plerisq; locis: sed maxime in cōmēto. ij. iij. lib. regiminis acutorū dicentis. Dico ergo q̄ cum omne vinū dulce calefaciat et sit grossum in substantia sua: oportet vt virtutes particulares que apparēt ab eo q̄n bibitur nō sint nisi ab istis duabus qualitatib⁹: scilicet dulcedine et grossicie: quod est quia colori in se nō est virtus in nocumento aut iuuamēto: ergo quātitas grossitudinis vini huius est illa: et tarditas penetrationis eius. Op; ergo vt non solū nō aperiat oppilationes alicuius mēbrorū: sed faciat in eis oppilationes: et propter hanc causam fit nocumentū eius epati quādo in ipso est infirmitas nocumentū magnum: et proprie quando in eo est apostema aut duricies: et nocet etiam huic mēbro nocumēto non pauco quando oppilationes que sunt in eo accidūt ab humoribus grossis. Et subdit infra. Deinde mēbrū scd̄m cui aduenit nocumentū post epar de vino dulci est splem etc. Cum autem sapa sit hmōi: imo dulcius vinum: et grossius longe magis q̄ vinum illud de quo intellexit Gal. in loco preallegato: maxime debet esse a predictis suspectū: et propterea tutissima res erit: aut ipsa; totaliter dimittere: aut in modica in cōdimentis accipere quātitate: ne in incōmoda ex grossicie prouenientia incurramus incidamusue. de quib⁹ in c. xlvj. libri huius abundantissime pertractauimus.

¶ Cap.

¶Cap.ccxx. ostendit naturã et proprietates salis simul cuȝ ei⁹ iuuamentis et nocumentis.

SAl quid est? Gen⁹ terre est: que terra incensa inquit Gal. in libr. de iuuamẽto anhelitus. c. vltimo autoritate Aristo. vbi autẽ Aristo. hoc dixerit ipse nõ expressit. Nos aũt dicim⁹ ꝙ ex libello de sensu ꝛ sensato. Et ex secũdo Metheororum id facile elici põt. Sal ergo adeo in oẽs fere cibos cõdiendos ingredit̃: ꝙ a vulgarib⁹ existimet̃: vt inter oẽs sapores ipse principatũ obtineat. Nõ est aũt ita cũ amarus sic ꝛ stipticus. vt Princeps ait in scđo canonis. cap. cccccccxix. ꝛ sit calidus ꝛ siccus in scđo: ꝛ quanto plus est amarior: tãto plus est calidior. Et abstersiuus: resolutiu⁹: cõstrictiu⁹: exiccatiuus: ꝛ cõfert hũorum grossiciei: ꝛ sal ois facilẽ efficit superfluitatũ egressionẽ ꝛ descẽsionem cibi. Isaac autẽ in particularibus dietis sic inquit de ipso. Sal calefacit moderate: multũ tñ desiccat: qꝛ cõpositũ est ex duabus qualitatibus. Una est colatiua ꝛ incisiua. Altera vero est coadunatiua et cõstipatiua: que vtreqꝫ desiccatiue sũt: ideoqꝫ sal desiccat in tertio gradu: ꝛ calefacit in scđo. Qđ duobus modis est: metallinũ scȝ ꝛ marinũ. maxime aũt fit in lacubus qui saline a vulgo vocantur: vt fit de aqua maris estiuo tẽpore cocta. Metallinũ laudabilius est maxime qđ caret lapidibus: ꝛ sit clarũ obtusuȝ ꝛ equale. Marinũ vero bonũ est si sit candidũ: nõ tñ quale metallinum. vnde dixit Diascorides. Sal metallinũ forti⁹ est marino. qđ Gal. negauit. dixit eñi actionẽ illoruȝ fore equaleȝ ambo initio dissoluunt: et mũdificant grossorũ humorꝫ superfluitatẽ ꝛ putredinẽ: deinde que ex eis remanẽt desiccãt ꝛ consumunt. Quibus finitis naturalẽ corporis coadiuant humiditatẽ ꝛ cõstrictã cõseruãt: ꝛ poros cutis claudũt: vt illa hũiditas putredini nõ appareat: ꝛ dat cibis ꝯdimentũ saporitatẽ atqꝫ acceptabilẽ humiditatem adiuuantẽ ꝛc. Rasis etiã in .iij. Almãsoris. ca. xvij. sic ait de ipso. Sal calidus est ꝛ siccus: qui cibis auferẽs fastidiendi nocumentũ subtiliatqꝫ appetitũ excitat ꝛ acuit. eoꝝ. ꝑterea sanguinẽ qui multam ex eo sumunt quãtitatẽ adurit: visuȝ ꝗqꝫ debilitat atqꝫ sperma minuit: ꝛ pruritũ ꝯgñat: ꝛ scabiẽ. et in .xxiij. libro cõtinẽtis cap. cccccccclj. dixit autoritate Diascoridis. Sal hȝ virtutes stipticas abstersiuas ꝛ mũdificantes ꝛ dissoluentes ꝛc. et Gal. in .vj. dixit de sale fodito ꝛ marino: vires habẽt similes: tñ diuersi sunt. quia sal foditus vehementioris est strictionis: ꝛ grossitudo et stipticitas exinde fiunt in eo maiores. dixit etiã Oribasius. Uires salis cõpostte sunt abstersiue et stiptice: sed he due qualitates cõstringũt: ideo sal desiccat humiditatẽ ꝗ est in corpore: ꝛ etiã cõsumit et colligit mẽbra solida cũ stipticitate ipsi⁹: ideo desiccat corpora ꝛ cõseruat ea a putrefactione ꝙ nõ putrefiant. Idẽ quoqꝫ dixit Paulus. ꝛ Bimmasui sic de eo scripsit. Sal calidus est in secundo: et siccus in fine tertij: dissoluit valde habẽs in se põticitatẽ modicam cõprimentẽ: humiditates que fiũt in corporibus desiccat eas: liꝗ facit humores cõgelatos in corpore: ꝛ cõseruat corpora cũ siccitate ipsius: lenit naturã: ꝛ cõfert in corpore phlegmatico ꝛc. et dixit Bugeris. Sal calidus est ꝛ siccus: ꝛ mixtus cuȝ nutrimentis frigidis mu-

tat de natura ipsoꝝ:ita ꝙ vertunt in calida ⁊ sicca:⁊ ꝓpterea bonum est vti sale in cibarijs frigidis:⁊ humidis que calefieri ⁊ desiccari opz sicuti diximꝰ supra.ca.lxxviij.libri huiꝰ.vbi Isaac adduximꝰ dicentē. Studuerunt antiqui artificialiter adaptare carnē pinguissimā cum multo sale ⁊c.⁊ infra. Iterum caro pinguis nō dz comedi:nisi assata cū multo sale ⁊c.Ecce igitur ꝙ pinguissima cibarioꝝ ⁊ insipida multa,salis quātitate ꝓ suo idigēt condimēto:⁊ p̄cipue cū a phlegmaticis accipiunt.Cholerici vo et macri ab eiꝰ vsu supfluo tāq̄ ab inimico caueāt:pariterq̧ a rebꝰ salitis:⁊ per maxime in estatis tempore.

¶Cap.ccxxj.ostendit naturam proprietates ⁊ iuuamenta seminū anisi ⁊ aneti in via ꝯdimēti.

Dicamus mō de cōdimentis ciboꝝ factis cū seminibus et speciebus magis vsitatis: postq̄ cōpleuimꝰ sermonē de his q̄ sunt liquores aut eis similes:⁊ obseruādo premissuz ordinē alphabeti:dicemus in primis de aniso cū Auerroi in quinto colliget sic scribēte. Anisum calidū ⁊ siccū in tertio gradu:ideo q: substātia ignea super ip̄m dn̄atur.⁊ significat sup hoc acuitas sui saporis cū aliquātula dulcedine:cuius opatiões sunt:q: vz ad carminādū ventositatē:⁊ ꝓuocat vrinā:⁊ aperit oppilationes.que fuit sentētia Gal.in.vj.de simplicibus medicinis.ca.xlvj.dicētis. Anisum in sua acuitate est ꝓpe medicinas cōburentes:⁊ est in tertio gradu siccitatis .⁊ similiter est in caliditate:⁊ ꝓpter hanc causam ꝓuocat vrinam. Auicēna vero in.ij. canonis.cap.si scd̄i tractatꝰ aliter de caliditate eiꝰ sentire vr̄ cū ait. Anisum est semen feniculi romani:⁊ est minoris acuitatis q̄ nabathi:⁊ meliꝰ est ⁊ ponderosius:calidū est in scd̄o:⁊ siccuz in tertio:ē aperitiuū cū stipticitate pauca:⁊ est sedatiuū doloꝝ ⁊ resolutiuū vētositatum:ꝓuocat lac:abscindit sitim factā ex humiditatibus baurachijs:⁊ cōfert oppilationi epatis ⁊ splenis generate ex humiditatibꝰ:ꝓuocat vrinā:et mundat matricē a fluxu humiditatū albarū:mouet coitū:⁊ expellit nocumētum venenoꝝ ⁊ venenosoꝝ.hec ipse. Que fuit etiā sn̄ia Rasis l.xxj. cōtinētis.c.cxxx.dicētis autoritate Diascoridis. Anisum hz virtutem calefaciēdi ⁊ desiccādi: mitigat dolorē:⁊,dissoluit inflationē : costringit ventrē:⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ sudorē dissoluit superfluitates:⁊ extiguit sitim.⁊ ꝯfert oībus venenosis morsibus reptiliū:⁊ ꝓhibet fluxū hūiditatū.albarū ad matricē:⁊ excitat coitum. Idē quoq̧ dixit autoritate Gal.Oribasij.Pauli:⁊ filij Mesue que dimittamꝰ breuitatis gratia. De aneto vero dicimus ꝙ licet magis sit medicinale q̄ cibale:tū ⁊ ipso ꝓ cōdimētis a quibusdā vtitur: ideo dicemꝰ cū Auerroi in.v.colliget de ipso ꝙ calidum est in primo gradu:⁊ attingit parū ex scd̄o:⁊ est siccū in principio scd̄i ⁊ in fine primi:⁊ idcirco est dissolutiuū ⁊ mitigat dolorē ⁊ inducit somnū. Quod etiā sensit Auicē.in.ij.canonis.ca.lxxij.dicēs. Calefactio aneti est inter scd̄m ⁊ tertiū:et eiꝰ exicatio inter primū ⁊ scd̄m:est maturatiuum frigidorū humoꝝ:⁊ sedatiuū dolorū ⁊ carminatiuū vētositatuz. facit somniū:⁊ eiꝰ comestionis assiduatio debilitat visum:⁊ facit abundare lac in sorbitiōibꝰ.⁊ vt dixit Gal.

nocet stomacho: ⁊ vomitũ inducit: ⁊ cõfert dolori ventris pungitiuo. Qđ etiã dixit Isaac in dietis particularibꝰ. ⁊ Gal. in. vj. de simplicibꝰ pharmacijs. ⁊ Serapio autoritate Abẽmesui: Pauli: ⁊ ceterorum antiqͦrũ. ⁊ ideo nobis vr̃ cõcludẽdũ esse: ꝙ q᷑ anetũ calidũ est ⁊ stomacho incõueniẽs ⁊ nauseã faciẽs: q̃uis lac augmẽtet: ⁊ vẽtrẽ leniat: ꝙ vsus est ꝓ medicinis tm̃ ⁊ nõ pro cibis neqꝫ ꝓ cõdimẽto sit habẽdus. cum nullũ habeat ad cõdiẽdũ laudabilẽ operationẽ quã ⁊ alia simplicia tot nocumẽta nõ habẽtia nõ cõtineãt. Q̃re nr̃o cõsilio potiꝰ alijs q̃ ipso ꝓ cõdimẽto erit vtendũ. Isaac tñ in particularibꝰ dietis sup multa rectificãda eũ vr̃ administrare: sicut etiã ⁊ cuminũ: ⁊ multa alia qui in italia nec placerẽt nec equidẽ videri: vt ita dicã: nedũ possunt mãducari: eo ꝙ horridi sint odoris abominabilisqꝫ saporis. Nos aũt delectabilia ⁊ suauia debemꝰ assumere si sanitatẽ volumꝰ cõseruare: vt in. c. lvj. libri huiꝰ declarauimus.

¶ Cap. ccxxij. ostẽdit naturã et ꝓprietates coriãdri simul cũ iuuamẽtis ⁊ nocumẽtis eius.

Coriandrũ frigidũ est in fine primi vsqꝫ ad scđm: ⁊ siccum in scđo: ⁊ apud quosdaꝫ in tertio: apud me ṽo siccũ est declinãs ad caliditatẽ paruã: vt inquit Auicẽ. in. ij. canonis. c. cxliiij. ⁊ subdit. Sed Gal. in toto facit declinationẽ ad caliditatẽ: ⁊ forsitã illud est ꝓpter substãtiã in ipso subtilẽ que resoluitur. Et deinde subiunxit. in ip̃o est stipticitas stupor: ⁊ eiꝰ proprietas est ꝓhibere vaporẽ a capite: ⁊ ꝓpter hoc ponit̃ in cibo patiẽtis epilepsiã ex vapore stomachi. ⁊ cõfert etiã vertigini facte a vapore cholerico ⁊ phlegmatico: multa tñ eius comestio generat tenebrositatẽ visus: ꝯfert tremori cordis calido: est tarde digestionis: ⁊ ꝯfortat stomachũ calefactũ: ⁊ sedat eructuationẽ acidã post cibũ: ⁊ semẽ eius siccũ frãgit virtutẽ coitus ⁊ erectionẽ virge desiccãdo sperma. Auerrois autẽ in. v. colliget dixit. Coriãdrũ calidũ est in primo gradu: ⁊ est cõpositũ ex substãtijs cõtrarijs hoc est ex substãtia amara ⁊ substãtia aquea: ⁊ stiptica: ⁊ scđm hoc facit diuersas operatiões ⁊c. Et ista fuit snĩa Isaac in ꝑticularibꝰ dietis. c. ꝓprio dicẽtis. Coriandrũ diuerse virtutis est: ꝙ testat̃ varietas sui saporis: hꝫ em̃ amaritudinem ⁊ põticitatem: ideoqꝫ Hippocrates dixit ip̃m habere calorẽ ꝓ sua amaritudine ⁊ põticitate: ⁊ dixit ipsum esse stipticũ: ⁊ ꝙ post cibũ acceptũ somnũ p̃stet: sꝫ Diascorides intendit ip̃m frigidum esse: dixitqꝫ illud scrophulas dissoluere: qđ Gal. dixit esse ipossibile scrophulas frigiditate curare q̄ grossi sunt et duri humoris: intentionem aũt hũc intelligere nõ valeo scrophulas frigiditate curare: ⁊ coriandrum frigidũ esse dicẽtis: saporẽ eius amarũ esse: amaritudo em̃ significat calorẽ extenuãtẽ. Scđo ṽo cibũ durũ est coriãdrũ digestiõiqꝫ inobediẽs ⁊c. Hãc aũt ꝯdictionẽ Diascoridis ⁊ Gal. ꝑnceps Aui. vbi. s. sic vr̃ remouere tenẽdo cũ Diascoride dicẽs. Gal. remouet frigꝰ a coriãdro ꝯdicẽdo Diascoridi Ego aũt dico ꝙ iã testificati sũt frigꝰ eiꝰ Russus ⁊ Archigenes: ⁊ alij ab eis. Et infra dixit. Inquit Gal. cũ coriandrũ resoluat scrophulas quomodo ergo est frigidum. ⁊ soluẽs dixit. Et possibile quidẽ est: ⁊ dicatur ei ꝓpter ipsius proprietatem: et quoniam in ipso est substãtia subtilis ꝓfun-

dans penetrās:nō aūt profundat
substātia frigida.Et vr̄ etiā fuisse
snia Rasis in.iij.Almansoris. cap.
xix.dicētis.Coriandrū recēs frigi-
dum est:de quo nō multo sumēda
est quātitas:forsitā eīm mors seque
ret:cui⁹ parua quātitas eadē que
ꝛ lactuca operat:verū tñ ipsum nō
humectat.et in lib.xxij.cōtinentis
cap.cccccclvj.idem dixit autoritate
Pauli.Bimmastij.Bugeris:Cuzi:
ꝛ alioꝝ plurium sapientū.Qui oēs
in hoc cōuenerūt ꝙ coriādrū sit fri
gidū ꝛ siccū.Galieno excepto:cui⁹
cōtradictionē ꝛ ipse ibidē posuit.
Qui soluit pōt vt diximus de men
te principis.Et ad id qđ Isaac cū
Gal.videtur ꝯcludere Diascoridē
scꝫ:ꝙ si coriandrū est amarum:quō
est frigidū.Dicere possumus ꝙ et
cicorea est amara:ꝛ tñ est frigida.ꝛ
similiter rosa ꝛ opiū ꝛ multa talia
sunt amara cū ab oibus frigida ꝓ
nūcient:ratione tñ quarūdam par
tium calidarū cū frigoris tali cum
modo substātie permixtarū qđ to-
tū inde resultās reddit amarū:ꝛ sic
possunt saluari Diascorides ꝛ reli-
qui coriādrū frigidū esse asserētes.
Quicquid tamen sit conueniunt
ipsi oēs:vt parua quantitas ex eo
māducet ꝓpter nocumēta que ipō
possunt induci.quale ꝛc.

¶Cap.ccxxiij.ostēdit naturam
ꝓprietates ꝛ iuuamēta cinamo
mi:vt eo ꝓ cōdimēto vtimur.

CAnella a vulgaribus
dr:qđ nos cinamomū
appellam⁹:calidū set
siccū in scđo gradu et
in siccitate plus extē
ditur:ꝛ hoc qꝛ cōposi
tū est ex substātia terrestri cū sub-
stantia aerea equaliter:ꝛ hoc testi-
ficatur Gal.ꝛ cū hoc hꝫ substantiā
subtilē igneā:a qua hꝫ suā aroma-
ticitatē:ꝛ stipticitas suo cū modico
acumine significat terrestrē substā
tiā:ꝛ anelositas sua significat sub-
stantiā aereā super ipsam dominā
tē.ꝛ hoc scit ꝓpter naturā canarū:
cui⁹ iuuamēta manifesta sūt in sto
macho ꝛ epate:qꝛ ex medicinis:ī q-
bus ineniūt aromaticitas ꝛ stipti
citas ꝛacumē:ꝛ ꝙ hꝫ tā nobilē ꝯple
xionē roborat oīa mēbra ꝛc. Hec in
quit Auerrois in.v.colliget. Prin-
ceps vero in.ij.canonis. ca.cxxviij.
inter alia de eo ꝙ meli⁹ est illud qđ
est boni odoris ꝛ acutū:qđ hꝫ sapo
rē sine mordicatione:ꝛ calor ei⁹ est
purus nō cōmixtus ꝛc. Calidū est
ꝛ siccum in tertio:ꝛ vltimum est in
subtiliatione. attactiuū aperitiuū
et recti ficans putrefactionē oēm
virtutē corruptā:ꝛ oēm saniositatē
humoꝝ corruptorū.cōfert tenebro
sitati oculi comestū ꝛ collyrizatum
cōfert tussi ꝛ mūdificat qđ est in pe
ctore.aperit oppilationes epatis:
cōfortat ipm:ꝛ cōfortat stomachū.
et desiccat humiditatem eius . et
cōfert morsui vermiū venenosorū
ꝛc.Hoc etiā voluit Isaac in parti-
cularibus dietis cū inquit. Cina-
momū calidum est in tertio gradu:
stomachū confortat:qꝛ aromaticū
est oppilationē epatis aperit:ꝛ ꝓ-
uocat vrinā.similiter Rasis in.iij.
Almāsoris.c.xvij.dicens. Cinamo
mū calidū est ꝛ siccū:qđ stomachū
ꝛ epar roborādo digestiuam adiu
uat atꝗ ventositatē expellit. Et in
iiij.libro suoꝝ aphorismoꝝ sic etiā
ait.Cinamomū virtutē habet bo-
num faciendi odorē ꝛ bonū saporē
ꝛ cōfortat cor.ꝛ addit in sperma.Et
in libro.xxij.cōtinentis. ca.cccxxij.
dixit autoritate Gal.in. vij.tracta-
tu simplicis medicine.Cinamomū
est in vltimate tenuitatis:nō tñ in
vltimate caliditatis:sed est in ea in
gradu tertio:ꝛ nō est in aliqua me-

dicina calefactiua que deſiccet ad= modū deſiccationis ipſiꝰ ex cauſa tenuitatis ſubſtãtie eius. Qđ etiaȝ dixit autoritate Diaſcoridis: ⁊ de= mū autoritate Pauli ſic inquit. Di xit Paulus in .vij. tractatu. ꝙ cina= momū eſt in vltimitate ſubtilitatis partiū: ⁊ nõ eſt ĩ vltimitate calidita tis ſed in tertio gradu eius: ⁊ nulla medicina cõparat̃ ei in calefactio= ne ⁊ deſiccatione ex tenuitate par= tium eius. ⁊ poſtea ſubdit. Et dicit̃ in libro cibarioꝝ: ꝙ cinamomū eſt calidū ⁊ ſiccū: iõ bñficiū p̄ſtat ſtoma cho cõferẽs frigiditati q̄ eſt in eo ⁊ in epate: ꝓuocat vrinã: aperit oppi lationes: abſtergit caliginẽ viſus: et deſiccat humiditatẽ que erit in capite ⁊ in ſtomacho: ⁊ ꝓprietatem hȝ ſi comedit̃ ꝙ ꝓdeſt caligini vi= ſus accidenti ex ꝑte hũiditatis: et ꝓpterea ꝑ cõdimẽtis eo vti poteri mus: ⁊ p̄cipue puluere eiꝰ ſuper ci bos ſuꝑflue hũidos ⁊ frigidos ſto macho nocẽtes ⁊ capiti: qm̄ bonū: immo optimum erit correctiuum pro malitia ipſorum.

Cap. ccxxiiij. oſtẽdit naturaȝ ꝓprietates ⁊ iuuamẽta croci qđ a q̄buſdã zafaran dicitur.

CRocus teſte Auer roi in. v. colliget. calidꝰ eſt in ſcđo gradu: ⁊ ſiccus in primo: eſtq; digeſti= uus ⁊ cõfortatiuꝰ cordis: ⁊ hȝ ſubſtã tiã calidã ſtipticã et ſtipticitas ſua eſt ex ͥ rebꝰ q̄ adiu uant ad digeſtionẽ quam facit ⁊c. Auicen. vero in .ij. canonis. c. cxxx. dixit ſimiliter ꝙ calidus eſt in ſcđo gradu: ⁊ ſiccus in primo: etiã ſtipti cus reſolutiuus ⁊ aperitiuus: ⁊ eiꝰ caliditas eſt tẽperata. Gal. vero di= xit ꝙ eius caliditas eſt fortior ſti= pticitate ipſius. ⁊ Alchanzi dixit ꝙ nunq̄ alterat humorẽ: immo ꝯſer= uat eū ſecūdū qualitatem ⁊ rectifi= cat putrefactū ⁊ cõſeruat viſcera: ⁊ potus ipſius colorẽ efficit bonum verūtñ facit ſoda ⁊ ipſe nocet capi ti: ⁊ facit ſomnū: ⁊ tenebrat ſenſus: cõfortat cor: ⁊ ipſe eſt lenificatiuꝰ: facit nauſeã ⁊ deijcit appetitū: pro pterea ꝙ oppoſitꝰ eſt acetoſitati q̄ eſt in ſtomacho ex qua eſt appeti= tus: ſed tamen ipſe confortat ſto= machū: ꝓpter illud qđ in ipſo ẽ ex caliditate ⁊ preparatiõe ⁊ ſtiptici= tate: ⁊ eſt bonꝰ ſpleni: vt quidã di= xerūt: excitat coitū ⁊ ꝓuocat vrinã: ⁊ bibitꝰ accelerat partū mulieꝝ ⁊c. ⁊ hec fuit ſnĩa Raſis in tertio Al= mãſoris. cap. xxij. dicẽtis. zafaran calidū eſt ⁊ ſiccū: qđ ſtomacho con= gruū exiſtẽs: tñ nauſeã capitiſq; do lorẽ ⁊ granedinẽ facit: ſomnūq; ꝓ= uocat ⁊c. ⁊ in libro. xxij. cõtinẽtis. c. cccliiij. autoritate. Diaſcoridis ſic ait. Crocꝰ hȝ vires digerẽtes: leniẽ tes: ⁊ reſtringẽtes: ꝓuocat vrinam: p̄ſtat bñficiū colori: tollit ebrietatẽ bibitꝰ cū vino cocto incitat appe= titum ad coitum: ꝓuocat ſomnum ⁊c. et dixit Gal. In croco eſt res ſti= ptica modica: ⁊ iam manifeſtaui= mus ꝙ pars ſtiptica eſt terreſtris: tñ preualentior eſt ei qualitas cali da: vñ erunt vires eiꝰ in calefactio ne in gradu ſecūdo ⁊ in ſiccitate in primo gradu: ideo in eo eſt pars aliqua digeſtiua: ⁊ ſubuenit ei ſuꝑ hoc ſtipticas modica que eſt ĩ ip̄o ⁊c. ⁊ dixit Paulꝰ. Crocus eſt calidꝰ in ſcđo ⁊ ſiccus in primo reſtringit ⁊ digerit: ⁊ ſimiliter dixit Bimma= ſui: ⁊ ꝓſequit̃. Digerit cibariū: ap= petat ſtomachū ex ꝑte põticitatis ipſius modice q̄ eſt in eo: corrobo= rat epar: tollit difficultatẽ anheli= tus: ⁊ appetitum cibi ꝓuocat ⁊ vri= nã: ⁊ bonū colorẽ facit: tñ malꝰ eſt

cerebro.et sup abundantia assum-
ptionis eius nō laudatur:qr tollit
appetitū cibi.ꝛ post multa subiun-
xit.excitat actus venereos inferēs
dolorē capiti:ꝛ dixit Costa.Cor le-
tificat.demū propria autoritate sic
inqt Dico ꝙ erat quedā parturiēs
ꝛ sumēdo de eo drachmas duas pe
perit statim ipsa hora:ꝛ expertus
sū hoc pluries ꝛ ita semp inueni:
ꝛ qr stomachi delet appetitū ꝛ capi
ti nocet ꝛ visui:nō vtamur eo in cō
dimentis nostris in multa quāti-
tate.ꝛ pcipue estatis tēpore:ꝛ mul-
to magis.si cōplexio recipiētis cho
lerica fuerit ꝛ regio calida ꝛ exerci
tiū laboriosum ꝛ hmōi que phibēt
quātitatē calefacientiū posse salu-
briter exhibere:vt vnusquisqz sani
capitis facile pōt intelligere.qua-
re ꝛ cetera.

¶Cap.ccxxv.ostēdit naturā p-
prietates ꝛ iuuamēta gariofilo
rum ꝛ galange.

De feniculo nihil hoc
i loco dicere debemꝰ
cū supra in.c.ccxlvij.
de eo locuti fuerimꝰ.
nec etiam de cimino
cum horribilis sit sa
poris et odoris quo
nobiles pmarie minime solēt vti.
Sed de gariofilis:quorum species
sunt plurimū vsitate rōne delecta-
bilissimi odoris potius ꝙ̄ saporis.
Dicamꝰ cū Auerroi in quinto col-
liget capitulo de rebꝰ marinis.sic
dicente.Gariofili calidi sunt ꝛ sicci
in secūdo gradu ꝛ attingūt ad ter-
tiū.Et ipsi cōfortāt oīa mēbra prin
cipalia:valentqz etiā cōtra passiōes
frigidas:ꝛ cōstipant vētrē.Et di-
xit Galienꝰ ꝙ eoꝝ pprietas est cō-
fortare virtutē digestiuā.Auicēna
quoqz i secūdo canonis.c.cccxviij.
sic de eis scripsit.Gariofilꝰ calidus
est ꝛ siccꝰ in tertio:corpis odorē bo
nū efficit:ꝯfortat stomachū ꝛ epar:
ꝛ cōfert vomitui ꝛ nausc.Que fuit
snia Rasis in tertio Almansoris.c.
xvij.dicētis.Gariofili calidi sunt ꝛ
sicci:stomachū cōfortāt atqz corro-
busta faciūt:ꝛ ppterea in cōdimē-
tis frigidis ꝛ humidis cōuenientis
simi existūt bonū eis pstātes odo-
rē:sed nō in multa quātitate pona
tur de eis ꝙ amaricare faciūt:ꝛ su-
perfluā inducūt caliditatē:ꝛ potiꝰ
in hyeme ꝙ̄ in alijs tēporibus vtā
tur:ꝛ a phlegmaticis ꝛc.¶De ga
langa similiter dicemꝰ cū principe
in secūdo canonis.c.cccxxi.sic scri
bēte.Galanga calida est ꝛ sicca in
secūdo:cuius operatiōes ꝛ pprieta
tes he sunt:qr est subtilis resoluti-
ua vētositatū:odorē oris efficit bo-
nū:cōfert colice ꝛ dolori renū:ꝛ ad-
iuuat ad coitū:est bona stomacho
ꝛ est digestiua cibi.Serapio quoqz
in capitulo Kulungē idest galan-
ga:dixit autoritate Isaac abenam
raz.Est vena in grossitudine casu
lingue ꝛ cortex eius est rubeꝰ:ꝛ in-
terius eiꝰ est puluerulentē:defert
ex scithia est calida ꝛ sicca in tertio
gradu:ꝛ cōfert phlegmaticis ꝛ hu-
miditatibus stomachi:facit dige-
rere cibū ppter suā caliditatē ꝛ re-
solutionē quam infert stomacho:ꝛ
ppter dissolutionē suā i phlegma
te cōfert colice:et facit bonum oris
odorē:calefacit renes:ꝛ commouet
sperma:ꝛ qn̄ tenet ex ea in ore fru-
strū:facit magnā virge erectionē.
Et dixit Abēmesui.cōfert substan-
tie stomachi:ꝛ facit oris odorē bo-
nū:ꝛ digerit cibum:ꝛ est medicina
antiqua q̄ auget in spermate mul-
tum:et confert frigiditati renum:
et conuenit habentibus eructua-
tiones acetosas:Que fuit etiā Ra-
sis sententia in.iiij.li.suorū apho
rismorum dicentis.Galanga sto-

machũ cõfortat: ꝛ frigiditati ꝛ retẽtioni vrine cõfert. Possumꝰ itaqꝫ ꝛ puluere eiꝰ in cõdimẽtis frigidis vti: vt supra diximꝰ de gariofilis: nisi veneris stimulũ timuerimus: tũc enim oino ꝑtermittẽda foret: sicut ꝛ alia q̃ nos i. c. xxxviij. libri huius expressimus. quare ꝛc.

¶ Cap. ccxxvj. ostẽdit naturam ꝓprietates ꝛ iuuamenta nucis muschate.

Nux muschata sepenumero in condimẽtis nobiliũ ponit̃: cũ bonũ odorẽ ꝛ bonũ saporẽ habeat: ideo de ipa hoc in loco dicamus cu principe nr̃o Auicẽ. in secũdo canonis. c. cccccij. sic scribẽte. Nux muschata est calida ꝛ sicca in fine secũdi: in q̃ ẽ stipticitas: ꝛ odorẽ oris bonũ efficit: cõfortat visum: epar: splenẽ. ꝛ stomachũ: ꝛ ꝓprietas eiꝰ ꝯstrigit: ꝛ ꝓuocat ꝛ ꝯfert difficultati vrine. ꝛ ꝓhibet vomitũ. Qđ ẽt sẽsit Serapio i. c. ieuzane vł iusbaue dicẽs autoritate Isaac abenarã. Meliores ex eis sunt rubee: pingues: graues ꝛ deteriores sunt nigre leues ꝛ sicce: ꝛ stringũt ventrẽ: ꝛ aromatizãt stomachũ ꝛ epar: ꝛ extenuãt splenẽ: ꝛ molliũt apostemata dura epatis: ꝛ odorem oris efficiunt bonũ: auferũt fumositates a stomacho: digerũt cibũ: ꝛ expellũt vẽtositates: ꝛ corroborãt stomachũ ꝛ epar ꝛc. Et dixit Abẽmesui. Natura eiꝰ est sicut natura gariofiloꝝ: ꝛ est calida ꝛ sicca in tertio gradu. ꝛ est bona stomacho ꝛ epati frigidis. Ipsa igit̃ vtant̃ q̃ talẽ habent cõplexionẽ in suisqꝫ cibarijs: securissime ponãt phlegmatici melancholici ꝛ hmõi. Qui aũt calidi sunt cholerici vel sanguinei: ab ea caueãt ꝛ ꝑcipue in estatis tp̃e: ne ex ea inflammet̃. qđ sepiꝰ replicamꝰ nõ sine cã: qm̃ pleriqꝫ decipi solent audiẽtes qñqꝫ rẽ aliquã a medicis cõmendare: putãt eã oibꝰ hoibꝰ cõplexionibus etatibus ꝛ tẽporibus cõuenire: sicut fecit qđã amicus noster venetus: q̃ cũ stomachi debilitatẽ a frigida cã pateret̃ ꝛ humida: intelligens a medicis ꝙ zinziber cõditũ ei multũ cõferret voluit experiri: ꝛ cũ expertꝰ esset: vidit sic esse: ꝛ vt fortior stomachꝰ eius post cõualescẽtiã fieret: etiã sanus ꝛ eo ampliꝰ nõ indigens ipso quotidie vtebat̃: ꝛ inde ad inflammationez epatis ꝛ ad iteriã citrinã fortissimã ꝑuenit: ex qua magna cũ difficultate: ꝛ nõ nisi post plures mẽses oino potuit subleuari. Hoc igit̃ volui annotare vt legẽtibꝰ hũc librũ aliqđ tale nõ cõtingeret. Et iõ itelligãt ꝙ cũ rẽ aliquã cõmẽdamꝰ: cõsideramꝰ eã i se: qꝛ taliũ opationũ ꝑ se in corpore tẽperato est ꝓductiua. Per accidẽs aũt põt oppositum facere: vt qñ oblata fuerit naturis hoim ea nõ indigẽtibꝰ: aut i tp̃ibꝰ vel in quãtitate nõ cõpetẽtibꝰ. Et iõ vnusquisqꝫ in rebꝰ istis dꝫ ꝯsilio sapiẽtis medici regi dirigi vel gubernari vt in. ca. xv. libri huius diximus.

¶ Cap. ccxxvij. ostẽdit naturaz ꝓprietates ꝛ iuuamẽta piperis ꝛ species nm eius.

Dixit Auerrois in. v. colliget. ꝙ aliquod est piper non maturum ꝛ est albũ: ꝛ quando est maturuz est nigrum: et ambe species sunt calide et sicce in tertio gradu. et quidam dicunt in quarto. Auicenna autem in secundo canonis. cap. cccccliij. dixit autoritate Gal. ꝙ in primis cum eleuatur fructus est longum piper: deinde separat̃

in grana piperis:⁊ ꝓpter hoc ē lon gū piper hūidꝰ ⁊ iō corrodit ⁊ mor dicat paꝝ post principiū sui gustꝰ. ⁊ albū est debilioris caliditatis et hūiditatis. Quidā ꝟo dixerūtꝙ ni grū iā exiccatū est:⁊ cecidit virtus acuitatis eiꝰ.⁊ remāsit in albo:qđ nō ꝑuenit ad vehemētiā exiccatio nis. Natura tñ piperis est:qꝛ cali dū est:⁊ siccū tendens ad quartum. In ipso est attractio:resolutio:⁊ ab stersio:⁊ calefacit neruos:⁊ est cōue niens sanis:⁊ in calefaciēdo ner uos:⁊ lacertos nō est ei par:est di gestiuū faciēs appetitū:⁊ cōfert do lori vētris ⁊ inflationi:⁊ albū ma gis cōueniens est stomacho:et ve hementiꝰ cōfortat ipsum:⁊ longū piper facit cibū descendere:facile est desiccatiuū: consumit sperma. Longū vero piper ⁊ albū augmē tū efficit in coitu ꝓpter humidita tē suā superfluā. Isaac etiā in ꝑti cularibus dietis sic de eo scripsit. Piper calidū ⁊ siccū in quarto gra du:valet frigidos ⁊ humidos ha bētibus stomachos:adiuuat dige stiuā virtutē:⁊ scđm medicinā va let cōtra diuturnam tussim qñ de grossis humoribus est:⁊ pectus:⁊ pulmonem:⁊ stomachū de viscoso phlegmate mūdificat:vētris infla tionē ⁊ vētositatē aufert:⁊ vrinam ꝓuocat ⁊c. Que fuit etiā Rasis snia in libro.iiij.snoꝝ aphorismoꝝ dicē tis. Piper vrinā preparat sicut zin ziber vētrē humectat. Et in.xxij.cō tinentis.c.cccccclxxvij.dixit autori tate Diascoridis. Albū piper debi lius est nigro:⁊ summarie vires pi peris calefaciūt:⁊ digerūt nutrimē tū:ꝓuocāt vrinā:attrahūt:⁊ dissol uunt:⁊ abstergūt. Deinde dixit au toritate Gal.⁊ Oribasij ea ꝟba pre cise q̄ supra posuit Auicen. Postea vero autoritate Bimmasui sic in quit. Piper calidū est ⁊ siccū in me dio quarti gradꝰ:⁊ ꝓuocat vrinā: ⁊ cōfert torsioni ⁊ vētositatibꝰ gros sis accidētibꝰ in stomacho ⁊ in inte stinis:⁊ incidit phlegma viscosum in pectore:⁊ pulmone:⁊ stomacho: ⁊ intestinis:⁊ digerit cibū. Et dixit etiā ꝙ piper longū est calidū ⁊ hu midū digerēs cibū:disperdēs vē tositates de stomacho:sed nociuū est ꝑsonis calidis. Et dixit Gal. in regimine sanoꝝ.ꝙ piper albū me liꝰ est ad stomachū ⁊ magis confe rens stomacho frigido. Et in libro qōnū dixit. Si abundans sumptio fiat de pipere:ꝓuocat vrinā si mi nus soluit ventrē:sicut scamonea ecōtra facit.⁊ de li. Mabal dixit ꝙ piper extenuat corpus.et desiccat sperma.idē etiā pluries replicauit de mente Ioannitij:Bimmasui:et reliquoꝝ veterū sapientū:quorū di cta breuitatis grã ꝑtermittemus. Cōcludētes ꝙ in hyeme ⁊ a frigi dis ꝑsonis ⁊ in frigidis ꝑcipue et humidis cibarijs ⁊ cōdimētis con ueniēs sit vsus specieꝝ eiꝰ:⁊ ꝑma xime cōpetēs pinguibꝰ.⁊ quietis hoibus q̄ grossos viscosos ⁊ frigi dos humores habēt ꝑ viā indige stionis coaceruatos.

¶Cap. ccxxviij. ostendit natu ram zinziberis cum iuuamen tis ꝓprietatibꝰ eius in via cibi.

Zinziber:vt inq̄t Auer ro.in.v.colliget.est ca lidū in tertio gradu cū multa stipticitate ⁊ humiditate:iō tar dat in calefaciēdo cor pus qđ nō facit piper:qꝛ calefactio zinziberis est a calore corporis:et permutatio piperis ab eodē: sicut ꝑmutatio lignoꝝ viridiū ⁊ siccorū ab igne. Et piper longū est simile zinziberi:⁊ ꝓpterea dꝫ poni zinzi ber in ꝑrio gradu hūiditatis. Aui

cē. Ro i.ij. canonis.c.d.ccxl.sic inqt zinziber est simile piperi in naturis suis: sed nō inest ei in naturis suis ipsiꝰ subtilitas: ⁊ accidit ei vt corrodat ꝑpter humiditatē suā superfluā. ⁊ ꝑpter illud calefactio eius durabilior est calefactiōe piperis: ⁊ illud est ꝑpter spissitudinē suaz: calidū est ī fine tertij ⁊ siccū ī scdo: ⁊ in ipso est humiditas superflua. Et nutrimētū eiꝰ calidū est ⁊ siccū: ⁊ nō est in ipso multitudo humiditatis superflue eiꝰ caliditas est fortis: sȝ nō calefacit nisi post tp̄s propter illud qđ in ipso est de hūiditate superflua: ⁊ eius calefactio est fortis est lenitiuū resolutiuū inflationis. Cū ergo nutrit cū melle accipit quiddā humiditatis eiꝰ superflue: ⁊ exiccat plꝰ digerit: ⁊ cōuenit frigidati epatis ⁊ stomachi: ⁊ exiccat humorositatē stomachi: ⁊ qđ accidit in eo ex humiditatibus ⁊ comestiōe fructuū: excitat coitū nutritū ⁊ nō nutritū: ⁊ lenit ventrē leuiter. lȝ Aleanzi dixerit immo retinet. Ego aūt dico ꝙ cū fuerit a malicia digestionis ⁊ lubricitate humoris viscosi retinet ⁊c. Isaac etiā in ꝑticularibꝰ dietis ait. zinziber calidū est ⁊ siccuȝ in tertio gradu. humiditatē hȝ: lȝ sensui nō appareat. qđ testificat: q: putredini apparatū est. vtile est frigidis: vētrē soluit: humiditatē desiccat: digestiuā virtutē adiuuat: ⁊ ventrē humectat ⁊c. Hec quoqȝ fuit Rasis sn̄ia. in.xxij. cōtinētis. c.ccclviij. dicētis autoritate Diascoridis. zinziber hȝ vires calefactiuas subueniētes ad digerendū cibū: sed lenit naturā: leuiter: ⁊ valet ad stomachuȝ et ad obscuritatē oculoꝝ: ⁊ vires eius sunt vt vires piperis. Deinde dixit; autoritate Gal. in.vj. tractatu q̄cūqȝ supra diximꝰ de mēte Auicē. Deinde subiūxit. Et dixit Bimma sui. zinziber calidum est in vltima ꝑte gradꝰ tertij. ⁊ hūidū in vltima parte primi. Et significat suꝑ hūiditatē eiꝰ corrosio ipsiꝰ, ⁊ putrefactio eiꝰ: cōfert oppilationibus accidentibꝰ in epate ex frigore ⁊ humiditate subuenit suꝑ coitū: ⁊ digerit cibū: dissoluit vētositates grossas accidētes in intestinis ⁊ stomacho ⁊ lenit naturā ⁊ cōfert caligini oculoꝝ gn̄at ex humiditate si eis imponit. zinziber etiā cōditū est calidū ⁊ siccū: q: mel tollit humiditatē eiꝰ: excitat coitū: auget caliditatē stomachi ⁊ corꝑis: cōsumit phlegma. Et cōfert senio et phlegmati corpori cōdominātī. Idē similiter dixit autoritate Persi. Sarac: ⁊ aliorū. Ex q̄bꝰ apparet: qđ qūocūqȝ administret corporibꝰ frigidis plurimū iuuet. Cōditū enim: vt inquit Mesue in quarta distinctiōe. ꝯfert ad frigiditatē. Et mollificationeȝ stomachi: ⁊ ad maliciā digestiōis ⁊ corruptionē ipsiꝰ: ⁊ ad eructuationē acetosam. Et lenitatē viscerū: ⁊ multitudinē vētositatū faciens cibū cito penetrare ad epar ⁊ corpꝰ. Et apparet etiā ꝙ puluis eiꝰ ī cōdimētis frigidis sit cōueniēs. Et sic est finis de ciboꝝ ⁊ eoꝝ ꝯdiētiū magis vsitatoꝝ ꝑtractiōe ad laudē oipotētis dei p̄ris ⁊ filij ⁊ spūssancti. Amen.

¶ Cap.ccxxix. ostēdit q̄d sit potus: ⁊ quare hoibus bibere sit necessarium.

Postq̄ȝ in superioribꝰ declaratū est q̄: quot: ⁊ quāta sint necessario a sanis ī comestione obseruāda: q̄ etiaȝ cibi faciāt ad sanitatem: ⁊ q̄ minime: et demū qūo ⁊ cū quibus cōdiendi si cōditura indigeāt. Nunc consequenter de potu

bonū omnibus si scdm q opz accipiatur: qd nullus physicus aliquibus hominibus seu tēporib⁹ laudat: nec vituperat nisi scdz quātitatez quā bibūt vel cōmixtionē aque cū eo: quia si multū ꝛ purum fuerit conuenit hyemali tempore ꝛ in frigida regione. In estate vero calidaqꝫ regione vini paucitas multumqꝫ cōmixti necessario cōgruit.

¶ Cap. ccxl. ostendit nocumēta vini aquati: ꝛ proprie per cōmixtionē aque in mensa cum vino puro: vt veneti pluresqꝫ alij facere consueuerunt.

Quia in calce superioris capituli mētionē fecimus de vino cū aqua cōmixto: qd in estate precipue videtur cōuenire eo q refrigerat ꝛ humectat ꝑpter aquā cum eo ꝑmixtā: tū etiā quia repugnat aereo calori ne pre nimia cōtinētis caliditate siccentur corpora: ꝛ hoc qz vinū portat aquā cū sui subtilitate ad toti⁹ corporis mēbra ꝛ valde velocit: vt Isaac inquit in libro particulariū. Sup quo dicto se fundatus q̄spiā facile posset opinari q q̄libet semꝑ ꝛ vniqꝫ secure hoc facere posset: quēadmodū quosdā viros fortissimos multe carnis ꝛ magni laboris robustorūqꝫ interioꝝ id in estate sine aliquo penitus nocumento facere videm⁹. Qui sic existimans plurimū deciperet: cū ita nō sit quemadmodū crederet: nec id Isaac voluisse putādū est: imo plerisqꝫ tale permixtū vinū exhibitū ꝑmaxime noceret. Et propterea in hoc capitulo decreuimi⁹ duo precipua declarare: quoꝝ primum est: qui sint ad hmōi potu ꝓhibiti: ꝛ scdm que nocumēta proueniāt ex ipso si oīno bibere voluerint. Dicam⁹ ergo q qui imbecillis stomachi fuerit vel cerebri talē vini commixtionē pre ceteris dz cauere: qm̄ vt dixit Auicē. in. iij. j. doc. ij. c. vinū mixtū velocius inebriat propterea q aqueitas penetrat: ꝛ facit ipm vinū veloci⁹ penetrare: atqꝫ forti⁹. que fuit etiā snīa Aristo. in. iij. problematū particula ꝓblemate. iij. dicētis. Uinū cum aqua tēperatū ꝑpter ei⁹ subtilitatē magis inebriat: ꝛ ꝑpterea q̄ debile caput habēt in primis debent hmōi ꝑtermittere. Similiter q̄ debiliū viscerū extiterint: qm̄ intestinis, ꝛ stomacho talis potus q̄ꝫ plurimū nocet: vt pz ꝑ Auic. in. xvj. iij. trac. ij. c. vj. dicentē. Uinū plurime commixtionis ꝑparat intestina ad colicā vētosaz ꝓprie. Apparet etiā per Gal. in. ij. regiminis acutorum cōmēto. xxviij. dicentē. Uinū aqruz ꝯmixtū debilitat stomachū: ver bibere quantitatē paruā ex eo est cōueniens stomacho q̄ exiccatus est. Et in cōmēto. xxxiij. eiusdē inquit. Uinū aquatum cōmixtū mollificat stomachū: humectat enim: debilitat ipm: ꝛ generat in intestinis ventositatē. Sicut vinū purū facit saltuz in tēporib⁹: ꝛ grauitatē in capite: ꝛ sitim ꝑpter sui caliditatē: sic aquatū facit cōtrariū earū ꝑpter humiditatē suā ꝛ frigiditate. Et ꝑpterea cōcludēdū est q qui debile stomachū aut frigiduz habuerit oino: sicut ꝛ debilia habētes viscera: dz vinū cōmixtū nō accipere: sed illis fortioribus medicine grā derelinquere qui secure ipo qnqꝫ dicta ratiōe possunt vti: ꝛ ꝑcipue in estate et regione calida: teste Isaac vbi supra. Ipsis enim has facit operationes. Primo naqꝫ facit eos melius dormire: dicēte Auice. in. j. iij. trac. iij. c. xviij. Uinū plurimū cōmixtū hu-

mectat: et dormire facit. Et in .xiij. tertij tracta. j. c. xvj. inquit. Uinum mixtũ scd̃m mediũ mũdificat: abluit ⁊ cõfortat: facit ꝓterea sudare vehemẽter ꝓsertim si fuerit album subtile multa cõmixtiõe ꝯmixtuz: vt idẽ etiã dixit in ꝓma q̃rti trac. ij. c. xxxix. Cõfert etiã ad sedandũ sitim plus q̃ꝫ vinũ aut aqua simplex vt voluit Gal. in primo de simplici medicina distinctiõe. iij. c. vj. cum ait. Si bibat aqua cũ vino sedabit sitim plus q̃ꝫ si bibat sola: qm̃ vinũ adiuuat aquã ad penetrãdũ: ⁊ facit ipsam ꝯuenire ad loca ad q̃ sola non ꝯuenit. His itaqꝫ de causis vino ꝯmixto possũt vti q̃ stomachũ vel interiora imbecilla nõ habuerint: ⁊ qui colicã pati vel aliã hmõi passionẽ ex facili cã nõ cõsueuerint hr̃e. Quare cõcludam⁹ ꝙ qui cum ꝓdictis conditionib⁹ iuuenis fuerit: carnosus. in media estate cõstitut⁹ arte laboriosus ⁊ potui ꝯmixto cõsuet⁹: vt ꝓhabita cõsequatur iuuamẽta: securissime vinũ cuz aq̃ ꝯmixtũ poterit accipere: q̃ vero diuersus fuerit minime. Queadmodũ ex ꝓma quarti ⁊ ex plurib⁹ Gal. voluminib⁹ colligi põt. Ideo ⁊c.

¶ Cap. ccxlj. ostñdit vtilitates et iuuamẽta vini aquosi et subtilis naturaliter: ⁊ ꝙ ipm̃ quibusdã sanis ⁊ febricitãtibus plus conueniat q̃ꝫ aqua sola.

QUia in superiori. c. de vino aquoso artificialiter ⁊ ex tp̃e facto diximus: nũc de naturaliter aquoso ⁊ subtili verba facere intendimus: ⁊ declarare ꝙ ipm̃ plus q̃ꝫ aq̃ calidis corporib⁹ ⁊ febricitãtibus cõueniat: ⁊ ꝓpterea q̃dã ignari medici pecunijs tantũmodo intẽti: et nũq̃ꝫ bonũ aliquẽ librorꝫ aperientes: loco aque hmõi vino vti deberẽt: cũ tñ oppositũ faciant plerũqꝫ ꝓducẽtes infirmos nõ solũ ad stomachi: sꝫ ad toti⁹ corporis debilitatẽ ⁊ ꝟtutis ei⁹ ꝓstrationẽ. Qui si vnq̃ꝫ ꝓsens legerint capitulũ: facile poterũt simul ⁊ errorẽ suũ ⁊ damnum egrotãtiũ intelligere. Uerum ne ⁊ ipsi nos reprehẽdãt: dicamus aperte ꝙ sit vinũ illud qđ plus q̃ꝫ aquã cõmẽdam⁹ febriẽtib⁹: nõ em̃ quodlibet vinũ sic absolute ad id approbam⁹: sed id tm̃ de quo loquitur Gal. in lib. de vicinis cũ ait. Uinũ aquosum nominãt hoies id qđ assimilãt scd̃m colorẽ ⁊ cõsistẽtiam aq̃: diaphanũ em̃ est ⁊ lucidũ ⁊ purũ ⁊ ꝯsistẽtia subtile: ⁊ gustãti videbit nullũ fortẽ saporẽ hr̃e: ⁊ cũ commiscet cũ aqua nõ tolerat aq̃ multe mixtionẽ: vñ ab antiq̃s pauciferũ vocatũ ẽ. Et istud etiã ẽ de numero illorꝫ de q̃b⁹ infra dixit. Aquosa vina inueterascũt: qm̃ faciliter acescũt. Cui⁹ vini ꝓprietates ⁊ operatiões ipse in. ij. aphorismorꝫ cõmento. xj. manifestauit cũ inq̃t. Uinum aquosum ⁊ subtile atqꝫ albũ naturaliter est aq̃ vicinũ: ⁊ illi⁹ ꝟtuti vicinat ad nutrimẽtum: vñ vrinã ꝓuocat: nec corp⁹ ide nutrit nisi ꝑuissimũ. Et in. v. Terapẽtice. c. ix. dixit. Uinũ aq̃sum bibitũ vniuersas mouet execratiões. Et i libro de euchimia. c. viij. silr̃ tetigit iuuamẽtũ ei⁹ de vrine ꝓuocatiõe cũ ait. Quecũqꝫ vinorꝫ sũt aquosa ⁊ subtilia scd̃z cõsistentiã vrinã mouentia paucissimũ nutrimentũ dãt corpori. Et infra subiunxit. Meliora vina ad vrinationẽ sunt q̃ subtilia existũt: ⁊ caput minime tãgũt ⁊c. Et ꝓpter oẽs hac causas calefactis corporib⁹ et febriẽtib⁹ sunt ꝯueniẽtia. ⁊ eo magis ꝙ vt Princeps scripsit i. x. tertij trac. v. c. j. Uinũ aq̃sum ẽ ꝯfortans ꝟtutẽ plus q̃ꝫ aq̃: ⁊ in potu ei⁹ sunt

incisio ⁊ subtiliatio. Et in.xiij.ter-
tij trac.j.c.xxix. Uinū subtile decli-
nans ad stipticitatē parū tolerans
cōmixtionē ꝑpter aquositatē suam
facit penetrare cibū:⁊ viuificat vir
tutē:⁊ excusat a potu aque frigide
faciētis tristari ⁊ irasci suo frigore.
Et in prima quarti tract.j.c.xxxix.
expressius sic dixit. Uinū albū sub
tile cōmixtū est melius febricitan-
tibus ꝙ̄ aqua ꝑpter illud qđ est in
eo de sudatione ⁊ ꝓuocatione. Et
infra ait. Uinū fractū ꝑcōmixtionē
cōfert febricitātib⁹ cholerice in de
clinatione presertim: qm̄ infrigi-
dat ⁊ humectat vehementer. Hoc
quoqꝫ sensit Isaac in particularib⁹
dictis dicēs. Uinū albū ⁊ aquosuz
securius datur febricitātib⁹ cū fa-
cile fumo ⁊ sudore egrediatur. Et
post aliqua subdit. Uinum subtile
aquosum semꝑ inuenitur cuz albe
dine ⁊ claritate: vnde facile est sto
macho: cito em̄ digerit ⁊ venas ꝑ-
forat vrinā qꝫ ꝓuocat: ideoqꝫ vtile
est febricitantibus: q̄ non fortiter
calefacit: neqꝫ mētē ꝑcutit: nullum
etiā cerebro vel neruis infert nocu
mentum. Si vero fuerit mixtū: erit
melius maxime ad extinguēdū si-
tim. Et iterum infra subiunxit. Ui
num qđ est subtile debile insipidū
⁊ nullā sustinēs cōmixtionē: min⁹
ceteris calidum est faciliorisqꝫ dige
stionis: ⁊ cito venas omnesqꝫ corpo
ris penetrat poros ⁊ velociter ex-
pellit: ꝓinde minus est ceteris nu
tribile: ⁊ plus alijs infrigidat: ⁊ ca
lorē ⁊ sitim extinguit: ⁊ vrinā ꝓuo
cat ⁊c. Istud etiā voluit Auerrois
i.vij.colliget.c.de febre ephimera i
speciali dicens. Uina aquosa alba
oibus istis.s. febricitantib⁹ vtilia
sunt si bibere assueti fuerint: ita ꝙ
post digestionē bibant. nā plura
habēt iuuamēta ꝙ̄ aqua: nā vinuz
natationē cibi in stomacho vetat:
ventositatē resoluit vrinā ꝓuocat
⁊ sudorē aīam letificat: ⁊ adiuuat
naturā ad expellēdū sup̄fluitates
⁊c. Et fuit sn̄ia Gal.i.iij.regiminis
acutorū cōmento.x.dicētis. Cōue-
nienti⁹ ex vinis oibus ei q̄ hꝫ egri
tudinē acutā est vinum aquosum:
⁊ hoc vinū est cui⁹ color est albus ⁊
eius substātia est subtilis: ⁊ nō ostē
dit in eo stipticitas: neqꝫ pōticitas
neqꝫ asperitas: neqꝫ dulcedo: neqꝫ
amaritudo: neqꝫ vētositas est ei: qđ
est q̄ hoc vinū solū inuenit priua-
tū nocumētis q̄ ꝓueniunt ex potu
aque ⁊ omni malitia. qđ reperi in
multis locis italie ⁊ asie. hec ipse.
Et in.ij. Terapētice.c.iij.dixit. Ui
nū qđ aquosum est visu ⁊ ꝟtute me
lius em̄ est ꝙ̄ aqua ꝑ oia digestio-
ni auxilians ⁊ sudores ꝓuocās. Et
in quarto de regimine sanitatis.
Uinū sup omne aliud digerit semi
crudos humores ⁊ sudores: ⁊ vrinā
ꝓuocat: ⁊ somno cōfert. Et in libro
de euchimia.c.vbi supra in q̄t. Ui-
nū aquosum est bonū ad eductio-
nē q̄ est ex pulmone virtutē robo-
rās: ⁊ humores humectās ⁊ inci-
dēs moderate: ⁊ febricitantib⁹ im
periculosius dat alijs vinis: et em̄
malicias aque ⁊ vini effugit: mul-
totiēs capitis dolores sedat ꝑpter
fientes in vētrē humores. Pertrāse
eo ꝙ vinū purū subtile nedū aquo
sum quartanarijs sit cōueniēs. te-
stib⁹ Auicē.in.j.iiij.tract.iiij.c.xij. ⁊
Rasi in.x. Almāsoris. ⁊ Auerr.i.vij.
colliget. Et igit ꝙ̄tū febrientib⁹ sit
vinum cōueniens ⁊ p̄cipue corpo-
re purgato ⁊ febre iam declinante:
qm̄ in principio nequaqꝫ. Cōside-
rata tamen consuetudine bibendi
vinum. ⁊ hac nostra frigida regio-
ne viniqꝫ aquosi: superius etiā in
acutis laudati multitudine: debe-
rent hi nostri medici equiuoce pa-
tientibus nō acute: vinum tale po

tius q̄ aquā coctā vt faciūt cōcede re: ꝛ tāto magis q̄ veteres prealle gati in calidis regionib⁹ existētes et vinū bibere nō assueti id poti⁹ q̄ aquam calidarum hominibus complexionum et acute laboranti bus condonauerint. quare ꝛc.

¶ Cap. ccxlij. ostēdit naturā et operationes vini albi planensis clari ꝛ subtilis in cōsistētia.

Ut narrationē de vino subtili cōpleam⁹ de albo ꝛ planēsi vino sermonē faciam⁹: ꝛ naturā eius ꝛ virtutes ostēdam⁹: vt eo libēter vtentes: ꝛ ipm preceteris sanius existimātes: intelligāt quantū a via deuiēt veritatis: cū ipz nō solū bibāt. sed oib⁹ alijs tanq̄ melius preciosiusq̄ cōmendet. q̄ pfecto nō cognoscūt q̄ hmōi minime faciat ad sanitatꝫ cōseruationē: cū parū admodū ab aqua differat: vt sensit Haliabas in. v. Theorice. c. xxx. cū ait. Uinū albū est aq̄ simile. qd̄ minus reliquis oib⁹ calidū est ꝛ fuit Gal. sentētia in scdo aphorismoꝝ cū cōmento. xj. dicētis. Uinuz aquosuz ꝛ subtile atq̄ albū naturaliter est aq̄ vicinū ꝛ illius virtuti vicinatur ad nutrimētū: vnde vrina puocat: nec corp⁹ inde nutritur nisi paruissimū. Et in tertio regiminis acutoꝝ cōmento. viij. Uinū albū est minoris calefactionis oibus vinis. Quod etiaz ipse voluit in tertio alimētoꝝ. c. antepenultimo di. Omnib⁹ vinis minime nutriūt q̄ alba q̄dē colore: subtilia autē: cōsistētia cōsimilia aliq̄liter entia aq̄s. Et pp̄terea dicebat princeps in tertia primi doctrina. ij. c. viij. Uinum album ꝛ subtile calefactis est melius: non em̄ capitis efficit dolorē: sꝫ fortassis humectabit: et dolorez capitis alleuiabit q̄ ex stomachi ardore puenit. Et in doct. iij. eiusdē. c. iij. sic etiam inq̄t. Uinū albū ꝛ subtilie est pauci nutrimenti: et datur loco aque. Similiter Auerrois in parte secūda canticorū cōmenti. xxxv. dixit. Uinum album est melius cui accidit ex potu vini dolor capitis necnō supcalefactio: est em̄ propinquius ex ei⁹ nature aque. Et ideo priceps Auicen. in textu cōmenti. xxxvij. eiusdē concludit. Tempore estiuo sumendū est vinū albuz ꝛ aquosum: eo q̄ sit subtilitati ꝛ simplicitati ppinquius ꝛc. Huius quoq̄ snīe fuit Isaac in particularibus dietis cū scripsit. Palam ergo intelligimus vinū albū ꝛ nigrum esse minus ceteris calidū: sed album magis q̄ nigrū humiditati ptinet p sui subtilitate et aquositate sibi domināte: ꝛ grossitate atq̄ terrestreitate nigro dn̄antibus ꝛc. Et post aliqua subiūxit. Nō inuenimus vinū subtile ꝛ aq̄sum: nisi albū ꝛ albedini vicinū: pp̄ter hoc albū est subtili⁹ minusq̄ comixtionē suscipit: est et sensu facile cito digestiuū: ꝛ vrinaliter venarū pforatiuū: ꝛ vrine puocatiuū. parū tn̄ nutrit pp̄ter suam leuitatē: vn̄ cito in caput ascendit ꝛ facit ebrietatē cito dissoluendā. Nigrū vero ꝯriū facit. Et infra sic etiā inquit. Albo vino pertinet defectio odoris ꝛ saporis: nullā infert cōmixtionē: ꝛ raro īuenire possumus: vt sit dulce vel ponticū ꝛc. Et q: subtile est debile ꝛ insipidū ꝛ nullā sustinens commixtionē: minus ceteris calidū est faciliorisq̄ digestionis: ꝛ cito venas oēsq̄ corporis poros penetrat ꝛ velociter expellit: pinde minus est ceteris nutribile: ꝛ plus alijs infrigidat: ꝛ calorem ꝛ sitim extinguit: ꝛ vrinā puocat. Ex quibus patet q̄ tale vinū sit magis febricitantibus: aut

valde supcalefactis vtile q̄z sanis nutrimento indigentibus ⁊ nō caliditatis extinctione. Et ideo concludere possumus ꝙ vinū album planēse ⁊ subtile ꝓprius via medicine q̄z via nutrimenti vel roboris sit propinandū: licet oppositū sentiant aliqui delirantes. vt diximꝰ quare ⁊c.

¶ Cap. ccxliij. ostēdit naturā ⁊ proprietates vini citrini ⁊ potentis: quibusq̄ personis ipsuz conueniat.

Vulgares vinū citrinum cōi quodā noie albū appellant: vinū ab altero nō distinguētes: nisi in potētia. ⁊ de noibus parum curare videnť. Nos antē proprius vinū albū esse dicimus qđ superius descriptum est scz subtile pallidū ⁊ nature aq̄ vicinū: nullā aut modicissimā sustinēs cōmixtiotione: qualia sunt vina planensia facta ex vuis albis apud nos patauos q̄ nullius sunt potētie: sed vt plurimū sunt velut aqua. Citrinū vero dicimus vinū lōge predicto potentius. qđ in rei veritate citrinū existit in calore odoriferuz atq̄ potēs sicuti est vinū montaneū ex vuarū albarū bene maturarū expressione factū cuius naturā ⁊ proprietates hoc in capitulo intēdimꝰ declarare: vt q̄ eo delectanť intelligant ꝙ nō ita ad sanitatis ꝯseruationē faciat sicut ad gule voracis voluptate. Dicā ergo de ipso inprimis cū Haliabate in. v. theorice. c. xxx. sic scribēte. Vinū qđ est croceū: fortioris est caloris ⁊ robustioris acuminis: citiusq̄ ad mēbra transmittiť: ⁊ rubeam parit cholerā et cephaleā. qđ in sanis etiā est verū ⁊ nō in febricitātibꝰ solū. De q̄bus locutꝰ est Gal. in. j. regiminis acutorū dicēs. Vinū citrinū est malū in eo quo indiget ille q̄ hz febrem q̄m est calidū vehementis caliditatis. Et Galie. etiā in. iij. eiusdem cōmēto. ix. cū dixit vinū citrinū vehemētiꝰ ledit caput ⁊ mentē: q̄m est calidiꝰ nigro: ⁊ ꝓpter hāc cām fit addēs in febribus: qđ est q̄m cōuenientiora in febribus sunt vina aquosa tm̄. A quo sumpsit Isaac i particularibꝰ dietis cū inq̄t. Citrinū ergo ⁊ glaucū vinū: q2 sunt ab extremitatibꝰ. s. albo q̄ nigro: q̄ztū op3 remota: ceteris sunt calidiora ⁊ leuiora faciliusq̄ caput ascendētia: ⁊ magis ipsa ꝑcutientia. Implent em̄ caput pungitiuo fumo: sacitateq̄ cōmouēt ad ebrietatē: s3 tn̄ leuissime dissoluiť: ⁊ talia, vina subtilia dicunť ꝓpter sue actionis velocitatē ⁊ fortitudinē sue penetrationis: sicut piper: cinamomū: zinziber: ⁊ similia q̄ in suis actionibꝰ sunt fortissima: nā subtiliāt humores eorūq̄ feces mūdificāt ⁊c. Et ꝙ vinū citrinū sit iā dictis siƚe pz ꝑ Gal. in lib. iij. de simplici medicina' distin. iiij. c. ij. dicentē. Vinū cuius substātia est minuta subtilis luminosa: cuius color ꝑtinet citrinitati ⁊ rubedini clarū: cuiꝰ odor est bonus: tolerat ea aqua q̄ntitatē multā. ⁊ in etate sua antiquū ⁊ purum est: ⁊ tunc ipsum sanat corpora q̄ infrigidata sunt etiā ꝑter naturā: ⁊ ab opio ⁊ hmōi: ⁊ cōfert vltimo iuuamento. Ex q̄bus apparet ꝙ cōplexio ⁊ virtus talis vini sit calida multum. ⁊ ideo de ipso dicere possumꝰ cū Isaac vbi supra sic scribēte. Vinū qđ fortissimū est: ceteris est calidius ⁊ fortioris actionis: citoq̄ caput ascēdit ac bullire ac feruere facit corporis humores: vnde fumus caput ascendēs nocet cerebro mētēq̄ ꝑcutit. Necesse est ergo vt caueāt illud q̄bꝰ dn̄ať cōplexio

calida:nisi multuz fuerit cōmixtuz q: si cōmixtuz fuerit quātuz opz:⁊ vt decet accipiatur:⁊ scd̄z qd̄ cōuenit etatib⁹ tēpori:regionib⁹:⁊ consuetudini est laudabile.q: grossos dissoluit humores:vias venarū de putredine mūdificat:atq₃ putredinē ⁊ sanguinē clarificat. Senibus autē ⁊ q̄ eoꝝ etati vicinātur ꝑpter coadunationē supfluitatis in eoꝝ corporib⁹ fit hmōi optimū vinuz: maxime si puritati fuerit vicinū:q: eoꝝ calorē cōfortat:crudorūq₃ abūdātiā dissoluit humoꝝ ꝑinde cōuenit quib⁹ collecti fuerint grossi et crudi humores ⁊c. hec ipe.Ex q̄b⁹ manifestum redditur ꝙ maluaticū:vinū grecū:⁊ omne vinuz mōtanuz magne potentie ⁊ caliditatis quomodocūq₃ dicatur calidas habētib⁹ cōplexiōes bibere nō liceat: nisi forsitā grā medicine : vt grossos dissolnat humores i stomacho existētes ⁊c. Et ꝑpterea in principio cibi ⁊ precipue i hyeme eo possunt in modica vti quātitate:i estate vero minime:quoniā calido calidu₃ nō est addēduz:vt vnusq̄sq₃ satis intelligit.quare ⁊c.

¶Cap.ccxliiij. ostēdit naturaz ꝓprietates ⁊ iuuamēta vini rubei et nigri simul declarando nocumenta vinorum grossoruz et turbidorum.

Compleam⁹ vinorū cōsiderationē ex ꝑte substātie et coloris ipsoꝝ acceptā dicētes pri⁹ de vino rubeo cū Haliabate l.v. theorice.c.xxx.sic scribēte. Uinū qd̄ est rubeū ⁊ clarum: fortis ē caloris ⁊ siccitatis: cito trāsiens ex stomacho: ⁊ in corpe sanguinē generat q̄ ad acumē declinat naturalē cōfortat calorē si cōueniēs de eo mēsura porrigatur.Est quoq₃ vinū subrubeū:qd̄ etiā fortis est caloris ⁊ plurimi nutrimēti bonū generās sanguinē si in moderata sumat̄ q̄titate.Et post pauca subiūxit.Est etiā aliud vinū:cui⁹ color est niger:qd̄ amplius nutrit eiusq₃ calor est sub croceo:⁊ in corpus transmissio tardior.Que videt̄ fuisse Gal.snia in ij.aphorismorū cōmento.xi.dicentis.Grossum vero vinū ⁊ rubeum nutribilius est ceteris:implens cito corpora obnoxia inanitioni.Et in cōmento.xviij.eiusdē inq̄t.Uina grossa ⁊ rubea nutribiliora sunt q̄ȝ aquosa:s₃ tn̄ minus q̄ȝ vina nigra sunt nutrientia. Et in lib.iij.de alimētis capl̄o antepenultio sil'r ait. Oīm vinorū q̄ rubea sunt sil'r ⁊ grossa ad gn̄ationē sanguinis idoneissima.In libro quoq₃ de vinis dixit Uina rubea ad nutricationē sunt cōuenientia:⁊ maxime si dulcia:q̄ q̄bus nutricatiōe indigēt:cōueniētia sunt si aliqd̄ aliud nō impediat Et ideo in libro de dissolutione cōtinua talē de eis ordinē posuit cūz scripsit.Et nutribilius est vinū rubeū:grossū dulce:⁊ post hoc nigrū grossuz dulce:⁊ post hoc albū grossum dulce.⁊ post hoc grossū rubeū asperū:⁊ postea nigrū grossum asperū:⁊ post hoc vinū subtile ⁊c.A quo Isaac accepit cū in particularibus dietis inq̄t.Uinū rufum qd̄ est de vuis nigris.⁊ aureū qd̄ est de albis sunt calidiora q: calor eoꝝ est in.iij.gradu:atq₃ sunt ab vtrisq₃ extremitatib⁹ sat₃ remota stātq₃ i mediа mediocritate.Rubeū vero est.i grossitie ⁊ grossitie ⁊ vicinū: idcirco nutribili⁹ ē oīb⁹ excepto nigro parū tn̄ ꝓuocat vrinā.⁊ tarde caput ascēdit.⁊ durā fac̄ ebrietatē dissolutionē difficillimā ⁊c.De nigro vo ⁊ grosso ⁊ turbido dicamus cū Auer.l.iiij.metheoroꝝ ꝯmēto.xlviij dicēte.Oē vinū i quo ē nigredo spissa ⁊ turbiditas vincit in eo terre=

streitas ꝛ aqueitas aut alterū eoꝝ. Et ppterea nō modo nō laudatur verū etiā plurimū detestatur ab oībus. Dixit eñ de ipso Jsaac in loco preallegato. Uinum terrestre et grossuz oppositū est subtili ꝛ aquoso: vñ qꝛ grossum ē plꝰ ceteris granat stomachū: durū ē ad digestionē faciendā: ꝛ difficile ad pforandas venas: vrinā nō pvocat tarde ꝙ ad caput ascēdit ppter sui fumi grauitatem atqꝫ grossitiē. Jdcirco nō facit ebrietatē: qꝺ tñ si fecerit nō cito dissolnetur. Silr Auicē. in prima tertij trac. qnto. c. x. inqt ꝺ ipso. Uinū feculētū ꝛ antiquū ꝛ nonnū etiā qꝺ nō est clarificatū gñat sanguinē vaporosum feculētuz ꝛ tenebrosuz. Et in. iij. tertij trac. qrto. ca. iiij. ait. Uinū grossum turbatū nocet visui: ꝛ ppterea est oīno fugiēdū. Uinū aūt nigrū grossuz ꝛ non turbidū nō est vituperandū: immo ad nutricationē pmaxie extollēdū De quo princeps in tertia primi doctrina scda. c. viij. dixit. Uinum grossum qꝺ est dulce est melius illi q̄ pinguis vult esse ꝛ fortis: ab oppilationibꝰ tñ eius sibi caueat: vetus aūt rubeū est meliꝰ oppilationē habēti frigidā ꝛc. Et in. xj. tertij trac. scdo. c. viij. Uinū nigrū grossū ē nutribilius ꝛ magis faciēs declinare humores ad cōtrariū eiꝰ quo fit resolutio. ꝛ reducēs spiritū essentia sua ꝛc. est tamē ex medicinis inflatiuis vinū grossum ꝛ dulce propter grossitiē: vt idē ait. i. xiij. tertij trac. v. c. j. Jsaac quoqꝫ vbi supra sic de eo scripsit. Uinū nigrū grossius est ꝛ durius ad digerēdū: ꝛ difficile ad penetrandū viā venarū. ꝛ ad vrinā pvocādū: grossumqꝫ dat nutrimētū: pinde tarde caput ascēdit ꝛ cū ascendit facit forte ebrietatez ad dissoluēdū tardū. Et post multa subiūxit. vino nigro ptinet grossities liquoris. grauitas odoris vnde difficile est ad digerendū: tarde ad caput ascēdit: multū nutrit: ꝛ venas de grosso sanguine implet: ad dissoluēdū tardū. vnde Gal. Uidi homines palestribꝰ ludis vtētes hoc vinū frequēter ꝛ cōsuete bibere: vt ingrossarētꝰ ꝛ fortitudinē acciperēt. qꝺ eos ingrossauit: ꝛ magnā vim eis tribuit ꝛ dedit eis nutrimētū carni vicinū porcine: proide bonū est si iuuenibꝰ añ cibū datū fuerit. Seniorībꝰ vero ē incōueniēs ꝛ hoc añ cibū: ꝛ post cibum qꝛ ppter defectionē caloꝛꝫ naturalis eoꝝ generat oppilationē ꝛ in renibꝰ lapides si illo assuescāt. ꝛ postea subdit Uinū nigrū solā habēs dulcedinē calidiꝰ ꝛ nutribiliꝰ ꝛ plꝰ ceteris vētrē humectat: ꝛ vrinā nō pvocat: vētositatē ꝛ inflationē creat: et ex eo nō sit adeo nocumētū capiti ꝛ neruis ppter sue fumositatꝫ grossitiē ꝛ grauitatē: vnde tardiꝰ ad caput ascēdit: ꝛ ppter hoc ab eo tardissime inebriatꝫ ꝛc. vnde Gal. Uinū inqt nigredini ptinēs nō hꝫ tātū caloris quātū glaucū ꝛ citrinū: neqꝫ tātā facit ebrietatē. Uinū vero qꝺ dulce est ꝛ pōticum grossius duriusqꝫ digestiōi existit: ꝛ magis vētositatē ꝛ inflationē generat: lapidē etiā in renibꝰ et oppilationē in splene ꝛ epate magis ꝙ ceteris ꝛ vomitū pvocat: ꝛ dolorē i capite ꝛ neruis facit. ꝛ post aliq̄ iterū ait. Uinū nigrū dulcē hñs saporē cōuertitꝫ i sanguinē. sꝫ tñ sāguis quē generat turbidꝰ est ꝛ grossus melācholico ptinēs hūori. ꝛ ppterea pclꝫdere possumꝰ cū Gal. i. iiij. ꝺ regimine sanitatꝫ dicēte fugiēda sūt grossa ꝛ nigra vina vt cachochimia ꝛ tarde icedētia ꝛ i quito eiusdē vinū nigrū grossū nō ē vtile senibꝰ neqꝫ añ cibū neqꝫ mltomagꝫ alio tpe: qꝛ nullū grossū vtile ē senibꝰ: qm oppilā-

tur ex eis epar renes ꝛ splen. Et in tertio alimētorū.c.superius adducto. Grossa vina sunt magis nutritiua subtilibꝰ vt natura ipsoꝝ insinuat ꝛ experiētia testatur. Et ifra. Grossa vina digerūtur qdē tardiꝰ ꝛ distribuūt. Et postea. Amplius nutrimentū dāt corpori: ꝛ sicut ad nutrire sunt meliora subtilioribus sic ad vrinationē deteriora: ꝛ in lib. de euchimia.c.viij. sic ipe cōclusit. Fugere oportet a grossis simul ꝛ fetidis vinis ꝛ indelectabilibꝰ ꝛ austeris. Que aūt delectabilia fuerit grossa ꝛ nigra ꝛ non turbida: non ita fugiēda sunt: nisi a senibus ꝛ a timētibꝰ oppilatiōes: vt dictū est.

¶ Cap.ccxlv. ostendit naturā ꝛ ꝓprietates vini dulcis simul cū nocumentis eius ꝛ iuuamētis.

Uantū est ex pte substātie ꝛ coloris de vino superius determinatū est. Nūc aūt de ipo q̄ntū est ex pte sapoꝝ dicēdū est. ꝛ prio de dulci: quo maior ps hominū delectatur q̄ sensualē gustꝰ appetitū insequūtur nō tamē intelligentes ꝙ licet res dulces hūanis corporibꝰ cōueniētissime ex se ꝛ ꝓportionatissime sint vt i.c.xlix. libri huiꝰ declarauimꝰ: ꝑ accidēs tamē nociuissime existāt ꝛ ꝑmaxime vinū dulce. Qḋ nō tantū ratione dulcedinis: sed ratione dulcis ꝛ grossi liquoris simul. quēadmodū innuit Gal. in tertio regiminis acutoꝝ cōmēto scḋo cū inq̄t. Dico ergo ꝙ cū omne vinum dulce calefaciat: ꝛ sit grossū in substātia sua: oportet vt virtutes particulares q̄ apparent ab eo q̄n bibit nō sint nisi ab istis duabꝰ qualitatibꝰ. s. dulcedine et grossitie: qḋ est q: colori in se nō est. virtꝰ in nocumēto aut iuuamēto: ergo quātitas grossitudinis vini huiꝰ est illa ꝛ tarditas penetrationis eiꝰ. Oportet ergo vt nō solū nō aperiat oppilationes alicuiꝰ mēbroꝝ: sed faciat i eis oppilatiōes. Et ꝑpter hāc causaꝫ fit nocumētū eius epati q̄n in ipo est infirmitas nocumentū magnū: ꝛ ꝓprie cū in eo est apostema aut duricies: ꝛ nocet etiā huic mēbro nocumēto non pauca q̄ndo oppilationes q̄ sunt in eo accidūt ab hūorībꝰ grossis. ꝛ subdit. Deinde mēbrū scḋꝫ cui aduenit nocumētū post epar de vino dulci est splē. Qḋ etiā voluit ipe in li. de vinis cū ait. Dulce vinū neq̄ subtile certitudinaliter neq̄ lucidū inuenies. ꝛ ꝓpterea si dulce est ꝛ grossū est cōsistētia ꝛ tardi trāsitus: vnde nō solū obstruit aliquaꝫ obstructarū particularū: sed etiaꝫ alliciet obstructionē: ꝛ ꝓpterea nociuum fit epati patienti ꝛ maxime phlegmatizanti ꝛ nō solum epar: sed etiā splē nocetur a dulcibꝰ vinis: nō tamē pulmo quādo grossuꝫ aggregauit humoreꝫ. Cuiꝰ interpres Auicē. sentētiā magistri secutus inq̄t in.x. tertij tractatu prio.c.vj. Uinū dulce vehementer aperit oppilationē pulmonis: sicut ipsuꝫ vehemēter generat oppilationem epatis. Et in tractatu quito eiusdē c.j. dixit. Uinū dulce est meliꝰ vinū habentibꝰ in pectore egritudinē ꝛ proprie illud qḋ est albū. nam illud est magis adiuuans ad expuēdū: verū non oportet vt bibatur in pleuresi: ꝛ i periplemonia nisi post maturationē: neq̄ sumat in potu ab illo cuiꝰ epar aut splē est infirmū: ꝛ in.xiiij. tertij.c.xix. silr ait. Uinū dulce facit accidere i epate oppilationē: ꝛ ipꝫ abstergit illā q̄ est i pectore: ꝛ causa i illo est ꝙ vinuꝫ dulce attrahit ad epar nō gradatī ꝓpterea ꝙ epar diligit ipꝫ ex hoc ꝙ dulce: ꝛ ꝓpter suā penetrationē ex

hoc ꝙ est

hoc q̃ est potus. In pulmone ꝯo nõ sic: qm̃ superuenit ei vinũ dulce cũ iã colatũ est. Isaac vero de eo in particularibus dietis sic scripsit. Uinũ dulce calidum est in scđo gradu. ⁊ siccuꝫ in primo: aliquãtulum tñ humiditati pertinet ꝑpterea est grossum. ⁊ illaudabile in sua actione: nisi q: ventrẽ soluit: q: in omni' re dulci vis laxatiua ⁊ colatiua inuenit̃: qđ vinum si aliquid inuenerit in corpore qđ ipsius ꝯtrium sit actioni ⁊ cohibet̃ ad exeundũ calefacit ⁊ bullit ascenditq; ad superiorẽ partem stomachi ⁊ conuertit̃ in cholericos humores: sitimq; generat et ventositatẽ in superiori parte ⁊ lateri nociuam: oppilationẽ in epate ⁊ splene generat: lapidẽ in renib⁹ creat maxime si inuenerit hec mẽbra talibus passionibus ꝑparata: aut digestiuaꝫ virtutem debilẽ ꝑpter hoc caueat illud q̃bus grossa ⁊ humida donat̃ dieta: q: si assuescerint eo ꝑfecto hydropicam incidẽt passionẽ ⁊c. Et postea dixit autoritate Gal. q̃ oppilat epar: q: peruenit ad ipsuꝫ per largas vias pulmonẽ aũt minime q: ꝑ angustas. Illud tñ caueãt. q̃bus generatur sitis eorum em̃ calorẽ augmentat ⁊ humiditatem saliue desiccat ⁊ ingrossat: fit q; quasi creata ⁊ annectit̃ canalibus pulmonis: ⁊ q: ẽt cõuertitur ad choleram: cauendũ est dicente Ga. in. iij. regiminis acutorũ cõmẽto. iij. Post mel vinum dulce inter ceteras res dulces est facili⁹ i cholerã ꝯuertibile. Et li. de vinis. Dulce vinũ in acutis egritudinibus ad expuitionẽ est vtile: inq̃ꝫtuꝫ aũt deficiunt a vehementi caliditate vina dulcia intim̃ minus capitis grauedinem faciũt ⁊ nocumentũ pruden tie. Non aũt sunt idonea cholericis: materia em̃ sunt oia dulcia rãte cholere: neq; fabrientib⁹ conferũt eo qđ sunt grossa. Bona tñ sunt dulcia vina ad nutriendum si sana fuerint: epar: splen. renes: ⁊ hmõi mẽbra: vt idẽ refert in. c. viij. Hec igitur sunt iuuamenta ⁊ nocumenta vini dulcis. a cui⁹ potu tutius esse credimus abstinendũ. Et si gustui delectabilissimũ sit iuxta illud Solonis philosophi dicẽtis. Cõsule q̃ suauissima: sed que optima animũ ac rõnem ducẽ sequere. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxlvj. ostendit naturaꝫ et operationes vini acrestini austeri stiptici ⁊ pontici ⁊ similium.

In vnõ. c. de his oĩbus breuitatis gratia determinabimus ⁊ ẽt q: vnã sapiunt ⁊ eandẽ naturã lꝫ ſm plus ⁊ minus de illa participẽt. Dicam⁹ ergo cũ Gal. in tertio regiminis acutorum ꝯmento. v. sic scribente. vinum stipticũ est pauce caliditatis qñ ꝯparatur aliis vinis ⁊ ꝑpter hoc fit q̃ potus eius confert diarie: verũtñ nõ prouocat vrinã: ⁊ tale est ꝯueniens calidas habentibus complexiões ⁊ epar inflammatũ vt placuit Auic. in. iij. primi doc. ij. c. viij. dicenti. Quib⁹ vinum calefacit ⁊ inflãmat epar: vtãtur tali quale est succus vue acerbe: hmõi autem est vinũ acrestinuꝫ: nõ conuenit. Simil̃r stomacho ꝯpetit inflãmato: ⁊ exiccato: q: sitim remouet ipm̃q; refrigerat ⁊c. dicente eodẽ. in. xiij. tertij trac. primo. c. xxiij. vinũ subtile declinans ad stipticitatẽ paꝝ tolerans cõmixtionem ꝑpter aquositatẽ suã facit penetrare cibũ: ⁊ viuificat virtuteꝫ ⁊ excusat a potu aque frigide facientis tristari ⁊ irasci suo frigore Isaac vero de ipso in particularibus dietis inq̃t. Ponticum vinum ⁊ acerbum durius est ⁊ grauius: tardiusq; digerit̃: venasq; difficilius dulci perforat quia dulce calidius est ⁊ acceptabiliorẽ saporem hꝫ. Ponticum cutẽ videtur esse terrestre aut paꝝ habens saporem vñ difficile est ad perforandũ venas:

neq vrinā neq egestionē aut sudorē prouocat: nō ergo bonū sanguinē generat: ventrē tamen ꝛ intestina cōfortat: stringit ergo egestionē de stomacho defectiōe maxime si solutio cā caloris fiat: cuius signa sunt rasura intestinorū ꝛc. vnde Diascorides. vinū inquit acerbū diureticū est: sed nescim⁹ qua intentione hoc dixerit ꝛc.

¶ De pontico etiā dicamus cū eodē vbi supra sic scribēte. Si vinum fuerit ponticū: necesse est vt sit grossum impossibile est equidē vt vini pontici liquor sit subtilis: imo vinū taliter existens illaudabile dat nutrimētū durū ad digerendū: vrinā nō prouocat: vētrē constipat: tarde ad caput ascēdit: stomachū ꝛ cerebrū cōfortat: ꝛ ꝓdest malas habētib⁹ aquas figurā corporis disturbātes: eos etiā iuuat qui frigidissimā potauerunt aquam vel niuem: qꝛ si corruptibilis aqua bibatur in malos conuertitur humores ꝛc.

¶ De vino aūt austero dicam⁹ postremo cū Gal. in li. de euchimia. ꝛ cachochimia. c. viij. sic cōsulēte. Fugere autem opꝫ a grossis simul ꝛ fetidis vinis ꝛ ab indelectabilib⁹ ꝛ austeris. Et infra: vinum austerum non similiter euchimū: sed robur imprimit debili stomacho ꝛ ventri. ꝛ maxime secundū discrasiam calidā patientib⁹. Et in lib. de vinis sic quoq de eo scripsit. Austerum vinū neq ipsum est diureticū: sed sicut grossum tardat circa hypocūdriū ꝛc. Et postea dixit. Austeris vinis gratia roborandi stomachū vtimur: album aūt ꝛ austerū est inutile: quia infrigidat sensibiliter. Ex quib⁹ patet ꝙ talia vina non faciāt ad sanitatis conseruationē: sed potius quandoq ad medelam vt visum est quare pretermittantur.

¶ Cap. ccxlvij. ostēdit naturā laudes virtutes ꝛ iuuamēta vini odoriferi. ꝛ simul nocumēta oppositi.

Onsiderauim⁹ in superiorib⁹ vinū ex pte substātie ꝛ coloris ꝛ saporis: nūc aūt de ipo q̄tū est ex parte odoris nō inutilis fiat a nobis cōsideratio: qm̄ vt medici sentiūt sapiētes: vna potiorū reqsitarū in vino cōditionū est odor: dicēte Aui. i. iij. p. d. ij. c. vij. Sanitatis cōseruator dꝫ vinū bonū odorē bonū habēs bibere. ꝛ i. c. viij. eiusdē. q̄to magis odor vini fuerit bon⁹: ꝛ ipm fuerit meli⁹ ꝛ saporis melioris erit magis ꝯferēs. ꝛ. xiiij. iij. tra. j. c. xx. sic etiā ait de eo. vinū odoriferū velocis est penetrationis: ꝛ pluribus epatib⁹ conueniēs in quib⁹ nō est caliditas vehemēs. Similiter Isaac in particularib⁹ dietis ipm plurimuꝫ cōmendauit cū dixit. vinū odoriferuꝫ suū liquorē significat esse subtilē tēperatum: ꝛ ex omni sorditie mūdificatū penitusq digestū: vnde clarū sanguinem generat ꝛ laudabilē ꝛ mūdū: cordis ergo est cōfortatiuū: animāq letificat: ꝛ angustiā expellit: qm̄ mūdificat sanguinē a sorditie in corpore existente: qua expulsa sanguinis fumus grossus turbid⁹ ꝛ obscurus solit⁹ naturalis caloris lumē offuscare: expellitur: vnde fit cā letitie: ꝓpter hoc ergo hmōi vinū oibus etatibus ꝛ cōplexionibus cōueniēs est si accipiatᷓ vt opꝫ ꝛ qđ a natura sustineᷓ. vnde hippo. Uinū inqt odoriferū subtilius leuius digestibilius ceteris est ac nutribili⁹: qꝛ significat naturā suā cōpleuisse actionē: ꝛ omne cōtrariū ab eo esse ablatū: proinde vrinā prouocat citoq ad caput ascēdit: ꝛ facillime ab eo inebriaᷓ: sed tñ cito ab ea liberaᷓ. Uinum vero qđ nulli⁹ est odoris: innuit sue fumositatis grossitiē: grauitatē: ꝛ indigestibilitatē: idcirco illaudabilis est nutrimenti: propter hoc nec mūdificat: nec sanguinē clarificat: neq cōfortat cor: nec creat letitiā: grossos etiā augmen

tat humores: ⁊ fumū turbidū generat ⁊ obscurū: quare sit cā tristicie: sed tñ ꝓpter suā grauitatē ⁊ grossitatē nō cito in caput ascēdit vt ebrietatē generet: qđ si fecerit dure tardeqꝫ dissoluitur. Et subdit. Uinū iter subtile ⁊ grossum est mediocre: cuiꝰ odoris mediocris fit actio et passio eius scđm ꝙ est ꝓpinquū vel remotū ab eoꝝ extremitatibꝰ. Si em̄ remotū fuerit a bonitate: malū erit. Si vero a malignitate bonū erit: qđ si steterit in medio eoꝝ erit mediocre. Uinū vero qđ grauē ⁊ horribilē hꝫ odorem: est pessimū scđꝫ sui odoris horribilitatē ⁊ grauitatē nocet cerebro: ⁊ grauat ⁊ ꝑcutit mentē pelliculisqꝫ cerebri infert lesionē: ⁊ pessimū generat sanguinē maxime si est pōticū. vnde Gal. Oportet inquit caueri a vino horribilē naturā ⁊ grauitatē habente maxime si pōticū sit: qꝛ durū est digestioni: ⁊ digestū etiā generat sanguinē malū. Gal. aūt in lib. de euchimia ⁊ cachochimia. ca. viij. sic dicit. vt in nr̄a habemus trāslatione. Meliora ad euchimiā sunt odorifera: sꝫ caput percutiūt. Meliora vero ad vrinationē sunt q̄ subtilia: caput vero minime tangūt. Fugere aūt oportet a grossis simul ⁊ fetidis ⁊ indelectabilibꝰ ⁊ austeris. Et in libro de vinis cōcludit: et nos cum eo presens capitulum dicentes. Melius vinum ad euchimiam est quod est odoriferum: ⁊ in ceteris laudabile magis. hoc igitur pro nostre sanitatis conseruatione debemus eligere: sicut oppositum ob eius nocumenta que dicta sunt pretermittere: quare ⁊c.

¶ Capitulum. ccxlviij. ostendit naturam ⁊ operationes vini noui quod mustum dicitur: ⁊ ipsius nocumenta cum purificatum bullitū ⁊ sufficienter clarum non fuerit.

Cum vinuꝫ ex parte etatis nō minꝰ recipiat diuersitatē q̄ꝫ ex parte suprascriptorū: rōnabile mihi vr̄ de ipso vt sic cōsideratur aliqua non inutilia consequēter perscrutari. Et qꝛ istud duobꝰ modis principaliter cōtingit: cum aliquod nouū sit ⁊ aliqđ vetus. Ideo de primo scꝫ de vino nouo qđ mustū appellatur: primitus dicemꝰ cū Aui. in. j. iij. trac. v. c. x. sic scribēte. Uinū feculētum ⁊ antiquū ⁊ nouū etiā qđ nō est clarificatū generat sanguinē vaporosum feculentū ⁊ tenebrosum. Si tamē clarificatū esset secus cōtingeret: dicēte eodē in. xj. iij. tract. ij. c. viij. In vino qđ recēs est: fortis existit virtꝰ ad aggregandū spiritū ⁊ cōfortandū ipm̄: ⁊ propterea vinū nouū cōmouet coitū: vt idē inq̄t. in. xx. iij. trac. j. c. xviij. et in. ca. xxxvij. eiusdē ait. Illud cui inest proprietas generādi sperma est vinū nouū ⁊c. Cū tñ putrificatū non fuerit quale est id de quo hoc ī loco pricipaliter intēdimus ad plura ꝓducit nocumēta cū dicat ꝑriceps ipse in. xiiij. iij. trac. iiij. c. j. Scias ꝙ potꝰ plurimi vini passi recētis facit cadere in solutionē vētris epaticā: cuiꝰ quidē rō est: qꝛ vt Isaac refert in ꝑticularibꝰ dietis. Uino recēti inest calor in primo gradu: vñ ꝑtinet frigiditati ⁊ humiditati: idcirco ceteris ē nutribiliꝰ: malos gñat hūores ⁊ iordiata somnia ⁊ vētositatē stomachi ⁊ intestinorū. vñ Gal. Uinū qđcūqꝫ recēs fuerit: nō hꝫ vim ducēdi cibū per corpꝰ: neqꝫ vrinā ꝓuocādi: iđ opꝫ frigidas ⁊ hūidas habētes naturas illud cauere: vētositatē em̄ ⁊ inflationē fastidiūqꝫ generat. ideoqꝫ si necessitas fuerit vinum eligatur clarissimum: aquosum: subtile diu a torculari expssum. ⁊ post aliqua subiūxit. Uinū similiter qđ vicine a tortulari exies

rit:qr adhuc est indigestum ⁊ a bulli
tione non quieuit :neqꝫ terrestria ad
suum locū descenderunt naturalem:
neqꝫ etiā aereum ad suū locū saliuit:
scilicet ad superiora:neqꝫ liquor eius
clarissimus:mediocriter aūt stās mū
dificatur ⁊ lucidissimus apparet.De
inde subdit.Recens vinū pro sue hu
miditatis abundantia ⁊ caloris par
uitate:ꝓpter ebullitionē suiqꝫ turbi
ditatem malos generat humores ter
ribilia somnia inducit ventositatē ⁊
inflationē stomacho nociuā ⁊ oppila
tionem in vrinalibus creat vijs . Uñ
Gal. Decet inquit vini diuersitates
intelligere qr recens qđ vicinū est tor
culari calidū est in primo gradu. Ue
tus vero septem annos transiens in
tertio calidum existit. Mediocre aūt
quod est a duob⁹ annis vsqꝫ ad qua
tuor calidū est in secūdo. Quāto eñ
vinum hꝫ caloris paucitatē:tanto hu
midius approbat.Et q̄to calidius tā
to siccius ⁊c.Quātū quoqꝫ vinū noui
ter factum vituperat a Gal.patet per
ea que ipse scripsit in li.de euchimia
⁊ cachochimia.c.viij.cum ait. Uētris
dulcis vina ⁊ grossa sunt lenitiua:vt
nullus ignorat sicut est mustū qđ est
inflatiuum ⁊ indigestibile ⁊ pachichi
mum.⁊ vnā solā bonitatē hꝫ subdu
cere ventrē.Et si de hoc infortunetur
nociuissimum fit. Et post aliqua sub
dit.Fugere oportet ab antiquorꝫ vi
norum potu sicut a valde iuuenū sor
bitiōe.Illa eñ superflue calefaciunt.
Ista vo oino nō calefaciūt. Maxime
aūt a grossis natura vinis abstinere
cōgruit q̄diu fuerint in iuuenescētia
tanto eñ deficiūt cōferre digestioni
bus ciborꝫ: qꝫ ⁊ ipsa vix digerunt ⁊c.
Ex quibus apparet qꝫ nisi mustū bñ
purgatum sit ⁊ clarissimum sufficien
terqꝫ bullitū:multorꝫ nocumentorum
pōt esse ꝓductū:⁊ ꝓpterea non est bi
bendum:⁊ maxime si dulce fuerit pro
pter maiorē que exinde sequeret o p
pillationem:lꝫ q̄plures hoc minime
credāt bestiales:qui postq̄ illo se ad
libitum repleuerint:paucos post ad
modum dies egrotāt multiqꝫ moriū
tur:⁊ bene profecto iacent extincti ne
suis cū voluptatibus malū ꝑximis ꝑ
bentes exemplum:illos corrumpant.
quare ⁊c.

¶ Cap.ccxlix.ostendit naturā ⁊
ꝓprietates vini veteris declaran
do iuuamenta ⁊ operationes eius
quibusqꝫ ⁊ qñ cōueniens sit ratio
ne medicine.

Quia posset quispiā
opinari:imo crede
re qꝫ vinū antiquū
sanis humorib⁹ es
set vtile sicuti vinū
nouū est ab eis fu
giendū: vt dixim⁹
qui nō parum ꝑfe
cto deciperet.Ideo mihi vr̄ impresen
tiarum dicendum esse de ipso ⁊ opera
tionibus ei⁹ magis ad medicinā q̄
ad cibū facientib⁹ ne q̄s eo vtens pro
meliori forsitan egrotet: qm̄ vt dixit
Princeps in.iij.primi doc.ij.c.viij.Ui
nū vetus est quasi medicina ⁊ pauci
existit nutrimenti: sicuti nouū vinum
impedit epar:⁊ ad epaticā perducit
dissinteriam ꝓpter inflāmationē suā
⁊c.⁊ in.ij.tertij.c.iiij.Uinum antiquū
parū valde cōfert egritudinibus ner
uorum omnib⁹ sicuti plurimum ex eo
sumptū est res nocibilior neruis.Cu
ius quidē rō ab eo assignat in .xij.ter
tij.trac.ij.c.ix.cū ait.Uinū vetus odo
riferum est ꝯfortatiuū virtutis expul
siue:⁊ resolutiuum materie male. Et
in.xx.tertij.trac.j.c.xviij.inqt. Uinum
antiquū subtiliat vaporem ⁊ resoluit
eum:⁊ nocet coitui ꝓpter illud ⁊c. Et
hoc iō:qr calefacit plurimū ⁊ desiccat
intm̄ qꝫ si multum bibat occidit:teste
eodē Principe in.xiij. tertij. tract.ij.c.

xx.dicente. Multotiēs moritur homo ex potu vini veteris inflāmatus ꝛ conturbatus:ꝛ sitiēs.ꝛ Ga.in.iij.interioꝝ. Seruus grāmatici bibēs vinū vetus inuigil deinceps factus a febre ac desipiētia captus expirauit.Et ratio quidē huius est:qꝛ vt Isaac inqͭ in particularib⁹ dietis.Uetus vinū quod trāsit vsqꝫ ad septē annos vel plus:calidū est ꝛ siccū in tertio gradu: ꝛ habet quiddā amaritudinis:ꝛ hmōi vinum parū nutrit:citoqꝫ caput ascēdit:ꝛ mētē percutit propter sue pūctionis acumen:maxime si multū ex eo bibatur: ꝛ parū aque ibi misceatur:ꝑpter hoc caueāt illud neruos debiles habētes: ꝛ q̄ sensus acutos habuerint:magnū nāqꝫ eis prestat nocumentū:nisi tantam in suis corporib⁹ habeant humiditatē que bene resistat vini acumini. vnde Gal.Multū inqͭ vinū vetus cōueniens est his in quorū vasis multitudo humorū crudorū est accumulata.Et postea subiunxit.Uetustissimū vero vinū quod propriū perdit saporem:ꝛ amaritudinē habet spernatur. Unde debemus intelligere ꝙ vinum vetustissimū augmētat calorē vltra tēperamentū:nocetqꝫ pelliculis cerebri ꝛ mentē percutit:ꝛ nōnunqꝫ extinguit naturalē calorē cū acumine suiqꝫ siccitate.Et ꝙ vina magis vetera calidiora sunt:ptꝫ ex serie haliabatis in.v. theorice sic scribētis.Et quāto ampli⁹ vinū vetustū fuerit:maioris erit caloris.Que fuit snīa Gali.in.iiij.de simplici medicina dist.iij.c.j.circa finem dicētis.Omnia vina quāto plus antiquātur calidiora sunt:ꝛ accidit vinis stipticis quādo antiquātur:vt acquirāt dulcedinē ꝛ acuitatē ꝛ acredinē.et recedat ab eis qđ est in eis de stipticitate.Unde cōcludere possum⁹ cū Ga. in lib.de euchimia ꝛ cachochimia.c. viij.dicēte.Fugere opꝫ ab antiquorū vinorū potu:sicut ꝛ a valde iuuenuꝫ. qm̄ superflue calefaciūt:ꝛ hoc intelligendū est via nutrimēti: qm̄ loco medicine qn̄qꝫ ꝛ in quibusdā couenientissima sunt:vt dictū est supra:ꝛ precipue his qui frigidi sunt ꝛ humidi supflue: dicente Gal.in lib.de vinis.Frigidis ꝛ aceruatis in venis humorib⁹ q̄ calida ꝛ antiqua vina sunt cōueniunt.Ex his igitur ꝛ ex oībus precedentib⁹ capitulis de vino pertractātib⁹:apparet ꝙ vinū inter oīa bonū ꝛ laudabile ad sanitatē dici mereat:ꝛest illud de quo scripsit Gal. in.iij.microtechni textu cōmēti.ccv.dicēs.Potus quidē aptus vinū est etate mediū:forma vero purum lucidū: in colore vero albuꝫ:aut subrubeū:odore vero suaue:in gustu vero nec aquosum oīno:nec aliquā vehementē qualitatē ostēdens:nec stipticā nec amarā:neqꝫ dulcē.Tale igitur vnusquisqꝫ potēs sibi vinū eligat si temperate vel quasi fuerit cōplexionis.Si vero distēperate valde qđ medico electo videbit bibat.Si vero nō adeo potens fuerit:vt hec omnia habere possit:ꝛ vinū sibi eligere omnem laudabilem habens conditionē:illud saltem quod plures de dictis habuerit assumat:quare ꝛc.

¶Cap.ccl.ostēdit q̄d sit aqua:ꝛ q̄ sit eius cōplexio:quomodoqꝫ non nutriat:neqꝫ nutrire possit.

Cum q̄plures hoīꝫ a natiuitate:ꝛ multi etiā ex tpe vinū bibere nō possint.sed tātū loco eius aquā: iuremerito possent de nobis ꝯqueri si in hoc nr̄o tractatu eligibilioris aque cōditiones nō ostēderem⁹ sicut de vino in superiorib⁹ fecimus.Et ꝑpterea de ipsa aqua ꝛ de spēbus eius quib⁹ ipsi vtunt ꝯhr dicēdū est:vt eā q̄ facit ad sanitatis cōseruationē:ab egritudinali distinguere valeāt.sed qꝛ dixit Ga.in.j.de igenio sanitatis. Qui vult

aliquid inuestigare oportet vt nomē eius diffiniat. Ideo primit⁹ describamus quid aqua sit dicentes cū Auicē. in .j. primi. Aqua est corpus simplex: cui⁹ naturalis locus vt sit circūdans terrā: ⁊ circundata ab aere: cuius natura frigida est ⁊ humida ⁊c. Aristo. autem in libello de sensu et sensato voluit ꝙ aqua sit subtilissimum omnium humorū: quib⁹ in locis auctores sic aquā purā qđ est vnū de quatuor elementis descripserūt. de aqua Auerrois in cōmēto .cxv.ij. libri de anima. dixit. Aqua pura nō calefit sicuti neqꝫ aer puri⁹ infrigidaṫ. Et nos hāc aquā nō habemus. sed aliā nō ita simplicē que alteratur ⁊ corrūpitur vnū quodꝫ ꝙ aūt simplicium nudorū nō putrefit sꝫ ad aliud cōuertiṫ simplex: vt dixit Auicē. in .ij. primi doc .ij. c. ix. Qualecūꝙ tñ habeamus aquā elementū esse dicimur cū potius mixtū ⁊ elementatū dici mereatur. Cuius cōplexio etiā frigida est ⁊ humida. vt nobis innuit Isaac in particularibus dietis cū ait. Physici cōcordati sunt: maxime hippocrates ⁊ Gal. ꝙ aqua sit ꝯposita ex duabus qualitatib⁹ simplicib⁹. s. frigiditate ⁊ hūiditate: proinde nullū dat nutrimentū corporibus humanis ⁊c. quia eis nō assimilatur cū simplex sit respectu saltē nostrorū corporum que cōpositiora valde sunt ipsa Simplex aūt cōpositio dissimile est Et ꝓpterea aqua nutrire nō potest: qm̄ nutrimentum nihil aliud est ꝙ̄ cibi ssimilatio in corporibus edentiū potestate quidem eis simile. Aqua aūt nō nutribilis est: cū nec ꝑtāte neqꝫ accidentaliter sit similis calori: nec siccitati nostri corpoꝛis ⁊c. Ratione igitur simplicitatis ⁊ suarū qualitatū non pōt nutrire. Et ꝙ in cōplexione sua aqua sit frigida ⁊ humida nō est dubitanduꝫ cū nō solū Isaac: sed etiā Gal. sic ipsa esse affirmauerit dicens in libro .j. de simplici medicina. Aqua que vere est aqua ꝓpria cui non admiscetur alia substantia est in virtute sua frigida necessario: ⁊ in dist .ij. eiusdē. c. j. Aqua in natura suaē frigida ⁊ humida: tñ si proieceris in ea sulfur aut alumen facies eā calidā. Et in dist .ij. c. vj. ait. Aqua cū hoc ꝙ infrigidat est magis humida ꝙ̄ omnis res: cū non sit aliquid humidi⁹ ea preter aerē. s. Et sic habemus que sit eius natura ⁊ cōplexio: ⁊ qm̄o non nutrit neqꝫ ad id essentialē aliquā potentiā habeat. Quod dicimus ꝓpterea ꝙ per accidens iuuat ad nutritionē subtiliādo cibū ⁊ faciendo ipsum penetrare. ⁊ qđ ita sit apparet ꝑ Gal. i tertio regiminis acutorū cōmento .xix. dicentē. Aqua non est nisi cōpositor cibi ⁊ nō cib⁹: quod nō tantū hippocrates: sed etiā reliqͥ medici dixerunt. ⁊ in libello quē de bonitate aque cōstruxit inquid. Nō nutrit aqua: sed solū est vehiculū cibi vt hippocrati ⁊ Chrisippo ⁊ erasistrato videtur. Et propterea dicebat Princeps in secunda primi. c. superius allegato. Aqua vnū existit elementorū que sola inter omnia elementa habet propriū: vt in eo ꝙ comedere ⁊ bibere ingrediatur nō ideo vt nutriat: sed qꝛ nutrimentū penetrare facit ⁊ ei⁹ rectificet substantiā. Nos aūt dicim⁹ ꝙ aqua non nutriat nisi quia nutriens in potētia est sanguis: ⁊ in alia potentia longiori est pars mēbri hominis. Corpus vero simplex nō cōuertitur nisi ad formā sanguineā recipiendā neqꝫ formā membri humani nisi cōpositi. Apparet ergo ex his que nos in rubrica presentis capituli promiseramus ad quas vero operationes vtilis sit: ⁊ ad quē finē bibenda ab hominibus ⁊ a brutis in sequentibus magis patefiet. quare ⁊c.

¶ Cap. cclj. ostēdit q̄ iuuamēta ⁊ vtilitates ꝑueniāt in corp⁹ ex laudabili aqua bibita.

Quia in superiori capitulo dictū est q̄ aqua simplex sit ꝛ frigida ꝛ humida nō nutriens: potuissent aliq̄ dubitare ꝛ nobis obijcere: vt Isaac refert in particularib⁹ dietis: hoc modo. Si aqua est sicut dixisti: q̄ necessitas fuerat vt aqua daretur nature humane: cū nos videamus animalia nullo modo posse regi nisi rarissime absq̧ aqua. Quibus sic obijcientib⁹ respondendū est. Aque necessitas duob⁹ modis fit. Uno quia portat cibū per totū corpus cū sui subtilitate ꝛ liquore: dissoluit autem ꝛ attenuat cibū vt possit venas penetrare ꝛ ceteras vias corporis. Alio modo q̄r cū frigiditate ꝛ humectatione refrigerat ꝛ extinguit caloris extranei ꝛ naturalis acumen: ꝛ sitim ab eo generatā mitigat propter cōtrarietatatē quā vtraq̧ habent: ꝛ dissoluit fumū circa cor accumulatū: quoniā cōfortat naturā in actione sua. Sz tamē si inuenerit fortē caloris quantitatē ad eo vt nequeat ei repugnare mutat̄ in ipsuz patiendo: sicut videmus in exterioribus aquā in ignē trāsire: mutat̄ em̄ in igneā naturā pro sui subtilitate: vnde ignis cōfortatur ꝛ augmentat̄. Uñ nos oportet vt ꝓuideamus: si hec infirmo tribuantur ingeniare illā admiscēdo eis videlicet rē grossam ꝛ eam grauantē que sit in sua cōplexione cōposita sicut psilinū: panis lot⁹: ꝛ similia vt fiat grossior ꝛ grauit̄: neq̧ calori obediat extraneo: sed ꝑ ea extinguat̄ sitis ab ea generata ꝛ calor mitiget̄. Hoc similiter voluit Auicen. loquens de aq̃ iuuamento in. ij. primi doc. ij. c. xvj. cū ait Aqua est substātia que ad iuuat ad liquefaciendū nutriens sub tiliandū ꝛ vt cito currat ꝛ penetret in venas ꝛ in foramina: necesse pōt absq̧ hoc auxilio eius: cōplementū rel; nutrimēti. Et ĩ summa de pulsibus. c. xj. Aqua nutrimētū penetrare facit. Et in canticis textu commnenti. ca. xxxv. sic etiaz inquid. Aque delectabiles coseruēt humiditatē radicalē: ꝛ causant egressuz fecū ꝛ superfluitatū: digerūt q̧ ꝛ deducunt cibū ꝑ venas Gal. quo q̧ iuuamenta laudabilis aque plurimū extollit: dicens in. j. de regimine sanitatis. Bona aqua oībus etatibus cōgruit. qđ non de vino cōtingit vel cibarijs: ꝛ licet ipsa nō sit cibus sicut non tantū dixit Hippocrates: sed etiā reliqui medici: est t̄n cōpositor cibi: teste eodē in tertio regiminis acutorum cōmento. xix. Similiter Rasis in. iij. almansoris. c. iiij. de vtilitatib⁹ eius inquit: aqua naturalis in corpore cōseruet humores: que cibū subtiliās penetrare facit: ipsa quoq̧ calorē reprimēdo calefactis calidāq̧ habentib⁹ complexionē plusq̧ vinum conueniēs est ꝛc. Et in. xxiij. cōtinentis capitulo. ccccccxlvj. dixit auctoritate Ruffi. aqua cōfert ei cui cōdominatur humor niger ifalminatus in quo generat̄ cholera nigra: vel in quo accidit ayda in principio morbi laborantibus cholera eruginosa in febre laboranti sudore raritate corporis ꝛc. Et infra subiunxit aqua confert ad faciendam bonam digestionem et penetrationem nutrimenti: ꝛ inductionem ipsius ad membra: ꝛ facit bonum augmentū: et bonū sensum totius corporis: ꝛ leues motus eius: prouocat mēstrua. cōfert visceribus: capiti: neruis: laboranti pleuresi periplemonie: dolori gutturis. saltui cordis: exituris magnis: detegit hec omnia vitia in potu data auit si balneatio fiat in ea calefactionē mitigat: ꝛ omnia accidentia que fiunt ex morsu cholere ꝛc. Idem quoq̧ dixit autoritate Ioānitij ꝛ multorum aliorum veterum. Sed quia non est presentis propositi adducere vtilitates aque facientes ad egritudinum curationem: sed t̄m ad sanitatis conseruationē: ideo pretermissis illoꝝ de

ctis: dicamus deinceps que aqua pro prie bona sit: et laudabilis pro potu his qui vinū bibere nō consuescūt: et in ea perfect a. cōstitere iuuamenta p maxime arbitrandū est. quare ꝛc.

Cap. cclij. ostendit que aqua laudabilis sit ꝛ melior alijs ad sanitatē quātū est ex parte sue essentie.

Cum oēs spēs aque eas quas diximus in superiori. c. nō habeant vtilitates: sed tātammodo illa que iculpabilis existit. Ideo que sit huius cemodi inuestigandū est cū ipsa sit oibus necessaria: ꝛ nō solum bibentibus aquā: sed etiā vinū bibere consuetis vt possint vinū limphare: ꝛ cū ea ipsum refrangere cū voluerint: valeant qꝫ in ipsa carnes decoqui facere ꝛ cetera que cū aqua solent preparari. Similiter etiā p infirmis ꝛ precipue febrientib⁹: quibus aquā iubent medici propinari. Et ppterea q̄ sit melior aquarū debemus perscrutari dicēte hippocrate in li. de aere ꝛ aqua. c. j. Oportet te esse attentū circa virtutes aquarū vt pote que diuerse in pōdere ꝛc. ꝛ in. ij. c. eiusdē Maximū studiū adhibendū est bonitati aquarū vel malignitati earꝫ. si paludestris sit an astagnea: an mollis an: grossa: an digeriduraneqꝫ i hoc negligētiā habeas qm̄ scia aq̄rū multa ē ad sanitates corporee igeniū: vt idē dixit i. c. iij. libri eiusdē. Qd etiā voluit Gal. ꝛ eius cōmētator in li. sectarū cū di. Rationabilis medicus dꝫ scire naturas hoīm ꝛ aquarū ꝛ locorū ꝛ causarū omniū. A q̄bus accepit haliabas in. v. theorice. c. xxix. cū inq̄t. Dico q cū aq̄ vsus necessarius sit ꝛ ad sanitatis custodiā. ꝛ ad mēbrorū medelā maior oib⁹ reliqs vtilitatib⁹ necessariū oīno ē medico aq̄rū cognoscere nās: ꝛ earū melioribus vti ꝛ vtilioribus potuit reliq̄s qꝫ cauere. Dicamus ergo q aq̄ laudabilis: vt ait Isaac. in particularibus. duo in se cōtinet. vnum est ex sui essentia: aliud ex sui cursus origine. ex sui essentia dꝫ esse clara mūda nullū hn̄s calorē aut saporē vl' odorē vl' fetorē qꝛ color: sapor ꝛ odor significāt q̄ttuor cōpositiōes q̄litatū ab actione nature cōpositas in corporibus in secunda cōpositione de hūiditate ꝛ frigiditate. Non ergo debet habere aliquod supradictorū q si habuerit significat aliā rē in ea esse adunatā. Si vero habuerit calorē: necesse est vt sit albus: clarissimus: ꝛ nitidus: hoc em̄ demonstrat aquā esse clarissimo ꝛ tenuissimo aere cōmixtā. Si vero habeat saporē necesse est vt sit acceptabilis cōmunis ꝛ facilis sensui. q si odorem habeat: necesse est vt sit odorifera omni carēs putredine ꝛ grauitate. Quecūqꝫ enim aqua talis est: bonū habet saporē: ꝛ venarū erit penetratiua: ꝛ ciborū portatiua: ꝛ nullā auget ventositatē rugitū ꝛ grauitatē. Quod sensit Gal. in libro. j. de simplici medicina distinctiōe. ij. c. j. dicens. aqua pura experitur ꝛ indicat de ea p tres sensus: qui sunt: visus: gustus: et odoratus. Per gustū quidē: vt nō sit ei sapor omnino: immo sit isipidi saporis in summo: ꝛ per visum quidē: vt sit in summo clara ꝛ mūda ꝛ luminosa: ꝛ similiter in odoratu oportet em̄ vt nō sit ei odor omnino. ꝛ subiunxit. aqua que denudata est ab his oibus ppietatibus est apud naturā: idest prope purā: nō munda in fine mundificationis: sicut nullū sensatorū quattuor elemētorū est parū cui nō pmixtū sit aliquid cū eo. Apud sensū ꝛ visū aqua lōginqua: ab illis ppietatib⁹ est pura mūda. Que fuit snia hippocratis in libro de aere ꝛ aqua. cap. dicentis. Aqua aliarū optima saporata que in hyeme calida: estate frigida: ꝛ melior est que ab ortu solis. ꝛ maxime estiuo

tempore decurrit: alba perspicua atqꝫ proculdubio odorifera est. Que aūt ē lenta grauis nō currēs minime est in natiua. Debet preterea aqua laudabilis in essentia sua leuis esse ⁊ subtilis: quoniam aqua que est leuior i pluribus dispositionū est melior: ⁊ ideo scire debes ꝙ pōdus est ex experimē tis adiuuantibꝰ ad cognoscedū aque dispositionem. Cognoscitur autē pondus per mensurā: cū in duabus aquis diuersis duo panni. aut duo cota vni us ponderis madefiant: ⁊ postea vehemēter exiccentur: deinde ponderaꝉ qꝛ aqua cuius cotuꝫ fuerit leuius erit melior inq̄t Auicē. in. ij. primi doctrina. ij. c. xvj. Qđ etiā voluit Rasis in. iij. Almansoris. c. iiij. dicēs. Aqua insup que pondere leuior est: caloreq̄ꝫ ⁊ frigid itatem; velocius: suscipit: sapo rem' retinet meliorē que. s. ad dulcedinem parūper declinatur melior iudicaꝉ: que similiter fuit Gal. sentētia in primo de simplici medicina distinctione. ij. c. iiij. dicentis. Aqua quāto subtilior est: tāto velocius suscipit impressionē: ⁊ subtilior quidē aqua est i qua fex terrea minor est. ⁊ ipse quoqꝫ ab hippocrate accepit in. v. aphorismorum. aphorismo. xxvj. sic scribēte. Aq̄ que cito calefit ⁊ cito infrigidatur leuissima est: eo quia subtilis est et rara: in qua multum de aere est admixtum. Et propterea hmōi est ex parte sue essentie laudabilior ⁊ eligibilior aqua. Et potest etiā probari: vt Isaac inquit: accipiendo lineos pannos tenues: ⁊ veteres eosqꝫ medios diuidēdo eq̄liter ⁊ malefaciēdo in duabꝰ aquis: ⁊ in vno loco suspendatur: ⁊ in vno tempore: ⁊ qui primus erit siccus aqua erit leuior: ⁊ in tali potu conctionibus huiusmodi: pro q̄buscūqꝫ oportuerit: vtendū est.

¶ Cap. cclvij. ostēdit que aqua et p̄cipue fontina laudabilior sit ex pte sue originis ⁊ loci ad quē tēdit necnō ex parte luti sup qđ trāsit.

Hoc capitulū erit p̄cedētis cōplemētū: cū per ipsuꝫ clarꝰ apparebit q̄ aqua laudabilior sit ⁊ magis faciens ad sanitatē quātū est ex parte sue originis ⁊ loci ad quē tendit et aliorū vt per processum patefiet. Dicamus ergo cū Isaac in particularibus sic scribēte. Origo cursus laudabilis aque necesse est vt sit contra orienteꝫ aliquātulū: septentrionali pertingēs plage: septētriōalis ⁊ orientalis ventꝰ eā perflet. Fluxus vero eiꝰ necesse est vt sit fixus ⁊ velox currens super lapidē paruū ⁊ arenas clarissimas: nullā habens immūdiciā: aut cursus super cretā sapidā nimisqꝫ mūdam. coloreqꝫ eius rubeus aut niger: huiusmodi eīn aqua subtilis est ⁊ leuis: que posita ad ignē seu solē citissime calefit: calefacta vero ad aerē ponaꝉ ⁊ velociter refrigeraꝉ. ⁊ citissima est eius mutatio de qualitate i qualitatē: ⁊ de vtero expulsio est significans leuitatē ⁊ ostendens illā quicq̄ꝫ terrestre nō habere. Qđ etiā sensit Rasis in. xxiij. cōtinentis. c. cccccccclvj. ⁊ Auicen. in. ij. primi c. xvj. dicētis. Aque vero q̄ sunt aliis meliores sūt aq̄ fontiū: neqꝫ tñ omniū fontiū nisi fontiū terre libere: i cuiꝰ territorio nulla dispositionū qualitatū extranearū superat: aut aq̄ q̄ sunt petrose: qꝛ sunt digniores ne terrestri putrefactiōi putrescāt. Illa tñ q̄ ē terre libere melior ē petrosa: neqꝫ omni fonte terre libere: sed tantū illa que preter hoc est currens: neqꝫ omnis currēs nisi currens que est soli ⁊ ventis discooperta: hoc namqꝫ est ex eo ꝙ currens nobilitatē aquirit: neqꝫ omnis currēs discooperta: nisi illa que super lutū incedit. Et debēs scire ꝙ illa que super lutum vadit melior est ea que sup pe

tras fluit lutũ enĩ mundificat aquã: ꝛ aufert ab ea res extraneas sibi admixtas q̃ sunt in ea:ꝛ colat ipsam:sed lapides nõ faciunt illud.opꝫ autẽ vt lutum sup qđ transit sit liberũ ꝛ nõ fetidum:neqꝫ lacunosum:neqꝫ aliud aliqđ tale. Quod si hec aqua fuerit multa ꝛ forti cucurrerit cursu:q̃ ꝑpter sui multitudinẽ illud qđ ei admiscetur in suã cõuertat naturã:ꝛ q̃ suo cursu ad solem tendat scꝫ ad orientẽ ꝛ proprie ad eius estiuũ erit melior aqs ꝛ quanto magis cum multũ a suo elongabit principio:ꝛ post hanc q̃ ad septentrionem vadit:illa nãqꝫ q̃ ad occidentem tendit ꝛ meridiẽ est mala:ꝛ ꝑprie cũ meridionales exufflauerint venti: et illa quidẽ que a locis descẽdit altis cũ aliis bonitatib⁹ est melior. Et illa q̃ est sic quasi dulcis esse imaginat:ꝛ est pondere leuis:ꝛ cito infrigidat:ꝛ cito calefit;ꝑpterea q est resoluta frigida in hyeme:ꝛ calida in estate:i qua nullo modo sapor superat aliqs neqꝫ aliquis odor.ꝛ cito descendit ab hypocũdriis ꝛc. Auerrois etiam in cõmento. xxxi.canticoꝝ sic de eis inquit. aque fontine secundũ opinionẽ hippocratis ꝛ Gal.sunt meliores.ꝛ ex eis maxime orietales:ꝛ sup arenã incedẽtes ꝛ in.v.colliget simil'r ait. Melior aquaꝝ secũdum hippocratẽ est aqua fontiũ orientaliũ:que scaturit ex terra q̃ non hꝫ nimis grossam substantiã nec nimis mollẽ vel luteã: sed sit mediocris inter has:ꝛ ꝑpterea hec aqua est suauior ꝛ leuior ꝛ citius permutat ꝛ calido ꝛ frigido. Gal.quoqꝫ in.i.de regimine sanitatis dixit. Quocũqꝫ fontes versus septẽtrionẽ quidẽ fluunt ex petris expressi duras habẽt aquas ꝛ tarde incedẽtes. Qui vero versus orientẽ:bonas si p terrã colant purã:ꝛ calefiunt ꝛ infrigidantur velociter. Et postea subiunxit. Fontis aqua recens est bibẽda:que nullã adiectã habeat perniciosam qualitatem. Et hec fuit hippocratis snĩa in libro de aere et aqua.c.i.dicẽtis.aque vero fontiũ secũdum ortũ solis existentiũ omnium sunt meliores scđo vero ille que inter estiualẽ ꝛ hyemalẽ ortũ habẽt. Quarum etiam meliores sunt oriẽtis ortu pertinẽtis:postea vero q̃ inter estiualem ꝛ hyemalẽ. Sed harum omnium peiores :meredionales. Que autẽ sunt inter hyemalẽ ortum:ꝛ hyemalẽ occasum existunt inter illas medie. Ille vero que in septẽtriõis pte sunt illis meliores existunt. Ex quib⁹ satis patent que in rubrica capituli huius declarari promittebãtur.quare ꝛc.

¶ Ca.ccliiii.ostẽdit malitiã aquarum fluminũ:ꝛ precipue per ciuitates transeuntiũ vel prope illas existentiũ paucis admodũ exceptis.

Si possemus fontiũ aquas habere cõtinue: ꝛ illas precipue quas in superiori capitulo cõmendauim⁹:aliis quippe sicut fluuialibus et huiusmodi nequaq̃ vtendũ esset. Verum q illas semp habere nõ valem⁹. cum a fontibus plerũqꝫ remote sint ciuitates ad quas flumina solent peruenire. Quoꝝ aqua illarũ hoies vtidiuersimode cõsueuerũt:nesciẽtes forsitan an bona vel mala ꝛ illaudabilis ad sanitatẽ existat. Ideo de aquis fluminum dicamus impresentiarũ quid senserint antiquiores:vt dictis eoꝝ p lectis:sciat vnusquisqꝫ bonas illarũ a malis secernere. Et primo referamus que scripserit Isaac in particularib⁹ dietis cũ ait. Post aquã pluuialẽ cõmendamus aquã fluminis magni a ciuitate remoti: cuius liquor est clarissimus sup arenas nitidas vel lapides currens:tñ melius est si fluat sup lapides q̃ super arenas: lapides enĩ illudunt aquaꝫ eiusqꝫ grossiciem attenuant:que vero super arenas fluit nõ

tidas melioꝛ eſt ꝙ̃ pluuialis in ciſter-
na longo moꝛãs tp̃e ⁊c. Auerro. autẽ
in.v.colliget ſic de eis inquit. Raſis
ſenſit ꝙ melioꝛ aqua ſit fluminũ ma-
gnoꝝ ductuũ. Et hippocrates dicit ꝙ
iſte aque ſunt diuerſaꝝ ſubſtãtiaꝝ eo
ꝙ tranſeunt per diuerſas terras: ⁊ ꝓ-
pterea qꝛ ingrediunt̃ eas multi riui.
Et mihi videtur ꝙ Raſis nõ laudauit
flumina magis groſſa: niſi ꝓpterea
qꝛ ſolo operat̃ in eis vnã operationẽ
propter quã ſeparãtur partes groſſe
a ſubtilibus: ⁊ propterea coquũt me-
dici aquã illis qui habent debilẽ ſto-
machum ⁊ epar. Ergo opus quod fit
in aqua eſt diuerſum ab aqua: ſed qđ
eſt inſpiciẽdum in aqua eſt diuerſitas
terrarũ: qꝛ nõ poteſt eſſe quin in eſta-
te non defluãt ad flumina aque mul-
titudo ex aqua pluuiali. Et ꝓpterea
quanto plus elongatur flumen a ſuo
oꝛtu eſt deterius: ⁊ ꝓpterea noſtrum
flumen melius eſt in coꝛduba ꝙ̃ in ſi
bilia: ⁊ eſt deterius in ſibilia propter
cremẽtum ⁊ decremẽtum: ⁊ ꝓpter ad
mixtionẽ: aque ſalſe in eo: quãuis illđ
non ſentiat̃ ⁊c. Et ſubdit. Impoſſibile
eſt vt aque magnoꝝ fluminum non
ſint turbide: ⁊ propterea inuenimus
in fundo pitarioꝝ qñ ponimus in eis
aquã fluminũ multũ de ſabulo ⁊ ter-
ra: ⁊ ſic accidit in terra noſtra qđ non
accidit de aquis fontiũ. hec ipſe. Aui
cen. quoqȝ in.ij.j.doc.ij.c.xvj. ſic de ip-
ſis ſcripſit. Sunt autẽ qui aquam nili
maxima laude extollũt: ⁊ eiꝰ bonita-
tes in quatuoꝛ cõpꝛehẽdũt: in longi-
tudine manationis eius ⁊ bonitate
locoꝝ p̱ que vadit: ⁊ qꝛ in curſu ſuo a
meridie tendit ad ſeptentrionẽ ſubti-
lians illud qđ in ipſo currit ex aquis:
in multitudine vero ſui: qꝛ alie cõmu-
nicãt ei: in aquis autẽ aliis ſi quoti-
die eas de vno vaſe in aliud mutares
quotidie manifeſtã videres deſcẽſio-
nem ⁊c. Ex quibꝰ nobis videt̃ ꝙ Prin
cepsaquas fluminũ nõ cõmẽdẽt: imo
implicite dicat ipſas terreſtres ⁊ tur-
bidas eſſe. Quod eſt ita in rei veritate
ꝓpter canales ⁊ ductus particulares
ꝙ̃ plurimos turbidas ⁊ infectas ma-
lis qualitatibꝰ aquas in ea flumina
perducẽtes. Et pꝛecipue aqua flumi-
nũ ciuitatibꝰ propinquoꝝ ſup̱fluita-
tes ⁊ immũdicias excolãtium in qui-
bus pãni lauant̃ ⁊ res multe moꝛtue
⁊ fetide proijciũtur: pelles aĩalium: li
nũ ⁊ hmõi macerãtur. Que oĩa boni
tatẽ aque fluminis peruertũt: ⁊ pro-
pterea turbide fiunt ad potũ indele-
ctabiles ⁊ ad coquinãdum ſuſpecte.
Et oĩa vt vno cõcludamꝰ verbo: aque
fluminũ inſalubꝛes ⁊ pernicioſe debẽt
ꝓnunciari: quare dimittẽde ſunt ⁊ pꝛe
cipue poſt multitudinẽ pluuiaꝝ cum
turbidiſſime ⁊ velut rubee fiãt. Aqua
igitur fluminũ illaudabilis exiſtimet̃:
niſi talia fuerint flumina qualia vbi
ſupꝛa Iſaac inq̃t foꝛe debere. Tũc enĩ
eoꝝ aqua rõne ſui motus ⁊ puritatis
laudabilis eſſet: nõ tñ magis ꝙ̃ fonti
na vel pluuialis: vt infra apparebit.
quã aquã in hac regione credo ꝙ ne
mo poſſit reperire: cũ flumina taliter
cõditionata nõ habemꝰ. quare ⁊c.

¶ Cap̃.cclv. oſtẽdit nocumenta et
maliciã aque turbide dicẽdo eam
clarificare multifariam.

Quia in ſuperioꝛi capitu
lo ſatȝ equidẽ repꝛoba
uimꝰ aquã fluminũ: eo
ꝙ vt plurimũ eã turbi-
dã eſſe reperiamus: no
bis videt̃ ad clarioꝛẽ hu
ius noticiã cõſequẽter perſcrutari de
bere ſi aqua turbida ſit ad ſanitatẽ
ſuſpecta: vt ipſam oĩno opoꝛteat eui-
tare. Et breuit̃ dicimꝰ ꝙ illaudabilis
⁊ egritudinalis exiſtit oĩno: vt pȝ per
haliabatẽ in.v. The. c.xxix. dicentẽ.
Turbida aq̃ eſt cui lutũ imixtũ eſt: ⁊
talis ſpẽs aq̃ oppillationẽ gñat i epa
te: lapides in renibꝰ: magiſqȝ i ſtoma

cho ꝙ̃ ſuis ⁊ pura moratur. Simili-
ter per Auicẽ.in.ij.primi.doc.ij.c.xvj.
ſic ſcribẽtem. Aqua vero turbida lapi
dem generat ⁊ oppillationes: ideoqꝫ
poſt ipſam res comedẽda eſt prouo-
catiua. Quod etiã ſenſit Raſis in ter
tio Almãſoris.c.iiij.cum inquit. Tur
bida autẽ aqua in epate oppillationẽ
⁊ in renibus lapidẽ generat. Que fuit
ſententia hippocratis in libro de ae-
re ⁊ aqua.c.ij.dicentis. Aqua que cuꝫ
in vaſe ſteterit: ⁊ fecem fecerit: ſi biba
tur morbos generat. ⁊ in.c.iij. eiuſdẽ.
Aque turbide ſtagnãtes: ſalinares: ⁊
paluſtres eſtate q̃dẽ calid᷑ ſunt ⁊ groſ
ſe ⁊ auſteri odoris: q꞉ nõ currunt ⁊ ce-
tera neceſſario fiunt male. Et propter
ea dicebat Gal.in.j.de regimine ſani
tatis. Fugiende ſunt aque ſtagnorũ:
⁊ turbide: ⁊ ſalſe: ⁊ fetide: ⁊ vniuerſali
ter quecunqꝫ aliquaꝫ qualitatẽ in gu
ſtu oſtendunt. Ea enim eſt optima
aqua que nullã apparentẽ habet qua
litatem: neqꝫ in guſtu: neqꝫ in odora-
tu: ⁊ erit hec aqua bibenti delectibi-
lis ⁊ certiſſime pura. Talis autem eſt
aqua fluminum: cũ dicat Auerrois in
quinto colliget. Impoſſibile eſt vt aq̃
magnoꝝ fluminum non ſint turbide
⁊c. Et propterea ſeruantes Gal. prece
ptum vbi ſupra: turbidas aquas fu-
giamus: ne in nocumẽta ex eis proue
nientia incidamus. Sed ſi quis dice-
ret. Si cõtingeret vt in longinquo iti
nere alias ꝙ̃ turbidas aquas per re-
giones aliquas non reperirẽ: quomo
do poſſem eas rectificare? Cui reſpõ-
debimus dicentes cum Iſaac in par-
ticularibus dietis ſic ſcribẽte. Si qui
volunt aquam clarificare ⁊ mundifi-
care propter cholericos ⁊ iuuenes ce
teroſqꝫ calidas naturas habẽtes: acci
piãt eam cũ puluere boli: ⁊ chimolee:
ſpodij: ⁊ ſimiliũ. ſic decet purificari.
Humidas vero naturas habentibus
donetur cũ amygdalis dulcib⁹ ⁊ tri-
tici farina. Quod ſi neceſſe ẽ vt aqua
potet̃ frigidiſſima aut turbida: opor-
tet eã miſceri vino albo: ſincero: clariſ
ſimo. Raſis vero in.vj.lib. Almãſoris
c.xij.dixit. Aqua groſſa ⁊ turbulenta
clarificãda eſt multotiẽs de vno vaſe
in aliud mutãdo: qđ ſi fieri nõ poterit
per colatorium qđ ex farina tortellaꝝ
madefacta ſit coopertum coletur. De
his etiã q̃ aquã colant eſt vt in ipſa
parũ aluminis iamenitrici proijciat̃:
hoc eñi eam cito clarificat atqꝫ colat.
A quo princeps noſter Auic. videt̃ ac
cepiſſe cum.in.iij.primi.c.penul.dixit.
Aquaruꝫ iter agentẽ malicia ad egri
tudines magis perducit ꝙ̃ nutriẽtiũ
diuerſitas: ⁊ ex hoc ſolicitudo eſt ha-
benda: ⁊ res aque corrigẽda: de eius
autẽ emendatione eſt vt vehementer
coletur: ⁊ fiat vt a reſudãte corpe mul
tum per reſudationẽ egrediat̃: ipſam
quoqꝫ coquere eã q̃nqꝫ colat: ⁊ inter
pure aque ſubſtantiã: ⁊ id qđ ei admi
ſcetur ſeparationẽ facit: ⁊ maius hoc
toto eſt ipſam ſublimãdo diſtillare: ⁊
etiã cum ex lana retorta fit lichiniũ:
cuius vna extremitas in vas plenum
ponit̃: ⁊ altera in vas vacuũ: ⁊ gutta-
tim aqua ad vacuum dilabitur: ⁊ eſt
clarificãdi modus idoneus: ⁊ proprie
cũ multotiẽs factus fuerit. Similiter
quoqꝫ cum aqua mala ponit̃ in vaſe:
⁊ coquit̃: ⁊ proijcit̃ in ea dũ ipſa ebul
lit lutũ liberum: ⁊ guttatim diſtillabi
tur cũ lana ad modum prime. Alios
quoqꝫ dat modos clarificãdi: qui q꞉
non placent nobis pretermittim⁹. Po
ſtremo in fine illi⁹ capi. inquit. Aqua
preterea pãno interpoſita bibẽda eſt
ne ſanguiſuga cũ errore ingrediat̃: et
ne qđ ex malis permixtionibus vehe
mẽter eſt minutũ trãſglutiat. Et hoc
optimũ eſt ⁊ obſeruandũ preceptum
ab iter agentibus. quare ⁊c.

¶ Cap.ccvj. oſtẽdit maliciã aqua
rum putealium ciſterne paludũ: ⁊
omniũ aliarum nõ currentium.

O Ex his oībus mihi videt̄ in vno. c. scribendū esse: cū ipe in quiete simul cōueniant: ꝛ in malicia: q̄uis puteali frequēter vtamur: ꝛ cisternali nōnunq̄ tāq̄ preciosiori ꝛ ad sanitatem cōuenientiori vulgarium sequētes imperitiā: qui eā saluberrimā existimāt: ꝛ ipsam sic esse sine dubio predicāt: cū tñ a sapiētibus sicut ꝛ puteali sit reprobata. Unde Princeps in. ij. p̄mi. doc. ij. c. xvj. sic ait. Puteoꝝ vero aque ꝛ aqueductuū sunt male cōparatione aquarū fontiū: sunt enī aque cōstricte terrestreitatis lōgo tēpore recipiētes. Ideoq̄ esse nō potest quin in eis aliqua sit putrefactio: q̄ñ extracte fuerūt ꝛ cōmote virtute cogente: ꝛ nō virtute q̄ sit in eis declināte ad hoc vt manifestent̄ ꝛ expellant̄: nisi ingenio ꝛ arte: q: via propinqua eis fuit adhibita p quā incesserūt. Et ex eis tamē ille sunt deteriores quib⁹ ex plūbo vie facte fuerunt: q̄ñ ex eius virtute aliquid assumūt: vnde frequēter ad dissinteriā ducunt. ¶ Similiter aqua cisterne nō approbat̄: ꝛ p̄cipue si in ea per longū tempus fuerit: dicēte Isaac in particularib⁹ dietis. Aqua pluuialis in cisterna longo morans tpe malā suscipit qualitatē a fumositate terre. Et q: etiā mouetur illaudabilis esse existimatur. cū dicat Auicē. in loco superius allegato. aque nō currentes quocūq̄ modo fuerint stomacho nō cōferunt ꝛc. Et quāuis huiuscemodi aqua pluuialis fuerit: ꝛ ex nubibus veniens que cōmendatur a sapiētibus. tñ suprascriptis rationibus illaudādi pronūciatur. Quare vulgares hec nō cōsiderantes imprudenter ꝛ immerito eam extollunt: ꝛ qđ deterius est quidā ignari medici: si medici vel potius carnifices debeant appellari: illud idem qđ rudes asserunt ꝛ cōsulunt: ne pauciora vulgarib⁹ scire videantur: vt astātes pro febriētib⁹ nullam preter cisternalē aquā eligāt: ꝛ hoc q: nunq̄ nisi receptas forsitan vel practicā alicuius boni viri perlegunt: si quidē operā darēt libris sapiētum: pfecto viderent Auic. sic vbi supra dicentē. Cum aqua nō currit procul dubio aliqua i ea existit grauitas: ꝛ fortasse in multis caꝫ existit stipticitas. ꝛ cōuertit̄ cito ad calefaciendūꝫ: ideoq̄ nō sunt vtiles febres habentibus: nec illis in quib⁹ cholera superat ꝛc. Qua de causa nec diarticis: vident̄ cōuenire. ¶ Paludalē quoq̄ quā eisdem rōnib⁹ ꝛ causis malā esse ꝛ insalubrē intelligim⁹ ꝛ predictis deteriorem. Et q̄ ita sit apparet p principē in c. prenotato sic scribētē: aqua aūt paludalis deterior aqua putei existit: q: manatio aque putei acuit̄ pp̄ter illud qđ de ipsa extrahit̄ vnde pdurat eius mot⁹: ꝛ nō multū morat̄ in cōstrictione: neq̄ manet in locis vñ manat longo tpe: aqua vo paludis pp̄terea q̄ longo tpe morat̄ in foraminib⁹ terre putrefaciētis: ꝛ eius mot⁹ in manādo ꝛ egrediēdo est mot⁹ tardus: qui non puenit ex fortitudine sue expulsionis pp̄ter largitatē materie ipsi⁹: neq̄ est nisi in terra corrupta ꝛ putrida. Rasis vero in tertio almāsoris. c. iiij. sic de ea inquit: aqua vero stās ꝛ putrida splenem augmētat ac cōplexionē corrumpit: ꝛ gñat febres. Et in. xxiij. cōtinentis. c. cccccccxlvj. dixit autoritate Gal'. Hec aqua scꝫ paludalis: est putrefacta: ideo gñat hūores corruptos sicut generat̄ de venenis putrefaciētib⁹: et gñat cholerā rubeā ꝛ similia de hūoribus putrefactis. ꝛ hoc totū fit ex priuatione cursus ꝛ visione ei⁹ de sole: vnde corrumpit̄ ꝛ lucrat̄ naturā malā ꝛ ideo mala erit bibenti eam. Et post pauca subiunxit. Et dixit Hippocrates q̄ bibentiū talē aquam splen magnificabitur. Gal'. inquit: intendit q̄ splen solidabit̄: ꝛ ego dico q̄ nō corrumpunt̄ splenes coꝝ tm̄: sꝫ etiā alia

membra: et proprie epar et stomachus: quia huiusmodi aqua infert oppillationes in mesaraica que est turbida. tamen splen de ea velociter patitur cum sibi attrahat sanguinem grossum. Et dixit etiam. Bibentes huiusmodi aquam habebunt ventrem calidum ex caliditate putrefacta et siccum et corpora macilenta inflata: immo in eis generabitur putrefactio et ventositates grosse. Extenuantur autem eorum corpora: quia non nutriuntur valde: deficit appetitus cibi ipsorum ex malicia ipsius aque unde ipsa aqua calida est in estate et putrefacta in hyeme gelata et turbida: vndeque cogitur ad bibendum ipsam in eo fiet vitium: vt diximus. hec ipse. Que fuit sententia Gal. in libello de bonitate aque dicentis. Paludose aque omnes sunt pessime: odorem enim habent inconuenientem sicut putrescentem: et estate quidem fiunt calide: hyeme vero frigide: quod est maximum signum malicie aquarum etc. Quod et ipse ab hippocrate in libro de aere et aqua sic scribente accepit. Aque igitur turbulente et stagnantes salinares et paludestres estate calide sunt et grosse: vasteri odores quia non currunt: sed permanent pluuia superueniente atque solis splendore eas perpetuo coburente: itaque necessario fiunt male et absque colore cholera rubeam generant: dolorem in oculis: siccitatem in corporibus dominantem senibus catarros ex defectione neruorum et consumptione: quedam vero ex ipsa moriuntur. Quare fugiende sunt huiusmodi quiescentes aque.

Cap. cclviij. ostendit bonitates aque pluuialis et quomodo subtilior sit alijs et melior ad sanitatem.

Dicamus modo de aqua pluuiali qua non vtimur: cum tamen vtendum foret ipsa potius quam puteali fluminali vel talibus: propterea quod laudabilis est: et plurimum ab autoribus commendata: vt patet per Auicen. i secunda primi doc. ij. c. xvj. dicentem. Ex aquis quidem laudabilioribus sunt aque pluuie: et precipue ille que in estate veniunt: et ex nubibus cum quibus accidunt tonitrua: turbidatio autem vaporis. vnde generantur venti maxime cum nubibus venientes turbidant nubes ex quibus venit pluuia: ideoque eius substantia est falsa et non pura: sed tamen aque pluuiali cito aduenit putredo: licet sit aqua melior propterea quod est valde subtilis: et quia ipsa corrumpens terreus et aereus vapor cito operatur: et fit eius putredo causa computrescendi humores et impedit pectus et vocem. Quidam autem dixerunt huius causam esse quia aque pluuie generantur ex vapore qui fuit ex humiditatibus diuersis subtiliatus. Sed si hoc esset cum pluuia aqua pluie vituperabilis esset et non laudabilis: sed non est ita: immo propter multam sue substantie subtilitatem quoniam omnis subtilis substantia plus recipit passionem: quapropter si aqua pluuie ebullierit: eius receptio putrefactionis minuetur: hec ipse. Et in canticis textu commenti. c. xxxiij. similiter ait. melior ex aquis est pluuialis munda: quoniam nihil admiscetur ei quod inferat nocumentum. Et in hoc conueniunt omnes inquit Auerrois in comento. Quod etiam sensit. Isaac in particularibus dietis cum scripsit. Omnibus autem aquis pluuialis est electior que vicina ab aeris summitate cecidit munda tamen si fuerit ab omni putredine: ponatur in cisterna optime lota talis et aqua minus ceteris est humida: et quedam stipticitatis habet: vnde non nocet stomacho: sed potius eum confortat. que fuit sententia Rasis in tertio Almansoris. c. iiij. dicentis. Pluuialis autem aqua his qui cito incurrunt febres est mala. Et maxime si longi est temporis que tamen in suis alijs dispositionibus est bona. Et in. xxiij. continentis. c. dccxlvj. dicit autoritate Galieni.

Aqua pluuialis leuis est dulcis ⁊ lu-
minosa valde: q: sol concipit tenuiorē
partez aque: ideo cito calefit ⁊ cito in
frigidatur ⁊ decoquit id qđ in ea coq-
tur cito sed mutatur ⁊ corrūpit ēt cito.
Ex hoc tñ noli estimare ꝙ aqua q̃ cor
rumpitur cito sit mala: q: velox corru
ptio ipsius est ex eo qđ colligit ex di-
uersis locis: ⁊ res collecte ex diuersis
locis sunt velocioris putrefactionis:
tñ non est cōditio pene metallis: sz ve
lox putrefactio ipsius est ex tenuita-
te eius: q: pars tenuis ipsius dissolui
tur cito: ⁊ putrefit pars residua. Et di
xit etiam. Aqua pluuialis est melior
omnibus aquis dū non concipiat ma
lum odorem: qm̃ si concipit infert bi-
benti ipsam rancedinē vocis tussiz ⁊
grauem vocē. Et hoc modo intelligē
da sunt verba principis vbi supra. Et
iterum inqt. Aqua pluuialis per se cō
ueniens est ⁊ bona: ⁊ oēs bonitates
aque in ea inueniunt: q: valet ad di-
gestionem: ad ꝓuocandū vrinam: ad
epar: splē: renes: ⁊ pulmonē: ⁊ neruos
⁊ tñ non hz in se vim infrigidatiuam
vehementer: magis humectat et pu-
trefit cito: ⁊ hoc significat super boni-
tatem ipsius: q: alterat cito ex tenui-
tate eius. Quod similiter voluit Ha-
liabas in .v. Theorice. c. xxix. cuz ait.
Aqua pluuialis melior omnibus est
aquis: ⁊ pōderis leuioris suauiorq; et
mundior. Que fuit sentētia diui Hyp
pocratis in li. de aere ⁊ aqua ⁊ regio-
nibus dicētis. Aque pluuiales leues
saporate ac lucidissime sunt. primo nā-
q; sol ab aquis qđ subtilius ⁊ leuius
est attrahendo assumit: qđ inde dep-
hendimus: q: id ꝙ graue ⁊ salsuz fue
rit in suo modo remanere videm⁹: sz
sol qđ leuius ⁊ subtilius est non solū
de fluminibus attrahit: sed ēt de ma
ribus ⁊ q̃buscūq; locis humidis: hu-
miditas nāq; in rebus humidis inue
nitur: necnō ⁊ in hoibus. Qđ humidi
tatis subtilius ac leuius est a sole dē
siccari: sic cōprobat. Si qs em̃ sedeat
ad solem opertus ēt vestimentis: su-
dat equaliter. Si vero in vmbra ine-
qualiter: q: est longinquus a sole ⁊ re
motus: vñ ⁊ aque pluuiales putrent:
malumq; odorē exhalant: q: ex mul
tis congregate sunt aquis ⁊ ideo le-
uiores alijs putrescere solent ac mu-
tari. Cum aūt sol accipit eas ⁊ in altū
suspendit frigescunt: ⁊ aeri cōmiscen
tur. Turbidū vero suū quod nigredi
nem reddit: seorsum in nube seiungi-
tur. Qđ vero leuius: est purgat atq;
dulcescit: q: quod a sole decoquit sa-
poritum ac dulce efficitur: ⁊ q: in aere
a ventis colligit: omnis grossities ab
ea remouetur: ⁊ ꝓpterea sanis ⁊ infir
mis optima existit. ⁊ nulla super eam
eligatur.

¶ Cap. cclviij. ostendit nocumen-
ta prouenientia ex potu aque val
de frigide.

POstq̃ considerauī
mus aquā q̃tū est
ex parte sue essen-
tie modi substātie
⁊ loci: consequēter
debemus eā q̃tuz
est ex parte quali-
tatum considerare
⁊ bene perscrutari si oīs aqua q̃tum
cunq; laudabilis quomodolibet bi-
benda sit vel ne. Et breuiter diximus
quod ⁊ si per fontina vel pluuialis:
aut queuis alia commēdabilis aqua
sit iuuatiua: per accidens tamen ra-
tione actualis qualitatis ei coniun-
cte potest esse plurimum nociua: vt
qñ frigida fuerit aut tepida. Qm̃ val
de frigida plurimū solet nocere: et si
ei⁹ effectus non ita appareat: dicente
Hallabate: in .v. Theorice. capi. xxix.
Omnino quecūq; aq̃ potū cū niue re
frigeratuz assiduus sumit: ab eius cer

te in subsequēti nō liberabit malo maximeqꝫ in senectutis tpe. Cui⁹ quidē rationē assignat princeps in.ij.iij.c.j. dicēs. Aqua frigida nocet neruis propterea qꝛ facit eos deficere a digestione humiditatū que sunt in eis: quare in humorē indigestū permutant. Qd etiā in parte scd̄a canticorū textu cōmenti.xxvij.exp̄ssit dicēs. Potus aque frigide neruis obest. Et Isaac in particularibus dietis cū ait. Porro aqua frigidissima plurimū est neruorū pectoris ꝛ intestinorū percussiua: generatqꝫ dolorē in vētre: ꝛ stricturā in pectore: et oībus instrumētis spiritus et crepaturā in suis venis: quā qui assuete biberit incidet in spasmū: ꝛ mēbrorū dormitationē patietur ꝛ thetanū ꝛ epilepsiā: ideoqꝫ oportet vt cū vino misceatur vt tēperetur. Necesse est ergo oībus naturaliter vel accidētaliter humidas naturas habētib⁹ cauere aquā: ꝙ si aliud nō possunt misceāt eam cū aliquāto mastice: ꝛ coquatur ea quousqꝫ ad tertiaꝫ vel ad dimidiā partem redierit. Et post aliqua subiūxit. Aqua frigidissima velut nix oībus corporis neruis nocet ꝛ dētibus: maxime senibus propter defectionē suorū neruorū: percutit enim stomachum eorū pectus ꝛ oīa viscera: generat in instrumētis spiritus angustiā: spasmum: paralysim: ꝛ hec oīa in senibus sunt cito apparētia: pueris vero ꝛ iuuenibus non cito talia eueniūt pro naturali eorū calore frigiditati repugnāte: sed tamen si ea assuescāt nocet eis. precipue nerui eorū in hanc incidūt passionē: de qua nullo modo possunt euadere ꝛc. Hoc idē etiā non minus sensit Rasis in.iij. Almāsoris.ca.iiij. dicens. Aqua cū niue infrigidata vel ex se vt hec frigida inuenit: stomachū percutit si a ieiunis bibatur: sed epar multū infrigidat: quā nulli ieiuni bibere p̄sumāt nisi calefacti: cōfert enim eis hoc modo si super cibo sit accepta stomachū corroborat ꝛ appetitum auget: ex ea tamē parua sufficit quantitas ꝛc. Gal. quoqꝫ in.iiij. libro de simplici medicina distinctione.j.c.ij. sic dixit de ipsa. Aqua frigida mordicat oculos et nares et quod est in homine de mēbris: et mordicat iterū mordicatione non minore illa partes intrinsecas stomachi et intestinoruꝫ. Que fuit Hippocratis sentētia in.v. aphorismorum aphorismo.xviij. dicētis. Frigidū est inimicū neruis: ossib⁹ dētibus: cerebro: spinali: medulle. Et in.xxiiij. eiusdem. Frigida velut nix vel crystallus pectori inimica: tusses cōmouentia: sanguinē fluere faciētia et catarros ꝛc. Frigida aūt aqua est hmōi. Ideo debet vnusquiqꝫ eā dimittere. Et propterea dixit Isaac in vniuersalibus dietis.c.xj. Frigida vt nix sunt fugiēda: qm̄ etsi in corporib⁹ iuuenū ledere nō appareat: tñ nocumētum niuis paulatim se adunat: lꝫ ipsi non sentiāt: ꝛ exeuntes a iuuētute et subeuntes senectutē multos ꝛ diuersos morbos incidunt: qui incurabiles sunt: ꝛ diu in viscerib⁹ permanēt ꝛ articulis ꝛ neruis: nix em̄ semper mēbra percutit debilia ꝛ multum sensibilia. Que fuit Gali. snīa in li. de euchimia. c. vltimo dicētis. Iuuenum frigida vt nix bibētiū corpa impceptibiliter apparēt ledere: latēs tñ nocumentū paulatim auctū in p̄cedenti tpe declināte eoꝝ iuuētute isanabiles egritudines gignit scd̄ꝫ articulos ꝛ neruos ꝛ viscera. Patit aūt citi⁹ illa pars corporisque cūqꝫ fuerit natura sensibilior. Et propterea bñ cōclusit Auic. in.ij.j.c.sept⁹ allegato cū inqt. Aq̄ tēperate frigida sanis melior est aq̄s oīb⁹: ipa em̄ appetitū excitat ꝛ stomachū forte efficit: vt ēt Isaac ꝛ Rasis vbi supra dixerāt. Qua de re frigidissima aqua in nulla dispōne vtendū est q̄tuncūqꝫ tp̄s anni: cōplexio corporis: ꝛ suscipiētis etas ceteraqꝫ alia calida fuerint ꝛc.

¶ Cap. cclix. ostendit q aqua tepida nec actu calida bibenda sit: sicut nec illa que virtualiter calida fuerit vt salsa sulfurea: aluminosa etc.

Quia diximus in superiori ca. q aqua valde frigida non sit bibenda: posset ex hoc q̄spiā opinari quod sicut aqua frigidissima multa facit in corp⁹ nocumenta sic per contrariū calida plurima facit iuuamenta: qd tñ nō est iuxta pverbium. Oia extrema sunt viciosa: neqʒ enī est necessariuʒ q si vnū contrarioꝝ sit malū: reliquū sit bonū: imo plerūqʒ ambo sunt mala non est aūt sic de ꝯdictorijs: vt recte sciunt logici: sed qꝛ non sufficit dicere q ita sit id per locū ab autoritate declarem⁹. Et primo de aqua actu calida. Scdo vero de calida in potentia. s. q neutra illarum sanis sit conueniēs. Prima quidem non solū nō cōuenit: verūetiam plurimū nocet dicente Auicē. in. ij. primi doctriñ. ij. c. xvj. Aqua calida digestionem corrūpit: ꝛ facit natare cibuꝫ: neqʒ ilico extinguit sitiꝫ: ꝛ q̄nqʒ ad hydropisim adducit ꝛ ad ethicā ꝛ cōsumit corpus. Et subdit. Aqua aūt calefacta cū fuerit tepida facit nauseam: ꝛ cum fuerit calidior q̄ꝫ hec: ꝛ in ieiuno bibita fuerit: multotiēs stomachū lauauit ꝛ ventrē soluet: eā tñ frequēter bibere est malum: qꝛ stomachi debilitat virtutem. Illa vo que multū est calida: q̄nqʒ colicā resoluit: ꝛ splenis vētositatē frangit. Cur aūt aqua tepida bibēda nō sit: est qꝛ resoluit ꝛ precipue stomachi virtutē: teste eodē principe in. xvj. tertij. tract. j. c. iiij. dicēte. Tepidum resoluit sicut frigidum constringit. ꝛ in. j. quarti. c. xxvj. Omne tepidum est mollificatiuū ꝛ resoluit ventrem etc. Que fuit Gal. sententia in secūdo Terapentie. ca. v. dicentis. Tepida omnia soluūt robur ventris. Et in libr. primo de febribus ad glauconem. c. vj. Robur ventris facile soluunt tepida. Et ꝓpterea concludēdū est q aqua tepida nec calida multum bibenda sit: sed moderate frigida: vt in precedenti capitulo dixim⁹.

¶ Quantū vero ad secundā hui⁹ capituli partem principaleꝫ dicamus q aquam virtute calidā in sanitatis cōseruatione nequaq̄ꝫ bibere oporteat: lꝫ aliqui vulgariū aliter sentiāt: q̄bus nec in his: nec in alijs que sue nō sunt artis aliquo modo fides est adhibenda: vt per singulas patet discurrēdo. Nō q̄dem salsa bibenda est: vt apparet manifeste: qm̄ macrescere facit et exiccat: lꝫ primitus fluere faciat ventrem propter vim radendi que est in ea: postea restringit ventrem in fine: propter siccitatem que est in ei⁹ natura: ꝛ corrūpit sanguinē: ꝛ generat pruritum ꝛ scabiem: vt dixit Princeps in ij. primi. c. superius allegato. vbi etiā subiunxit. Aluminose aque similiter nō sunt potande: qm̄ menstruoruꝫ superfluitatem currere nō permittunt: neqʒ spuere sanguinē ꝛ phibent illud qd de emoroidibus egredit: ꝛ corpora que febribus sunt apta fortiter ad eas perducūt. Ferreis quoqʒ: ꝛ hmōi non est vtendū: nisi gratia medicine. Quod ēt sensit Isaac in particularibus dietis cū inq̄t. Rursus decet omnes cauere aquā salsuginē vel nitrositatem habentē: qm̄ talis aqua corpora calefacit: ꝛ desiccat: ventrēqʒ accidentaliter constipat eius: enī actio in initio dissoluit humores grossos ꝛ pūgit intestina: vnde fit solutio ventriū: in fine vero ventris humectationem desiccat: vētremqʒ accidentaliter cōstipat: eius enī actio in initium dissoluit humores grossos: ꝛ pungit intestina: vnde fit solutio ventriū: in fine vē

ro humectationem ventris constipat: eiqz resistit ne per secessum exeat: fit ergo causa constipādi ventris accidē taliter. Quod similiter voluit Rasis in iij. Almansoris. ca. iiij. cum ait. Salsa enim aqua prius ventrē soluit: postea vero cōstringit si quis eam cōsuete biberit corpusqz desiccat &c. Et in libro xxiij. continentis. c. dccxlvj. autoritate Galieni: Ruffi: Joannitij: Bimmasui: & omniū antiquorū dixit. Aqua salsa mala est corrūpens: & est inflatiua et tarde digestionis: & ea nō possunt vti sani & fortes homines: & si vtātur ipsa non poterit eis nocere: & ideo est melius vt videlicet acuta & salsa & meridionalis &c. Paritqz ratione sulfuree: aluminose: enee: & ferree: & huiusmodi neqz eis vtendū est: nisi gratia medicine cum fortiter volumus calefacere: exiccare: abstergere: & inflammare. Et ppterea errant sani ad balnea naturalia accedentes vt per ea purgentur: nesciētes q post quandā ventris solutionē quam ipsa aqua facit: cōstipet & membra inflammet: vnde facile postmodū in febres incidūt & in ethicā. Et ideo a potu huiuscemodi aquarum debent abstinere: cum ipse calefaciant & desiccent valde: & pro medicina mollificatorū neruorum & talium vti debeant: queadmodū dixit Hali. in. v. theorice. c. xiij. Et similiter Gali. in plerisqz locis. Si quis tn̄ purgatione indigebit: melius erit ei vt cū bene dictis & cōsolatis pharmacis euacuetur: lz aliqua id fiat cū impēsa q̄ retinendo pecunias cū aquis naturalib⁹ ebibitis sanitatē corporis: vitāqz qua nihil charius periclitare. quare &c.

¶ Cap. cclx. ostēdit quid decoctio faciat vtilitatis in aquam necessaria pro infirmis & sanis pluribus.

PRo complemento sermonis in hoc libro faciēdi de aqua placuit mihi in hoc. c. declarare quid aqua bonitatis recipiat ex decoctione: quātūqz a cruda differat: cum medici quibusdā infirmis & precipue febrientib⁹ aquam solūmodo coctam iubeant propinare. Similiter et aliquibus sanis vinum bibere nō potentibus eam concedūt: quod de cruda minime presumerēt. Dicamus ergo cum principe nostro. Auicē. in. ij. j. doc. ij. c. xvj. sic scribente. Decoctio rectificat aque maliciam. Aqua em̄ cocta: sicut testificati sunt sapiētes: minoris est inflationis & velocioris descēsionis. Et torpidi quidē medicorū existimant q aque cocte subtile resoluatur: et ipsius remaneat spissum: vnde in coquendo ipsam non existat iuuamentum: quoniā spissitudinē in aquā augmētet. Scire autē debes q aqua in sue aqueitatis diffinitiōe existit ex partibus in subtilitate & spissitudine similibus q: est simplex: sed nō inspissatur nisi propterea q frigoris qualitas super eā preualuit: aut ppter fortem terrestriū partiū cōmixtionē: que ob hoc q sūt puissime ab ea nequeūt separari: neqz descēdere in ea: q: non sunt tāte q̄titatis vt cōtinuitatē aque scindere valeant: & in eā descēdere ob multā paruitatē. Oportet ergo vt eis accidat cōmixtio cū substantia aque: post hoc decoctio spissitudinem remouet q̄ propter frigus accidit primo: deinde partes aque vehemēter rarificat donec fiat subtiliores substātie vt possint ab ea separari partes graues terrestres in eius spissitudine retēte: & cōstringant eas descēdere: & propter descēsum ab ea separantur: et remanet aqua pura & simplici ppinqua: et erit illud quod ppter calefactionē fuit separatum homogenū ei quod remāsit & non longinquū ab eo: q: cum aqua a cōmixto separat̄: eius partes in subtilitate similant̄: neqz multū interest inter illud qđ subit: & inter illud quod remanet. Decoctio ergo non subtiliat

aquam nisi propterea qꝛ aufert spissitudinē frigoris: ⁊ qꝛ facit quod ei cōmixtū est descendere. Et huius quidē significatio existit: qm̄ cū aque grosse dimittūtur longo tempore non descēdit ex eis res de qua sit curandū: sed cum decoquūtur ilico descēdit ex eis res multa: ⁊ fit aqua que remanet in pondere leuis ⁊ clara. Et descēsionis quidē causa est subtilitas que ex decoctione acquiritur ⁊c. hec ipse. Quod etiam voluit Rasis in. iij. Almāsoris. c. iiij. cū inquit. Aqua preterea cocta quousqꝫ minor reddatur eius substantia: minus est inflatiua citiusqꝫ descendit. Et propter hāc cām infirmis ⁊ sanis omnib⁹ conueniētior existit qꝫ cruda. Et ꝓpter hoc medici iubent aquā decoqui debere: ⁊ non vt aliqui putāt vt frigiditatem amittant: sed vt inflationem ⁊ grossitiem ⁊ impuritatē deperdat. Neqꝫ omnis aqua pro infirmis coqui debet: sed tantum illa que fontis fuerit: aut pluuialis: aut cisterne mūde ⁊ nō diu in ea retente. Et in hoc iuuenes medici animaduertant: quoniā astantes aquā putei vt plurimum accipiūt que grossa est et terrestris et reprobata: vt supra diximus: que licet decoquatur nunqꝫ ad eam subtilitatē: puritatem: ⁊ perfectionē deueniet ad quam vna iam dictarum perueniret. Inde ꝓuenit magna ex parte ꝙ infirmorū stomachi ventositate replentur ipsos sepius eructuare cogente: ⁊ debilitātur simul cum omnibus visceribus ratione grossiciei ⁊ impuritatis facientiū eā diutius in corpore remanere. Et sic de sanis idem quod de infirmis diximus intelligatur: cum aquam eis bibere fuerit necessarium. quare ⁊c.

¶ Capitu. cclxi. ostendit quid facere oporteat post cibi ⁊ potus assumptionem: vt bona digestio celebretur et assumpta non corrumpantur.

Cum laude creatoris excelsi vsqꝫ modo descripsim⁹ que ⁊ qualia post exercitiū pro nostri corporis refectiōe erāt necessaria: q̄dqꝫ comedere ⁊ bibere ꝓ sanitatis cōseruatione oportebat. In sequentib⁹ aūt scribere ⁊ declarare intēdimus eodem fauente numine: que post comestionē ⁊ potum fieri debeāt ab his qui suam corporis salutem manutenere ⁊ conseruare desiderāt. Dicamus ergo ꝙ non sufficit ad hoc bona cibaria bonosqꝫ potus assumere: nisi ea bene ac sufficiētissime digerentur. Quoniam digestio in nutricationem: ⁊ nutricatio in vitam est ordinata: vt oēs philosophi ⁊ medici pariter confitētur. Nam dixit Gal. in. v. Terapētice. c. xiiij. Non ex his que trāsglutiuntur: sed ex his que digerūtur in stomacho ⁊ epate exhibitio cibi est toti corpori. Et ꝓpterea ipse cōclusit in. j. lib. memiri. c. viij. De bona digestione super omnia curandum est. Procurandum est igitur omni ingenio omniqꝫ cura ac diligētia vt assumpta reficientia perfecte digerātur: quod fit quādo infra scribēda obseruata fuerint. Quorū primū est: vt cū a mensa discesserimus nō scribamus aut aliquid tale faciamus in faciē proclines: imo erecti deambulabim⁹ suauiter: vt precepta ad fundum stomachi descendant. Et si mihi medicorꝫ minimo nō creditur: sapientib⁹ hoc idē precipiētibus fides adhibeatur. Et primo Rasi in xxv. cōtinētis. c. j. sic referēti. Dixit tabri post cibū debes ambulare per centū passus declinādo in tēpere comestionis super latus sinistrū: ⁊ euitādo post cibum lauationē: equitationem: et huiusmodi. Et post multa auto

ritate Ruffi hic subiūxit. Ambulatio
moderata laudabilior est q̄ fit post ci
bum: q2 cōfortat sup digestionē: ꝓuo
cat vrinā ⁊ egestionē ⁊ facit hoīes pe=
nes cenā in cer o fieri boni appetitus
cibi: ⁊ sumptiōis ipsius ēt bonā dige=
stionem cibi cene facit: sed mot⁹ post
cibū vituperabilior est: ecōuerso. hoc
quoq3 Auic. p̄cepit in. iij. primi. doc. ij.
c. vij. cū ait. Paru⁹ motus post come=
stionem cibuz in stomacho quiescere
facit: ⁊ ꝓprie cū dormiendi post ipsuz
voluntas affuerit. Et infra dixit. In=
quit Ruffus incessus hic mihi plz: et
proprie post prādium: qm̄ bonitatem
operationis cene p̄parat. Qđ etiā in=
nuit Almansor in libr. iij. c. ij. dicens.
Post comestionē vero a forti motu ac
longi tēporis oīno est cauendū: sicut
em̄ motus añ comestionē factus sani
tatis est cōseruatiuus: ita post come=
stionem egritudinis inuenit̄ generati
uus. Non est igit̄ laborandū: neq3 for
ti motu corporis aut aīe mouendum
vt inde corp⁹ nō habeat calefieri: qm̄
dixit Gal. in lib. vj. de accidenti ⁊ mor
bo. c. j. Nullus est cibus q̇ non putre=
scat si fortem patiat̄ calefactionem. ⁊
Auicē. in loco ⁊ c. preallegatis simili=
ter inquit. Accidentia aīe horribilia. ⁊
motus corporei fortes digestionē fie
ri ꝓhibent. Paulatim itaq3 incedēdū
est donec cibus descēderit: postea ve=
ro quiescendū omnino: vt calor natu
ralis in exterioribus mēbris nō occu
patus interiora ingrediatur: ⁊ cibum
potūq3 nō distractus decoquat. Et iō
scribebat Auerro. in. iiij. Metheoroꝝ
cōmento. xj. Effectus augent̄ ex ope=
rante in quiete: ⁊ iō ea que fiunt indi
gent quiete q̄3diu fuerint in locis pro
prijs: ⁊ iō vituperāt ⁊ redarguūt me=
dici motū post cibum. Similiter dixit
Rasis in. xxv. continentis. ca. j. Debes
sequi somnū ⁊ quietē cessantib⁹ omni
bus motibus post cibū: vt cōdomine
tur natura cū bonitate digestiōis. Et
Auic. in. xiij. tertij. tract. iij. c. j. inquit.
Cib⁹ indiget quiete ⁊ somno vsq3 quo
bona fiat digestio. Isaac quoq3 in vni
uersalibus dietis. c. iij. idē voluit cum
ait. Digerunt̄ cibi q̇escendo meli⁹ q̄3
si ambulauerit: ⁊ p̄sertim cibi dulces
aquosi sicut sunt persica: mora: vinuz
dulce. ⁊ similia. Rō aūt hui⁹ ponitur
a Rasi in lib. vj. suoꝝ aphorismoꝝ sic
scribēte. Queādmodū res crude abs=
q3 ignis caliditate ⁊ humiditate non
pñt decoq̇: sic nec digestio celebratur
absq3 humiditate innato calore. In
quiete aūt ⁊ somno calor nō occupa=
tus in viscerib⁹ fortior reddit̄. et ideo
quiescendū est post illam modicaz et
suauē deambulationē qm̄ ex forti mo
tu: vt diximus in. c. xxviij. libri huius:
corrumperent̄ cibi ⁊ potus in stoma=
cho. Corruptio v̄o digestiōis est ma
ter egritudinū ⁊ origo chornicaꝝ in=
firmitatum. teste Auicē. in. xiij. tertij.
tra. tertio. c. ij. Et ꝓpterea cōcludam⁹
pñs capitulū dicētes cū Gal. in. v. De
rapētice. c. xiiij. sic scribēte. Opz mul=
tam facere ꝓuidentiaz in oībus dige
stionibus cibariorum. ꝓpterea ꝙ siue
fm epar: siue fm ventrē infortunium
patiantur febres faciūt: ⁊ maiorē ope
rantur cachochimiā. Et in libr. de eu=
chimia. c. vlti. sic etiam dicente. Maxi
ma est ad cachochimiam ⁊ ad egritu
dines indigestio frequens: siue in eu=
chimis: siue in cachochi. cibis fiat ⁊c.
Quare quiete somno ⁊ omni quo pos
sumus ingenio: digestio semper pro=
curanda est.

¶ Capitu. cclxij. ostendit quid sit somnus aque: ⁊ que sit eius necessitas: ⁊ que ipsius cause: quomodoq3 faciat ad bonitatez digestionis.

CUm dictū sit in superio
ri capitulo ꝙ omni in=
genio de digestiōis re=
ficientium p̄acceptorū
bonitate sit ꝓcurandū
⁊ somn⁹ vna de causis

bene digerere facientib⁹ existat: teste Auer. i. ij. colliget dicēte. Operatio digestionis est fortior cū homo dormit: eo q̄ calor naturalis cū quo operatur natura in vigilādo in exteriorbus: vt det sensum et motū: reuertitur dormiēdo ad partes intrinsecas corporis &c. Consequēter inquā de somno dicēdū est: et primo declarādo q̄d ipse sit: que cause eius: et que vtilitas ipsius.

¶ Quantū vero ad primū: dicimus q̄ si ad poetas accesserim⁹ querētes quid somnus sit respōdebit Uerg. dicēs in. vj. Eneidos. Est cōsanguineus leti sopor. Similiter Ouidi⁹ scribens. Stulte q̄d est somnus gelide nisi mortis imago. Tullius quoq̄ in lib. de senectute idē sentiens dicet. Jam vero videtis nihil esse tam morti simile q̄ꝫ somnū &c. Sed si a sapientib⁹ nostris id petierimus: audiemus peripateticorū principē Arist. in libello de somnō et vigilia respōdentē. Somnus est conuētus et reciprocatio naturalis caloris ad interiora. s. ad cor: cū qua est vinculū siue in potentia sensitiui primi id est sensus cōis. Similiter Auic. in. j. iij. trac. iiij. c. j. dicens. Somn⁹ vniuersaliter est reditus spūs aīalis ab instrumētis sensuū et motuū ad principium cū quo priuant̄ ipsorū instrumēta ab exitu operatiōis in ipsis: nisi que necessaria sunt ad hoc vt vita p̄maneat: et illa sunt sicut instrumenta spūs. Et subdit. Sōnus quidē naturalis absolute est cuius reditus est cum ꝓfundatione spiritus vitalis ad interiora vt digeratur cibus &c. Et in cāticis textu cōmenti. xxxvij. dixit. Sōnus est quies virtutū animaliū motiuarū et sensitiuarū. Gal. vero ab Aristotele accipiens in. iij. lib. de accidenti et morbo. c. iiij. dicēs. Sōnus est passio primi sensus: qui cōis est ceteris sensib⁹. et in iiij. lib. eiusdē. c. viij. sic etiā inq̄t. Dicamus virtutē animatā in somno quiescere et naturalē cōfortari: q̄d sic possumus cognoscere. Uirtus em̄ animata si fuerit fatigata animali dormiēte cōfortatur: maxime si ante somnū cibuꝫ moderate accipiat. Ab his aūt oībus Auerrois in. ij. colliget videtur accepisse cum ait. Dormire est ligamentū et quies sensuū: et reuersio ipsorū ab instrumētis eorum ad partem intrinsecā corporis: et iste res per se note sunt: et propterea trāseunt res sensate super dormiētes et non sentiūt eas: et etiam videmus dormientē oculos habētem apertos et nō videbit: et si esset virtus visibilis in suo instrumēto tūc videret &c. ¶ Que aūt sit somni necessitas: ipse declarauit infra dicēs. Et somnus nō aduenit multus animalib⁹ post laborē nisi propterea q̄ animalia q̄n mouētur et laborāt spargitur calor suus naturalis: et diminuitur q̄ꝫtitas sua et refrigerat̄: ꝓpter quod reuertitur de necessitate ad locū sui principij &c. Et post aliqua subdit. Somnus est vna operatio nature que regit corpus animalis: et ꝓpterea fuit somnus necessarius in animalib⁹ p̄fectis: q̄ nisi esset somnus periret sensus propter nimiū exercitiū: et pereuntibus sensibus periret vita: et inde est q̄ citrinatur facies dormire non potētibus: et ledunt̄ eorū operationes &c. De necessitate etiā somni dicamus cū Aui. in. ij. j. doc. z. c. iij. sic scribente. Jn vita et sanitate nō est necessitas absoluta: imo propterea vt spiritus ab impediētibus separetur propter illud quod ei accidit ex lassitudine: aut propterea q̄ est ei necessarium incūbere propter digestionem cibi: et propterea q̄ non potest duas res. Somni igitur necessitas nō est nisi ex parte alicuius impotētie: et est exitus a necessitate naturali. Et in j. iij. c. vij. dixit. Somnus semp̄ sequitur maliciam cōplexionis humide laxe aut frigide congelātis motum virtutum sensibiliū: aut vehementē spiritus animalis resolutionem propter

superfluitatem motus: aut propter
impulsionem virtutum ad interiora
vt materia digeratur ꝛ impellatur cũ
eis spiritus animalis propter consecu
tionẽ queadmodũ sit post cibũ. Ne=
cessitas ergo sommi est virtutis reso=
lute restauratio: ꝛ cibi preassumpti
digestio: ꝛ defatigati corporis ꝛ sen=
suũ eius requies ꝛ refocillatio. Que
autẽ sint cause somni ex his que dici
mus apparent. Finalis enim est: que
iam pretacta fuit. Formalis aũt redi
tio spiritus ꝛc. Efficiens autem virt⁹
regitiua que ẽ in corde: vt inq̃t Auer=
rois vbi supra. Et causa materialis ẽ
vapor qui ascendit a membris infe=
riorib⁹ ad cerebrum propter aliquam
causam generatus. propter cibum sci
licet ꝛ humores in corpore existentes
qui quando erit in fine ascensus igros
sat a frigiditate cerebri: ꝛ recipit gra=
uitatem ab aliis humiditatibus ꝛc.
Hec ipse vbi supra. Et sic apparet q̃d
sit somnus: que eius necessitas: ꝛ que
sint cause ipsius: qualiterq́ꝫ faciat ad
digestionem vt rubrica capituli pro=
mittebat. Que autẽ sint alie ipsius vti
litates deinceps dicemus.

¶ Cap. cclxiij. ostẽdit que sint vti
litates ꝛ iuuamẽta somni tẽperati
prouenientia in virtutes aīales et
naturales corporis fatigati.

Quamuis i p̃cedẽti capi
tulo aliqualiter de vtili
tatib⁹ ꝛ iuuamẽtis som
ni locuti fuerim⁹: tamẽ
vt ea melius ac distin=
ctius intelligãtur: in p̃=
senti etiam de ipsis particulariorum
faciemus sermonem: dicẽtes primo cũ
Halisbate in. v. Theorice. capit. xxxv.
sic scribente. In sommo digestionis
sit bonitas ꝛ humorum decoctio calor
nãq́ꝫ naturalis somni tempore ad p=
funda secedit corporis quo cibũ dige
rat: humores bonos disponat: vnde ꝛ
digestio ciborum melior fit hyeme ex
noctiũ longitudine ꝛ somni copia. Et
post aliqua subiũxit. Moderata som=
ni quantitas cibos digerit: corp⁹ spis
sat: laborẽ soluit animam confortat
naturalem: calorq́ꝫ augetur natura=
lis. Humores boni fiunt: membra re=
creat extensa: mentẽ clarificat. cogita
tionem emendat ac visum: cui conue
nit ꝛc. Similiter Auicẽ. i scõa. j. do. ij. c.
xiij. dixit. Somnus naturales omnes
operationes fortes efficit propterea
ꝙ calorẽ cõtinet in natum ꝛ virtutem
laxat animalem. ideoq́ꝫ cordis vias
humectat ꝛ eas laxat: ꝛ quia spirit⁹
substantiam turbidam efficit: id est
spissam: ꝛ prohibet illud quod resol
uitur. Laxitudinis quoq́ꝫ modos om
nes remouet: ꝛ fortes retinet euacua=
tiones materie: tamen que ad partem
cutis existũt somnus quandoq́ꝫ ad
expellendum eas iuuat: propterea ꝙ
calorem interius continet ꝛ nutrimen
tum in corpore partit: ꝛ expellitur id
quod est iuxta cutẽ ꝛ sic apparet q̃d
sudorẽ nõ retinet. Et subdit. Cũq́ꝫ sõ=
nus materiam inuenit aptam ad di=
gerendũ ꝛ maturandum ad sanguis
naturã eã cõuertit: ꝛ calefacit ip̃am: ꝛ
trãsit calor p corpus ꝛ calefacit corp⁹
calore naturali ꝛc. Et in doct. iij. sum
ma. d pulsib⁹. c. xij. dixit. In hora som
ni calor naturalis cõstringitur: ꝛ sub=
mergitur: ꝛ totus hora illa tendit ad
occultũ propterea ꝙ ip̃m aīa mouet
ad nutriens digerendũ ꝛ maturãdũ
supfluitates. Et in. iij. primi doct. ij. c.
ix. similiter inquit. Sõnus tempera=
tus naturalẽ virtutẽ potentẽ efficit p=
ficiendi suas operationes: ꝛ aīalem
virtutẽ quiescere facit: ꝛ in eius substã
tia augmentũ p̃bet: ꝑterea ꝙ laxat
ad prohibendã spiritus: qualiscũq́ꝫ
fuerit resolutionẽ: ꝛ propter hoc dige
ri cibũ. Et infra subiunxit. Sõnus tẽ=
peratus est humectãs ꝛ calefaciẽs: et

est res magis proficiẽs senibus: qm̃ in eis humiditatẽ cõseruat. ꝛ propter hoc Gal. cum senex esset comedebat lactucas cũ aromatibus. ꝛc. Que fuit Gal. snia in. v. Terapẽtice. c. ij. sic scribentis. Digerit quidẽ somnus: resoluunt autẽ vigilie. Et in. iiij. de regimine sanitatis. c. j. dixit Bene scientes sumus ꝙ nihil ita digerit eorũque digeri possunt: neqꝫ malos resoluunt hũores: sicuti balneũ ꝛ somnus. Et i libro iiij. de accidenti ꝛ morbo cap. viij. inquit. In somno cibus digeritur meli⁹ ꝛ nõ solũ in stomacho verũ etiã in toto corpore: ꝑpter hoc mõstrat nobis qḋ mẽbrum in quo rationalis est anima quiescit in somno. In libro quoqꝫ de dissolutione cõtinua dixit. Et quãdo somnus sequitur cibũ: reuocat calor naturalis i ipso: ꝛ aggregat in interioribus corporis ꝛ digerit cibũ ꝛc. Rasis similiter. in. iiij. Almansoris. c. iij. scripsit. Somni aũt vtilitas anime aufert laborem eãqꝫ reddit subtiliorem atqꝫ cogitationem ꝛ rõnem q̃ ebetes erãt ꝛ quasi fesse subtiliat ꝛ acuit corporisqꝫ fatigationẽ mitigat: ꝛ digestiuã meliorẽ efficit ac corpus impinguat. Et in. xxv. continentis. capit. j. sic etiam ait. Somnus humectat in omnibus: nõ tamẽ in omnibus: dispositionibus calefacit neqꝫ infrigidat: veruꝫ tamẽ si sequitur in corpore hũores crudos poterit digerere ꝛ abundãs fiet sanguis augendo caliditatẽ inatã. Et subdit autoritatẽ Pauli. Sõmus prebet quietẽ virtuti spirituali: subuenit ad digerẽdũ ꝛ coquẽdũ humores semicrudos. mitigat dolorẽ q̃ accidit in mẽbris: emollit mẽbra que extenta sunt per siccitatem: sanat vitia spiritalia: restituit mentem deuiantem: ꝛ humectat corpus semper. et postea subiunxit. Uerũtamen somni noctis spacium cõpetens est ad cõplẽdam digestionem. ꝛ similiter obscuritas noctis inducit ad exequendum somnũ profundum ꝛ inducendũ caliditatem. Et hi duo modi conferunt in digestione: ꝛ habetur significatio ꝙ nox cõpetat in digestione ꝙ homines sequũtur superfluitates nutrimẽti semꝑ post somnũ noctis ꝛ summarie somnus dꝫ fieri ad modũ digestionis ꝛc. Recte igit dicebat Auerrois in ij. colliget. Oꝑatio digestiõis est fortior cũ homo dormit: eo ꝙ calor naturalis cũ quo operatur natura in vigilando in exterioribus vt det sensum ꝛ motũ reuertitur dormiendo ad partes intrinsecas corpis. Et ꝑpterea cõcludamus ꝙ dormiendũ est post cibi ꝛ potus assumptionẽ: ꝛ ipsorũ ad fundum stomachi descensum: vt melior ꝛ perfectior celebretur digestio: qua mediante spiritus ꝛ virtutes corporis aiales restaurantur: ꝛ naturales corroborent: vt cibi ꝛ potus passumpti in sanguinẽ cõuertant ꝛ minime corrumpantur in ipso: qḋ si cõseq̃mur nõ paruã quidẽ: verũetiam maximã pro nostre sanitatis conseruatione recipiemus vtilitatem. quare ꝛc.

¶ Capi. cclxiiij. ostendit nocumẽta somni superflui ꝑuenientia in totum corpus ꝛ eius mẽbra.

Posset quispiã ex his q̃ dicta sunt facile sibi ꝑsuadere: ꝙ cũ somnus tot ꝛ tantas afferat corpori vtilitates: ꝙ nõ modo foret vtile dormire: verũetiã optimũ ꝑlixius in somno requiescere: qui ꝑfecto non parum deciperetur: cũ defectus ꝛ abundantia ab easdem perducant differentias: vt dixit Gal. in. iij. techni. Immo sicut temparatus somnus iuuat vt scripsimus: sic superfluus valde nocet diuersa ac plurima corpori nocumenta inferẽdo: queadmodũ voluit Haliabas in. v. theorice. cxxxv. dicẽs. Sõn⁹ exce-

dẽs i tpis quãtitate multũ nocet: qm̃ virtutes plurimas eneruat aiales somnus ac debilitat: corpus refrigerat ⁊ hũectat: atq; in eo phlegma augmẽtat: ⁊ naturalẽ debilitat calorẽ ipsumq; resoluit. ⁊ precipue si super inanitionẽ fiat: dicente eodẽ vbi supra. Si sit autẽ omnino corpus vacuũ: nec in eo aliquid sit ciborũ naturalis conuertit̃ ad corporis humiditatẽ calor exuritq; ⁊ cõsumit illã: dehinc ipsẽ debilitatur deficiente materia ⁊ refrigeratur corpus ⁊c. Idẽ quoq; ⁊ clarius sensit Auicen. in. ij. primi doc. ij. ca. xij. cum inquit. Cũ somnus materiã inuenit aptam ad digerẽdũ: vertit eã ad naturã sanguis q̃ si humores inuenit calidos ⁊ cholericos: ⁊ perdurauerit eius tẽpus calefaciet eos ⁊ corpus calore extraneo. Et si inuenerit vacuitatẽ infrigidabit ꝓpter hoc q̃ resoluit: aut humorem qui virtuti digestiue sit inobediens infrigidabit ꝓpter illud quod expãditur de eo. ⁊ subdit. Et sicut vigilie multe cõplexionẽ corrũpunt cerebri aliquo siccitatis modo ⁊ debilitant ipsum: ⁊ cõmiscent rationẽ: ⁊ adurunt humores ⁊ egritudines faciunt acutas: sic somnus multus huius efficit cõtrariũ: operatur enim virtutũ aialiũ obtusionẽ ⁊ capitis grauedinẽ ⁊ egritudines frigidas. ⁊ illd̕ est propter hoc qd̕ ipse in resolutiõe prohibet ⁊c. Et i p̃mo tertij tracta. iiij. c. xiiij. sic etiã ait. Dormitio multa i meridie ⁊ vniuersaliter somn⁹ mult⁹ nocet multuz memorie. Et in. ij. tertij. c. v. dicit Spirit⁹ in lõgo somno fit grauior pigrior: ⁊ nõ fit assiduus in faciendo dilationẽ ꝓpter declinationẽ suaz ad interiorez ptẽ. ⁊ in. xiij. eiusdẽ trac. ij. ca. dixit. Nauseatiua satietas qñq; prouenit ꝓpter multitudinẽ somni et quietis: nã somn⁹ q̃uis ꝯferat inquã tũ digerit: tñ motus cõfert inquãtum expellit superfluitates expulsione. Et somus quidẽ nocet vbi egẽt supflui tates expulsione: sicut vigilie nocent vbi indiget materia digestione. Et in cantica textu commenti. cxxxix. iquit. Si somnus multũ prolongabitur replebitur caput humoribus. Et in seq̃nti textu subdit. Somnus humectat corpora ⁊ relaxat: extinguit calorẽ viuificantẽ ipsa. In cuius cõmento dixit Auerrois q̃ hoc intelligitur de multo somno: quoniã multus somnus extinguit calorẽ quo virtutes viuũt ⁊ existũt: ⁊ hoc q: de natura quietis ⁊ cooperatiõis est extinguere calorẽ. Ignis em̃ extinguit̃ ⁊ suffocatur cũ multũ et perfecte tegitur. Et in parte secundo canticorũ textu cõmenti. xxviij. sic quoq; p̃cepit Auicẽ. Non prolonget̃ somnus: quoniã hoc obest aie. nec etiã vigilie: quoniã inde debilitabit̃ sensus in cuius etiã commento Auerrois sic scripsit. Nõ prolõgetur somnus quoniã lentescit q̃dem, vita ⁊ tenebrosa efficitur: extinguiturq; inde calor ei⁹: sicut extinguitur ignis in cineribus multũ coopertus. Et in libro. vj. sui colliget ait. Quãdo supfluit somnus calorem extinguit naturalẽ: ⁊ corpus inducit ad tumidã dispositionẽ. Que fuit Ari. snia i. ij. ꝓblematũ: ꝓblemate. xxx. dicẽtis. Multo tpe dormiẽtes minus colerati sunt moderato tẽpore dormiẽtib⁹: suffocatur em̃ dormiens. Et i. xj. eorũdẽ problemate. xij. dixit. Ex somnis autem grauiores sumus. qd̕ ex superfluis debet intelligi. Et q̃ ita sit apparet p ipsuz in. xxvij. phlegmate eiusdẽ dicentẽ. Somnus superflu⁹ corpora tardiora facit. Rasis quoq; in. iiij. Almansoris. cap. iij. hoc idẽ voluit cũ scripsit. Multum autẽ dormire corpus desiccat ac tenerũ efficit: plegmatis quoq; multitudinem in eo creat ipsumq; infrigidat. q̃ in corporibus gossis ac pinguib⁹ precipue operatur. Et in libro. xxv. cõtinentis. capit iij. autoritate Gal. Somnus moderatus generat sãguinẽ laudabilẽ: sz ex

cedens modū debitum in equalitate corrumpit humores ꝛ postea subiunxit. Somnus abundans emollit corpus: ponderosum reddit caput: quia corpus replet de humiditate calida: ꝛ emollit virtutez vnde cōgregabuntur in corpore superfluitates vaporose. quare ꝛc.

¶ Cap. cclxv. ostendit ꝙ nō sit dormiendū stomacho existēte vacuo: similiter nec illico post cibū assumptum sicut nec in meridie.

Satis ex precedenti capitulo intelligi potest ꝙ nō superflue sed moderate dormiendū sit: in qua aūt hora nōdū expressimus: sꝫ ipresentiarū ostendem⁹. Cū sufficit rē aliquaz bonā esse intelligere: sꝫ quādo cōcessa sit laudabilis scire oportet. Multa nāqꝫ inueniunt in vna hora fore optima que in altera maxime nociua existerent: vt supra diximus de exercitio ꝙ tempore cōplementi primarū digestionū laudabil: ꝛ tempore replerionis erat prohibitū. Sic ꝛ de somno q̄rere contingit qua scꝫ hora dormiendū sit cū dicat Auicēna i. iij. primi doctrina. ij. c. ix. Sani debēt obseruare vt somn⁹ eis tēperate exhibeat ꝛ in sua hora: ꝛ nō superflue: que aūt sit talis hora ipse nō expressit. Et propterea q̄rēti quenā hec hora sit: respondebim⁹ dicētes. Primo ꝙ nō hora inanitionis ꝛ ieiunij dormire debeamus: cū dicat princeps in. ij. c. xiij. Si somnus inuenit vacuitatē infrigidabit ꝑpter hoc ꝙ resoluit: aut humorē qui virtuti digestiue est inobediens infrigidabit propter illud qđ expandit de eo. ꝛ in iij. primi doc. ij. c. ix. inquit amplius super vacuitatē dormire est malū ꝛ virtutem deijciens. Quod similiter voluit Rasis in. c. iij. libri. xxv. cōtinentis dicens auctoritate Ruffi in questionibus epidimie. Somnus longus si sequitur cibum augebit in caliditatem innatā ꝛ impinguat corpus. Sed si sequitur exercitium aut balneum aut euacuationem ꝛ summarie in dispositione ne illa in qua corpus nō sequit nutrimentū: diminuet caliditatem innatā ꝛ macrefaciet corpus. Et dixit. Joannitius. Et quotiens sequitur somnus corpus carens nutrimento aut humore crudo aut caliditatem igneā tunc infrigidat corpus extinguendo caliditatem innatā. Cuius quidē ratio in promptu est. qꝛ cū calor naturalis cibū nō habeat quem digerat ꝛ cū sumat: vertit se super sanguinez ꝛ carnem ipsa resoluendo ꝛ propterea ieiunantes calidi stomachi nihil in vesperis accipientes macilenti ꝛ calidi fiunt Non sic autem qui frigide fuerint cōplexionis ꝛ phlegmatici ꝛc. Nec ꝙ est ilico post cibum assumptuz dormiendum anteqꝫ descenderit cibus ad fundum stomachi: huiusmodi eñi hora omnino est inconueniēs ad dormiendum: dicente Auicen. in. iij. primi doctri. ij. c. vij Nō ilico post cōestionē est dormiendū cibo natāte: ꝛ in. c. ix. eiusdē. Melior somnus est ille qui ꝑuenit postqꝫ cibus a superiori ventre descenderit ꝛ post quietez eius: ꝙ forsitan sequitur ipsum ex inflationibus ꝛ rugitibus: quoniā dormire sup hoc multis impedit modis ꝛc. Et subdit. Qua propter si descensus tradauerit parūper incedere debet ꝛ postea dormiat. Et iterum postea subiunxit. Super replerionem dormire est malum anteqꝫ a superiori vētre fiat descensio Et in. iij. tertij trac. primo. c. v. dixit Somnus super replerionē ꝛ cenā est res nocibilior oculo: immo oportet illum qui in visu habet debilitatem expectare donec digestio fiat. i. fieri incipiat deinde dormire. Que fuit Rasis sñia in. iiij almansoris. c. iij. dicētis.

Oportet vt tādiu post comestionem aliquis se a somno abstineat donec cibus ab ore stomachi descendisse: atq3 inflatio ꝛ grauedo minui atq3 inferi⁹ mergi sentiantur: q̄ si tardetur nō incongruum est vt parua iunetur deābulatione donec descendat. ante vero hos omnes Gal. hoc preceperat in libro de dissolutione continua dicens. aliquando est membrū debile vt stomachus ꝛ natat in ipso cibus: et non iniungas somnū donec descēderit cibus de stomacho aliquo descensu: nec donec deueniat in fundū stomachi: ꝛ antepreci pias eum moueri parū sicut memorauimus iam. hec ipse. Obseruandū est preterea q̄ in meridie: nisi consuetudo cōtradixerit: non dormiatur. Quoniam vt dixit Auicen. vbi supra. In die dormire malū est: generat enim egritudines humectātes ꝛ reumatismos: ꝛ corrumpit colorē: ꝛ generat splenem. ꝛ laxat neruos: ꝛ efficit pigritiam: ꝛ debilitat desideriū: ꝛ generat apostemata ꝛ febres frequenter. Et ex causis suorū nocumētorū est vt cito interrūpatur: ꝛ naturam ab eo in quo erat stupidā reddat. Et in prima tertij tra. iij. c. xiiij. ait. Dormitio multa in meridie: ꝛ vniuersaliter somnus multus nocet multū memorie: ꝛ proprie super repletionem plurimā. Rasis quoq3 in. xxv. cōtinentis. c. iij. dixit autoritate Pauli. Somnus diei non est tante vtilitatis: q2 nō pōt tantum spaciū sequi quo possit digestio cōpleri: ꝛ quotiēs inciditur somn⁹ ante perfectā digestionē: sequit̄ oxiremia cum repletione ventris de vnctuositatib⁹. Et saltē longa erit ꝛ pōderosa dispositio cōdominabilis ꝛc. hec ipse. Ex quibus colligi pōt que sit hora cōueniēs ad dormiēdū: sc3 post cenā: ꝛ nō post prandiū: ꝛ nō nisi postq̄3 cibus ad fundū stomachi descēderit: ꝛ post suauē deambulationē: vt in superiorib⁹ ad plenum diximus. quare ꝛc.

¶ Cap. cclxvi. ostēdit quomodo accubandū vel dormiēdum sit: an supine: scilicet vel super latera et super quod ꝛc.

Cum plures decubitus forme in dormitione reperiantur: proclinis: supina: sup vno laterum: equalis ꝛ cū capite eleuato nō erit inutile ad sanitatis cōseruationē: ꝛ ad meliorē vero perficiendā digestionem intelligere que harū manerierum sit laudabilior: ꝛ q̄ corpori cōuenientior: ꝛ a medicis magis approbata. Et ꝓpterea dicamus cum nostro Conciliatore in differētia. cxxiij. sic ad hanc petitionē respondēte. Si q̄s habuerit lubricum ventrē: op3 eum super sinistru3 latus iacere ꝛ dormire: si autē cōstipatū: super dextrū est accubandum. Et si q̄s habuerit epar calidū debet cauere ne sup dextrū latus dormiat. Qui vero stomachu3 frigidum: super sinistrum Et demum concludit q̄ super dextrū parū est dormiendū: super sinistrū vero multū: vt inde perficiat̄ stomachi digestio: qua perfecta ite℞ sup dextrū est recumbendū. Que fuit sniā Auic. in. iij. j. doc. ij. c. ix. dicentis. Sed ex figuris somni melior est vt sup dextrū incipiat latus: ꝛ deinde ad sinistrum reuoluat̄: q8 si eius inceptio sup ventrem fiat. auxiliū fert sanis magnū in digerēdo ꝓptereaq̄ calorē retinet naturalem ꝛ ipsum cōprehendit. quare augetur ꝛc. Et in. c. regiminis eius q8 comedit̄ ꝛ bibitur dixit. Oportet preterea vt post comestionē primo sup dextrū latus dormiat pauco tpe: dein de super sinistrū reuoluatur: postea reuoluat se supra dextrū: ꝛ debes scire q̄ multis cooperiri pānis: ꝛ ceruical eleuare ex illis existunt que digerendo iuuant. Et ad vltimū quidē vt membro℞ situs ad inferiora sint de=

clinantes et nõ ad superiora.et in.xiiij. tertij trac.iij.c.v.similiter inquit. Dormire super latus sinistrum est maximi iuuamenti ad digestionē perficiendaz propter cõpressionē epatis supra stomachū.sed somnus supra dextruz est causa velocitatis descēsionis cibi. Est etiā obseruandū vt dixit Almansor in lib.iiij.c.iij.ne de vno latere ad aliud sepe voluatur: tardatur enim inde digestio atqz inflatio et rugitus sentitur.Oportet itidem vt puluinar sit altū:et precipue si cibus nondū ab ore stomachi descēderit:sufficit enim vt ter fiat reuolutio et nō pluries:vt dictum est.Quod etiā in.xxv. cõtinētis replicauit cum in.c.eius primo dixit. Post comestionē quilibet dormiat super latus dextrū modice:deinde complendo somnū super latus sinistrum. Et nulla fiat reuolutio abundans in lecto eo qꝫ excitat ventositates et occursum prebet super digestionem etc. Et postea subiūxit.Pars inferior corporis in somno debet esse declinātior: et nulla superabundās fiat reuolutio in lecto:ne reuoluat cibū in ventre de vno loco ad aliū corrūpendo digestionem.Que fuit snīa Aristo.ad Alexādrum sic scribētis. Dormi temperate primo sup dextrū latus vna hora:deinde sup sinistrū et illic pfice dormitionem.Uolunt itaqz oēs autores vt super latera dormiendū sit.et nō sup dorsum vel resupine:vt pleriqz faciūt nescientes qđ Princeps voluerit in.iij. primi doc.ij.c.ix.cū ait.Resupine aūt dormire est malū:et ad malas preparans egritudines:sicut apoplexiā frenesim et incubū: qm̄ supfluitates ad posteriora declinare facit et retinent: et per suos nō incedūt cānales naturales:qui sunt ab anterioribꝰ sicut nares et palatū:et talē somnū incurrere solent infirmi et debiles ppt illđ qđ musculis eorꝫ accidit ex debilitate etc.Qđ non minus voluit Gal.vt testatus est Rasis in.xxv.cõtinentis.c.iij.dicens. Dormitio facta supine dorsum suum cõseruat superfluitates cerebri in ventriculis eius ideo nō debēt somnum abundantē sequi dormiēdo supine super dorsum laborās apoplexia:aut si paratus fuerit eaz pati aut epilepsiā. Et dixit in alio loco.Non dꝫ dormire super dorsum laborās catarro descendente de capite:qr tunc leuē ingressuz eius facit induci ad cānale pulmonis. Et alibi etiā dixit.Dubitandū est super dormientē tota nocte supine sup dorsum ne cito inducatur ad apoplexiam et epilensiā qr superfluitates cerebri non manebūt tunc:sed ventriculi eius replebunt de eis.et subdit.Dico qꝫ est forma dormitionis mala valde penes repletionē cerebri etc.Ecce igitur qꝫ grande periculū sit dormire super dorsum:et causa multarū infirmitatum:et incubi precipue super numero ex tali decubitu prouenīētis vt certissima scio experiētia:qꝫ mihi puero ex tali causa sicut et adultis pluribꝰ accidit.

¶ Cap.cclxvij.ostendit quid sit vigilia et qꝫ temperata conueniat sicut superflua maxime noceat.

Quamquā ea que diximꝰ de somni vtilitate: sufficere deberent ad intelligendū quantū moderate dormire sit vtile. Tamen pro ampliori noticia ipsius volumus et de vigilijs que somno opponūtur:aliqua breuiter declarare:vt oppositum magis intelligatur per suuz oppositum:teste philosopho in.iij.de anima textu cõmenti.xxv.Dicamus ergo cum Auicen.in.j.tertij trac.et.c.iiij.sic scribente.Uigilia est dispositio cum affunditur spiritus animalis ad instrumēta sensus et motus vt eis vtatur. Serra autem superfluitas in

vigilia ⁊ egressus a re naturali . et in canticis textu cōmēti.cxlj . Temperata vigilia excitat valde sens⁹.⁊ disponit vires ad exercendum opationes suas:⁊ cū hoc mundificat corp⁹ a fecibus ⁊ superfluitatibus.Et sic tēperata ⁊ non superfluēs cōmendatur sicut superabundās minime .Et qđ ita sit apparet per Auicē.in.ij.primi doc . ij. c.xiij.dicētem Cum vigilie sunt multe cōplexionem corrūpūt cerebri aliquo siccitatis modo:⁊ debilitāt ipsum : et cōmiscent rationē:⁊ adurunt humores:⁊ egritudines faciunt acutas . Et infra subiunxit.Uigilie desideriū augent:⁊ famē efficiunt ꝓpter illud qđ de materia resoluunt si de digestiua minuunt:⁊ ꝓpter illud qđ de virtute resoluūt.Et in.j.tertij trac.v.c.xj.Superfluitas vigiliarū resoluit spiritū:⁊ debilitat eum:⁊ cū hoc replet cerebrū vaporibus ⁊ in.xj.dixit tertij trac. j.c. v.inquit.Uigilie ⁊ exercitiū scʒ superflua debilitant cor cum resolutione. ⁊ in.xiij.tertij trac.ij.c.xij.Uigilie superflue cōmouent famē ⁊ appetitum vehementē ⁊ in canticis textu cōmenti. cxlij.sic etiā ait.ex longa vigilia contingit expgefactio ⁊ insomnietas generans anxietatē ⁊ angustiā anime: ipsa enim dissoluit spiritus:⁊ corpora sedat:⁊ corrumpit splendorē ⁊ claritatem corporis ⁊ calorē eius: ⁊ profundat oculos:nocetqȝ digestioni: ⁊ mentem tollit: ⁊ infrigidat corpus. Que fuit snia Almansoris in lib.iiij.c.iij.dicentis.Uigilie vero multe calorē incēdunt:ac formā corrūpunt:corpusqȝ desiccant atqȝ cholerā rubeam in ipso augmētant.Quod precipue operant̄ cū corpora sunt macra.Oportet itaqȝ vt anima vigilare nō cogat̄ cum dissoluta ⁊ stupida fuerit:neqȝ ad dormiēdum incitetur cum excitata atqȝ subtilis.⁊ acuta fuerit motusqȝ leues ⁊ sensus fortes . A quo sumpsit Auerrois in sexto colliget cum ait.Quando vigilie exuberant:corpus desiccant:⁊ calorem dissoluunt naturalem: ⁊ calorē accidentalem incendunt.Que quoqȝ fuit Gal.snia in.j.Terapētice.c.dicentis.Siccant em̄ totius corporis habitū vigilie ⁊ ꝓpter hoc sunt nocissime his qui scđm siccitatē egrotāt . Et in cōmento.lvj.secūdo regiminis acutorum.sup illo hyppocratis v̄bo. Multe vigilie faciūt contra cibi potusqȝ digestionē ⁊c.Inquit de aptitudine vigiliarum est vt resoluāt corpus ⁊ exiccent ipsum.Et in.iij.Techni textu cōmenti.xlvj.dixit.Uigilia exiccat corp⁹ eius vero oppositū humectat.Ex quibus oibus clarissime patet quantum superflue humano corpi noceant vigilie.Et ꝓpterea concludamus in vno verbo cū hypocrate in.ij. aphorismorum.aphorismo.iij.dicēte.Somnus ⁊ vigilia vtraqȝ modo magis facta malum.Dormiam⁹ itaqȝ vigilemus temperate:plus tn̄ ⁊ minus vt etas cōplexio tempus anni:qualitas ⁊ quātitas cibi preaccepti ⁊ talia hmōi requirūt: qđ qui fecerit a nocumētis ex somni ⁊ vigiliaꝝ superfluitate prouenientib⁹ securus erit:vt satis ex dictis est manifestum.

¶Cap.cclxviij.ostēdit qđ sit somniū:q̄ cause eius:⁊ qđ de ipso hoc in loco cōsiderandū: lʒ somniatis minime sit credēdum.

Quia in somno plurima ⁊ extranea sepenumero somniam⁹ de quib⁹ nunqȝ etiam cogitauimus: quemadmoduʒ nobis euenit plerumqȝ ꝙ volare videmur super terram sicut hyrūdines faciūt. Quod quippe somnium nostre cōplexioni cōnaturalissimum existit : vt ex dicendis apparebit.Solent ex his in quam nonnulli pertimescere adeoqȝ

sibi aliquod malũ facientes auguriũ
dubitare vt firmiter credant infortu-
nium sibi parari: ꝛ inde q̃ñꝙ per mul
tos dies tristantur. Propterea mihi
videtur aliquid de hac materia som-
niorum dicendũ esse: tum vt ipsi suis
huiusmodi phantasijs fidẽ deinceps
non adhibeant: tum etiam vt intelli-
gant quomodo somnij qualitatem ꝛ
non rem ipsam somniatã debeant cõ
siderare: vt sciant ex hoc qualiter cor
pus eoꝝ dispositum sit: ꝛ quibus egri
tudinibus preparatum: vt se valeant
ab illis precauere. Sed anteꝙ̃ ad hec
descendamus: declaramus quid sit
somnium: ꝛ que cause ipsius: vt dicen
da clarius patefiant. Dicimus ergo
cum Petro padubanensi in. xxx. pro-
blematum. cõmẽto vltimo sic scriben
te. Somniũ est passio causata ex mo-
tu in phantasia facto. vel melius. Est
phantasma factũ a motu simulacro-
rum dormientis in eo quod a multis
fit causis: ꝛ scd̃z hoc diuersa sortiũtur
nomina. Fit em̃ quandoꝙ a supabũ-
dantia aliquorum humorũ in corpo-
pore existentium per quod quidẽ me
dici coniecturant multa sicut infra di
cemus. Causatur etiam somniuz pro
pter motus ꝛ operationes: de quibus
multũ fuit anima solicita in vigilia ꝛ
vehementer eis intenta: ita ꝙ nocet
dum dormit quiescentibus motibus
exterioribus non adhuc motus quie-
scit interior factus in phãtasia. in qua
forme apprehense retinentur a virtu-
te imaginatiua eas diuersimode cõ-
ponendo modo quidem sentitur mi-
nus: tunc autem magis eo ꝙ maior
motus obscuret ꝛ dissoluat minorem
sicut dicitur in libello de sensu ꝛ sensa
to. ꝛ in. v. de generatione animaliũ. et
in de somno ꝛ vigilia tertio. Unde in
eodem dicitur. Phantasmata quedã
esse causas propriorum vniuscuiusꝙ
actuum non est irrationabile: et tale
siquidem somnium potest animale
nominari: cum causetur a motu in vir
tute anime a prioribus actibus rela-
to. Causatur etiã quãdoꝙ ab impres-
sione facta ab animalibus celorũ vel
intelligentijs ipsoꝝ: que etiã motores
dicũtur orbium operantes quandoꝙ
formã in imagine scd̃z comparationẽ
ipsarum ꝛ cõparationẽ animarũ no-
strarũ ꝛ aptitudinem: quia anime no
stre habent maiorẽ cõparationem si-
militudinem cũ substantijs angelicis
ꝙ̃ cum corporibus sensibilibus. vt di
xit Auicen. in libro. iiij. de anima. vn-
de. j. regiminis acutoꝝ dicitur ꝙ que
dam somnia sunt a deo benedicto et
sublimi: ꝛ id siquidem potest somniũ
celeste appellare cũ ab animabꝰ cau
setur celoꝝ ꝛ si quod somniũ verum
est: dicendũ ꝙ somniũ verius est cele
ste. Aliud autẽ nullius aut pauce vir
tutis existit: sunt enim magis delusio
nes quedaz eoꝝ circa que anima fuit
solicita in vigilia ꝛ occupata: sicut fa
mescenti representatur alimentũ: ꝛ cu
pienti coitum femella. Somniũ autẽ
naturale ꝛ si verificetur: vt plurimum
non tamen aliquam mirabilẽ osten-
sionem importat. Cui autem somnia
videat celestia seu a celo reuelata: il-
le est qui cõsueuit dicere verũ. Usus
enim prauarũ cognitionũ ꝛ considera
tionum inducit imaginationẽ malo-
rum morum ꝛ inobedientiũ virtuti ra
tionali: vnde dictũ est meliores som-
nia videre meliora. Quare somnia
mendacis: derisoris. loquacis: tristis:
ebriosi: ac illius in quo preualet cõple
xio aliqua vel solicitudo nõ sunt vera.
Uade. iij. de somno ꝛ vigilia quorum
loquax est natura ꝛ melãcholico mul
timodas visiones vidẽt: eo ꝙ existũt
im multo motu: propter q̃d non sunt
vero somnia plerumꝙ nisi videantur
circa mane. tunc em̃ motus humoruz
quiescunt magis ꝛc. Similiter inquit
in differentia. clvij. plures de somnio
adducens distinctiões: inter quas p̃n

cipalissima est illa quā supra tetigi=
mus scȝ ꝙ aliquod est naturale .aliō
animale:⁊ nonnullū celeste seu diui=
num:⁊ vocat illud naturale qḋ ex do
minio cōplexionis cōtingit ⁊ humoꝝ
sicut dicit Auic.in lib.suo de anima ꝙ
naturalia somnia sunt que veniūt ex
temperantia virtutum humoꝝ cū spi
ritu gerente virtutē formalem ⁊ ima=
ginatiuam ⁊c. Animale vero qḋ cau=
satur a multa solicitudine anime cir=
ca aliqḋ in vigilia. Diuinū vero som=
nium qḋ a diuinis siue celoꝝ causatꝛ
animabus de quo ipse post multa sic
ait. Somniū verꝰ est celeste seu diui
num.⁊ maxime cuȝ anima fuerit libe
ra superiorībꝰ substantijs applicata
eorū representationes suscipiēs. Ani=
male ṽo nullius aut pauce veritatis
existit:est eñ magis illusio q̄daȝ eo=
rum circa que anima fuit solicita ⁊ oc
cupata in vigilia:seu famescēti repre=
sentantꝛ cibi:appetētiq; mingere cloa
ca ⁊ strepitus agonizanti. De somnio
similiter naturali dixit vbi supra.⁊ tā
dem de eo sic cōcludit:ꝙ si accidit: et
maxime ꝯtra repletionē ꝓprieq; va=
porabilium ventosorū verificatur q̄ꝫ
minime. Et ꝓpterea q̄ timere solēt ex
suis somnijs:deinceps nō expauescāt
nec eis aliquā penitus fidē adhibeāt
cū vt plurimū delusiones sint vt p̄di=
ctum est:q̄bus nō est ꝯcredendū medi
ci philosophi:⁊ theologi vnanimiter
precipiant. Et ꝗlȝ Ualerius maximus
pluria narret de somnijs Artorij me=
dici. Cesaris Augusti. P. Decij. ⁊. M.
Torquati. M. Ciceronis. C. Gracchi.
Cassij Parmensij. Atterij. Ruffi. Ale=
xandri regis macedonie:aliorūq; in li
bro.j.que quideȝ celestia dici p̄nt: ra
rissime ⁊ non nisi magnis viris cōtin=
gentia. Non debet tamē ex hoc vnus=
quisq; tā facile de numero illorū esse
sibi persuadere: vt somnijs proprijs
naturalibus vel etiam animalibus fi
dem adhibeat.

¶ Ca.cclxix. ostendit quomodo
qualitas somniorum ⁊ nō ip̄a som
nia consideranda sit:vt sani domi
nium humorū sui corporis intelli=
gant.

IN superiori capitulo vi
sum est q̄d sit somniuȝ:
que cause eiꝰ:⁊ quomō
rebꝰ somniatis nequa=
q̄ꝫ credendum esset. In
hoc antē loco ostenda=
mus ꝙ in p̄ncipio illius ꝓmiseramꝰ:
scȝ vtilitatem que ex qualitatibus in
somnijs apparentibꝰ est eligenda:vt
per eas somnioꝝ qualitates qualiter
dispositi simus in humorū superabū=
dantia facillime percipiamus. In pri
mis ergo dicamus cū Auicē.in.ij.pri=
mi.doc.iij.c.vij.sic scribente. Somnia
significātia dn̄ium sanguinis sunt:si=
cut cum homo in somnis res videt ru
beas:aut sanguinē multū ex suo cor=
pore exire:aut se in sanguine natare:
⁊ similia. Demoniū vero phlegmatis
significant somnia in q̄bus videntur
aque ⁊ flumina ⁊ niues ⁊ pluuie ⁊ fri
gus. Dn̄ium vero cholere rubee mon
strant somnia:in q̄bus viderꝛ ignes:
⁊ vexilla citrina:⁊ videre res que non
sunt citrine citrinas.⁊ videre incēsio=
nem aut caloreȝ balnei:aut solis:aut
his similia. Et dn̄ium cholere nigre:
scilicet melancholie ostendūt somnia
terrorem facientia ex tenebris ⁊ cru=
ciatu ⁊ rebus nigris ⁊ terroribus. Et
in.j.tertij.c.vj.in fine sic ēt inq̄t. Plu=
rimū eñ visionis rerum citrinarū ca=
lidarū significant dn̄ium cholere. Et
similiter plurimū visionis reꝝ cuiq;
cōplexioni ꝓportionalium: quas nu=
merare non est necesse. Et somnia q̄=
dem permutata significāt caliditatē
⁊ siccitates:⁊ illa quorū nō recordatꝛ
significat frigiditatē ⁊ humiditatē se
cundū plurimū. Qḋ ēt sensit Rasis in
tertio Almanso.c.xxiij.dicēs.cū eniȝ

aliq̄s in ſomno pluuias multotiēs vi-
det ⁊ mare ⁊ fluuios: multa in ei⁹ cor-
pore humiditas adeſſe ſignificatur.
Ignes vͦo ac fulgura ⁊ lites cū aliq̄s
in ſomnis frequenter aſpicit cholera
rubea in ipſo abundare mōſtrat̄. Co-
lores aūt rubeos ⁊ tictos ac nuptias
⁊ cibaria dulcia ⁊ vētoſas atq̄ꝫ fluxuꝫ
ſanguinis ac phlebotomiam ſi aliq̄s
ſomniauerit: ꝙ ſanguinis multitudo
ſit declarat̄. Cūq̄ꝫ multa fuſco colore
tincta atq̄ꝫ nigredinē ⁊ timores ac pa-
uores in ſomno aliq̄s aſpicit: cholere
nigre operatio ſignificat̄. Et cū aliq̄s
in ſomno videt ſe manere q̄ſi in loco
niuis vel frigido a quo ledit̄ frigoris
ſignificat̄ victoria. His aūt ꝯria ſi vi-
ſa fuerint: ꝯrie erunt ſignificatiōes. et
ſi aliq̄s videt ſe q̄ſi in balneo vl' in ſo-
le vel quaſi canicularib⁹ exponat̄ die-
bus: vel in igne exceſſus ſignificat̄ ca-
liditatis. Et cuꝫ aliq̄s ſomniauerit ſe
quaſi volare ⁊ inuadere ſicut accipi-
ter ⁊ capere: ſiccitatis monſtrabit̄ ex-
ceſſus: atq̄ꝫ humoꝝ leuitas ⁊ ſubtili-
tas Si q̄s ēt ſe quaſi ab aliq̄ aggra-
uari ſomnia: repletione laborare oſtē-
ditur. Quicūq̄ꝫ ēt ſe ꝑ loca q̄ſi cenoſa
incedere videt fetidū habentia odo-
rem: putridos in corpore demonſtrat̄
habere humores. his vͦo ꝯria contra-
riam hn̄t ſignificationē. Qui autez in
ſomnis videt ꝙ quaſi incedat ꝑ hor-
tos bonū habentes odorē ſuoꝝ ſigni-
ficatur equalitas humorum: ⁊ ꝙ a pu-
tredie valde ſunt remoti. Per loca ve-
ro quaſi anguſta ⁊ ꝑ foramina ſi q̄s
ſe ambulare cōſpicit: inſtrumenta an-
helitus grauē pati egritudinē demō-
ſtrantur: que ip̄m tantā aeris q̄ꝫtita-
tem attrahere vetat: q̄ꝫta ei eſt neceſ-
ſaria. Gal'. quoq̄ꝫ in. v. de interioribus
c. vj. inq̄t. Multi ꝓpter malos humo-
res in ſtomacho coadunatos viderūt
peſſima ſomnia: quoꝝ ſomni diſtur-
bati ſunt ⁊c. Et in lib. de ſomnijs ait.
Somniū nobis indicat diſpoſitiones
corporis. Ignē enī accēſum q̄s videt
in ſomno a xanta moleſtat̄ cholera.
ſi vero fumū vel caliginē vel profun-
das tenebras: a nigra cholera. Plu-
uia vero humiditatē abundare indi-
cat. Nix aūt ⁊ glacies: paꝝ phlegma
frigidum. ⁊ poſt aliqua ſubiunxit. Sō-
niamus plerūq̄ꝫ ea q̄bus egemus: vt
bibere: coire: ⁊ ſimilia ⁊ poſtremo di-
xit. Que vident q̄ egrotāt in ſomnijs
coindicabūt plerūq̄ꝫ nobis indigen-
tias ⁊ abūdātias ⁊ qualitates humo-
rum. Et ꝓpterea debent ēt ſani ſi fre-
quenter viderint aliq̄d ſupradictoruꝫ
cum medicis cōſulere: ⁊ ꝯſideratis ēt
alijs indicantib⁹: poterūt poſtea pur-
gari: ⁊ a futuris infirmitatib⁹ ꝓſerua-
ri. Et hec ſunt q̄ in ſomnijs attendere
debemus. qm̄ natura plerūq̄ꝫ demon-
ſtrat q̄bus indigeat: vt clariſſime ptꝫ
de his q̄ in cena carnes ſalitas mādu-
carunt: ⁊ nō multū biberūt in nocte ſi-
tientes dū dormiūt ſe bibere ſomniāt
vinū aut aquam ſitim eoꝝ minime
remouentē. ſicq̄ꝫ de alijs ſomnijs na-
turalibus. quare ⁊c.

¶ Cap. cclxx. oſtēdit ꝙ ab accidē-
tibus anime ſit abſtinendū ⁊ ma-
xime poſt cibū ⁊ refectionem: dige-
ſtionē quā corrūpūt fieri ꝓhibeāt.

Diximus ſupra i. c. ſcꝫ. cclxj.
ꝙ poſt cibi aſſumptionem
quieſcendū erat: aut modi-
cum deambulandū donec
cibus ad fundum ſtoma-
chi deſcēdiſſet: deinde dormienduꝫ ⁊
hoc vt melior celebraretur digeſtio.
cū ſomnus fortificādo virtutes natu-
rales digerere faciebat. Ex q̄b⁹ omni-
bus tota intentio nr̄a erat: vt preacce-
pta reficientia oīno coquerent̄ in ſto-
macho: ⁊ in eo nō putreſcerent q̄d ite-
rum procuramus dicentes q̄d omne
illud quod digeſtionē corrūpit aut eā
impedit: ſit fugiendum pro viribus:

⁊ q̄ꝛ dixit princeps in.iij.j.doctrina.ij.c.vij. Accidentia anime horribilia: et mot⁹ corporei fortes digestionē fieri prohibēt. Cuius dicti secundā partē dū loq̄remur de exercitio ⁊ coitu post cibū: sufficiēter declarauimus. Primā vero scilicet ꝙ anime accidētia digestionē prohibeāt: hoc in loco intendimus manifestare: vt ab eis caueant q̄ sani desiderāt permanere. Dicam⁹ ergo cum Gal.in.j.de regimine sanitatis sic scribēte. Oportet medicū qui debet custodire sanitatē. studere ne motus animi corrūpantur: non vt philosophus: vt cōseruet ipsius anime sanitatē: ⁊ faciat hoiem virtuosum: sed vt non facile in egritudinē deueniat corpus etenim furor: ⁊ fletus ⁊ ira ⁊ tristitia ⁊ solicitudo amplior q̄ꝫ opꝫ ⁊ vigilie q̄ sup his fiunt febriū ⁊ aliarū egritudinū sunt principia. Sicut econtrario pigritia mentis amētia ⁊ aīa oīfariā deses decolorationē ⁊ denutritionē operatur infirmitate naturalis caloris: quē omnibus custodite opꝫ infra terminos sanitatis ⁊c. Ex qua sententia manifestū est ꝙ medicus cōseruator debeat de accidētib⁹ anime curam habere. de illisq́ꝫ non modicū cōsiderare: atq́ꝫ illa in regimine conseruatino prohibere. ⁊ precipue post cibi ⁊ pot⁹ assumptionē: ne digestionē impediant vel corrūpant simul: cuꝫ ipsa de sui natura non solū quod dictū est faciāt: sed totū etiam corpus a sua tēperie: ⁊ naturali cōplexione permutēt: ⁊ humiditates sicut ⁊ corpus totū exiccent: dicēte Gal.in.iij.techni textu cōmenti.xxxv. Abstinere manifestū: quoniā ab intēperantia oportet anime passionū: scilicet ire: tristitie: gaudij: furoris: timoris: inuidie: ⁊ solicitudinis: extermināt enim hec ⁊ permutāt corpora ab ea que est secundū naturam cōsistētia. in cuius cōmento dixit Halia. Ira ⁊ furor faciūt accidere caliditatē superfluā. Gaudiū vero et letitia caliditatē equalē. Timor autē ⁊ pauor faciunt accidere frigus: ⁊ totum quod faciūt ista accidētia: nō faciunt: nisi meditatione motus spūs: vnde corpus exiccat: teste eodē Gali. vbi supra et textu cōmētt.xlvj. dicēte. Omnes anime passiones exiccant corpus. Et ꝙ etiam fiāt ex diuerso spirituum motu anime accidētia: vt dixit Hali. apparet per Aui.in.ij.j.doc.ij.c.xiiij. sic scribentē. Omnia anime accidētia sequūtur: aut eis associant motiones spūs interius aut exterius. et istud aut erit subito aut paulatim: et eius motionē ad exteriora sequit̄ frigiditas eius qđ interi⁹ existit. Et forsasse superfluit illud qđ resoluitur subito: ergo infrigidatur exterius ⁊ interius: ⁊ sequitur eā sincopis aut mors: ⁊ motum quidē eius ad interiora sequitur frigiditas eius qđ est exterius ⁊ caliditas interior: ⁊ cū multa coangustatione constringitur ⁊ infrigidat̄ interius ⁊ exterius: ⁊ sincopis magna aut mors sequit̄ ipsum ⁊c. Ex quibus apparet ꝙ oīno vitāda sint anime accidētia propter tale magnū periculū sequens ad subitū ⁊ fortem motū spiritus interius aut exterius. Et precipue illa fugiēda sunt accidētia que tristari faciunt sicut inq̄t Almansoris in lib.iiij.c.ix. Q̄m omnibus sanis nocumentū inferunt exceptis his qui carnis indigent minoratione. Abstinendum est ergo ab ira: tristitia: inuidia: solicitudine: ⁊ huiusmodi: ⁊ licet semper permaxime tamen post cibi ⁊ potus assumptionē: quoniam digestionem fieri perhibent: ⁊ quandoq́ꝫ corrumpunt diuertendo spiritum ⁊ naturalem calorem a stomacho ad cor vel ad membra exteriora secundū ipsorū accidentium diuersitatē: vt diximus. quare ⁊c.

¶ Capitulum.cclxxj. ostendit que nocumenta in corpus proueniant ex ira:

ex ira:iracūdia:odio furore. ꝛ similibus postq̄ declarauerit q̄d ipsa sint ꝛc.

Visum est in superiori capitulo generali quoddammodo qualiter aīe accidētia digestionē fieri ꝓhibebāt ꝛ plurimū corpori nocebant rōne subiti mot⁹ spūs ad interiora vel exteriora. Nūc aūt in speciali videamus quantū ira odiū ꝛ similia sint sanitati corporis inimica declarantes prius q̄d horū sit vnūquodq̄: vt scribēda de ipsis manifesti⁹ intelligantur. Dicam⁹ ergo cum Haliabate in quinto Theorice.capit. xxxviij. sic referente. Ira est sanguinis cordis ebullitio naturalisq̄ motus caloris ꝛ ei⁹ ad exteriora exit⁹ semel subito ad vlciscēda q̄ nocent. Qđ ab Aristot. ipse videt̄ accepisse dicēte in scđa ꝓblematū ꝓblemate xxvj. Ira est accēsio sanguinis circa cor. Et in octauo eorundē ꝓblemate. xx. Ira timiditati cōtrariū est ꝛ iracundia. Est aūt ira quidam ab igne: multū em̄ ignē ꝯtinentis interius tepefiūt: maxime aūtē est in pueris discere: viri autē ledunt̄ ꝛc. In cui⁹ cōmento Padubanēsis nr̄ sic ait. Iracūdia est velox iclinatio ad irā in quib⁹ nō opꝫ ꝛ magis q̄ꝫ oportet ꝛ vbi nō oportet. Gal. autē in primo de differentijs febrium.c. iij. sic eā diffinivit. Ira est ebullitio q̄dā ꝛ mot⁹ vehemēs irascibilis virtutis q̄ in ipo corpe cordis insidet cū calefit ipa substātia. Et i secūdo de regimine sanitatis inq̄t. Ira nō ē audacia: sꝫ velut feruor q̄dā ei⁹ q̄ scđm cor sanguinis. ꝛ in secūdo de accidēti ꝛ morbo.c.ij. Ira est feruor caloris i corde existētis ꝓpter motū aīe. Et in.v. de accidēti.c.vj. Ira est magn⁹ ac fortissim⁹ mot⁹ in loca diuersus: ꝛ ꝓpterea valde corp⁹ ꝑturbat ꝛ ꝑmutat a naturali cōsistētia. Quid aūt sit odiū nō a multis expressum inuenit̄: attñ dicere possum⁹ q̄ sit ira cōfirmata: vt colligit̄ ex dicto Ualerij maximi in lib. ix.c.iij. sic scribente. Ira quoq̄ aut odiū in pectorib⁹ hūanis magnos fluct⁹ excitant ꝓ cursu celerior illa nocēdi cupedine: hoc aūt ꝑtinaci⁹ ac nūq̄ꝫ sine tormēto sui violētius ꝛc. Sic em̄ odiū ab ira differt sicut mai⁹ a minori: quēadmodū clarissime beat⁹ inq̄t Hieronym⁹ his verbis. Quātū aūt iter festucā ꝛ trabē: tantū inter irā distat ꝛ odiū Odiū em̄ ira inueterata est ꝛc. Qđ q̄ his viris sapiētissimis credere voluerit Auicē. saltē philosopho ac medico ꝑcipuo credat: hoc idē volēti in libro de viribus cordis.c.viij. cū ait. Sicut ira est mot⁹ ad vindictā nō valde fortis: sic odiū est ꝑseuerātia forme nociui in imaginatiōe seu phantasia: et perseuerentia simul imaginationis effect⁹ ad vindictam sumendam ex eo. Furor autem est maniaca confidentia: vt ex dictis Gal. in secūdo techni elicit̄ Que oīa: vt ꝑdixim⁹: diuersimode nocēt sanitati ad malas et q̄ꝫ plures ꝑducētia lesiones. Dixit nāq̄ Princeps in scđa primi doc. secunda. ca. xiiij. Ex motu q̄dē ad exteriora subito facto fit ira: q̄ si cōtinuata fuerit: facit cadere in melancholiā. Qđ similiter asserit Gal. in commento illius aphorismi. Timor et pusillanimitas ꝛc. vbi sic inq̄t Multos in has passiones cecidisse vidi ꝓpter iram odiū ꝛ tristiciā. q̄m ira ꝛ furor faciūt accidere caliditatem superfluā: vt dixit Hali in cōmēto. xxxv. tertij techni. A quo vr̄ Princeps accepisse in primo canonis.

Fen doctrina ꝛ summa secūdis.c.
vero p̄mo dicēs.Jra scd̄m omnem
dispositionem calefacit.ꝛ in tertia
primi.c.iiij.Jra vehemēter calefa=
cit.Et in.xiij.tertij tract.iij.c.xxxiij.
scripsit.Jra tristitia ꝛ hmōi multo
tiēs sunt cā̄ effasiōis materieꝝ ad
stomachū:in cā̄ticis quoqꝫ sic ait.
Jra aie incitat frigiditatē.s.ꝑpter
resolutionē:q̄ qn̄qꝫ magnificat in
tātū donec ledat in vltimo.qđ simi
liter sensit Gal.in.vj. Terapētice.
c.iiij.dicēs.Jre solicitudines i quo
libet modo ꝛ vigilie nocēt dissoluē
tes virtutē.Ex ira tn̄ nullus vnq̄ꝫ
motus est inq̄t ipse in.v.de accidē
ti ꝛ morbo.c.vj.in prio etiā de regi
mine sanitatis sic ait.Jmmodera=
ti motꝰ q̄ sunt i ꝯcupiscētia ira:ꝛ co
gitatiōe magis cholericū reddunt
hoiem:vn̄ febres ꝛ oēs calide egri=
tudines ꝯsequūt.q̄liter aūt decla=
ranit Haliabas in.v.Theorice.ca.
p̄allegato cū inq̄t. Que em̄ oibus
irascunt ex causis solliciti fiunt et
tristes:ꝛ ad q̄̄uis modicā timēt et
exterrentur occasionē:opinatiōes
opinant falsas:his sepe de causis
in morbos incidūt pessimos ꝛ pas=
siōes i tātū vt hmōi nōnulli moriā
tur si i eis hoꝝ aliq̄ accidētiū robo=
rent.Et post aliq̄ subiūxit.Jra ca=
lefacit corpꝰ ꝛ desiccat cholerā cō=
fortat rubeā in tātū vt febrē qn̄qꝫ
dici pariat.Et si q̄dē in corpe hu=
morē ad putrescēdū paratꝰ:febrē
gn̄at putridā.Si aūt immoderata
fuerit ira:ꝟtutē dissoluit naturalē
eo ꝙ illū plurimū emittat ꝛ i ꝑtes
dissipet:vnde ꝛ virtꝰ debilitat tre=
mor qn̄qꝫ accidit:ꝛ si adhuc augeat
defectus sequit maxime si hō debi
lis sit virtutis:nisi ꝙ ira minime
mortē asciscit.hec ipse.Ex q̄bꝰ faci
le cōprehēdi pōt quātū ira noceat
vnicuiqꝫ:ꝛ p̄cipue macilētis; mul=
toqꝫ magis odiū:ꝛ furor ꝛ talia:et
ideo abstinēdū est ꝑposse oi ab hu
iuscemodi ne corpꝰ inflammet:et
spūs resoluant ꝛ ꝑmaxime post ci=
borū ꝛ potuū assumptionē.Que
q̄dē preassumpta adeo:supuenieti
bus his passionibꝰ alterant:q̄ꝫ fre
quēter.Et si nō semꝑ corrūpunt in
stomacho:ꝛ in malos humores cō=
uertunt:ex q̄bꝰ febres ꝛ alie cōsimi
les gn̄ant infirmitates.Sꝫ fortas=
sis dicet cholericissimorū quispiā.
Si ex naturali cōplexiōe adeo sum
ꝑnus ad irā:vt ex leuissima etiā cā̄
irascar:q̄d ego possum:nō em̄ hoc
in mea cōsistit facultate:ꝛ si doleā
ex hoc minime tn̄ ab huiuscemodi
passiōe me valeo abstinere.Cui di
cemus ꝙ ip̄e Diogenis cōsilio dꝫ
vti qui cū interrogatꝰ esset q̄d agē
dū hoi foret vt irasceret.Rn̄dit re=
cordet ꝙ nō semꝑ necesse est vt ser=
uiat illi:immo viceuersa est alteri
aliq̄n seruiēdū:nec opꝫ vt iugiter
obediat illi:sꝫ ꝛ interdū ꝛ ip̄e obe=
diat alteri:nec necesse est vt semꝑ
ab aliis colat:sꝫ qn̄qꝫ patiat:ꝛ ipse
cū hec fecerit:ꝛ cū hoc eiꝰ debilita=
bitur ira.quare ꝛ cetera.

¶Cap.cclxxij.ostēdit nocumen
ta ꝓueniētia ex timore tristitie
et solicitudine.

Ostēdamꝰ i hoc.c.q̄t ꝛ
quanta nocumēta ex
frequētato timore so=
leāt ꝓuenire:vt ab eo
ꝛ a tristitia pariter ca
ueamꝰ dicētes cū Ha
lia.i.v.Theo.c.vl.sic ip̄z describēte
Timor ē naturalꝭ igressꝰ calorꝭ ad
iteriora corpis ꝑꝑ aīe ab aliq̄ nocē
ti fugam ꝛ exasperāti:cū sit nature
aīaꝫ a nocētibꝰ ꝛ subito terrētibꝰ q̄
nō ꝯsueuit timere ꝛ fugere.qđ sen=
Si igitur paulatim:vt iā diximꝰ:in curatione ꝓcedendū eſt:cōſequēter ad fortez aliquā euacuationē nō ita repēte ꝓcedendū erit vt q̄dā emperici cōſueuerūt ad multa et grauiſſima ꝑducētes corpus nocumēta: eo ꝙ etiā i principio morbi oī altera poſtpoſita cōſideratione materiaꝫ infirmitatis intēdant euacuare: per quod quidem eorum imperitiam vnicuiqꝫ facile declarant. Sapientes vero nequaqꝫ id preſumunt: eo ꝙ ex librorum ſtudio recte quidem intelligunt ꝙ prius leniēda ſint corpora:et pori aperiendi:ꝛ cannales dilatandi:humoreſqꝫ digerēdi:;et ad euacuationem preparandi:et precipue cū materia:non extiterit furioſa. In principijs ergo infirmitatum cum clyſteribus procedunt: ſcientes ꝙ enema eſt medicamen nobile in expellendo ſuperfluitates que ſunt in inteſtinis.vt Princeps ait in.xiij.pͥmi.ca.xvij. Similiter in.j.quarti.tractatu.ij.cap. vij.cum inquit. Quod magis dilectum eſt,apud me:eſt adminiſtratio clyſteriorum ſecundum vltimitatem qua indigetur in virtute: id eſt ſecundum vltimam vtilitatem. Et in cap.quarto eiuſdem tractatus. Clyſteria ſūt magis dilecta in principio egritudinis q̄ ſolutiua alia. Qđ ſenſit Hippocrates in libro de pharmacijs. circa finē.cum ait. Si quē oportet clyſterizare congruit quotienſcunqꝫ volueris: mi-

nus eni periculosuz est quam pharmacias purgatiuas tradere. Cuz ipsis ergo et similib⁹ medicus vtilis et scientific⁹ añ purgationē leniet corpora: vt obediat Hippocrati in secundo aphorismorum. aphorismo. ix. dicenti. Corpa vbi qs vult purgare opz fluxa facere. In cui⁹ cōmēto Gal. inqt. Subtiliādi sunt humores grossi ⁊ viscosi: ⁊ etiā sunt aperiendi pori: id est cannales qb⁹ valeāt currere: ⁊ medicaminib⁹ extrahi ⁊ expelli facile tēperata medicina qua nō cōturbetur natura: qd q̄ neglexerit ⁊ ad medicinā tātuz intenderit: humores grossos ⁊ angustiosos reddit: ⁊ cum nimijs torturis defectionib⁹ quoqz ⁊ vertiginib⁹ multis: ⁊ pulsib⁹ inordinatis: ⁊ his similib⁹. Digeret ergo medic⁹ sapiens humores: memorās qd dixit Gal. in tertio Techni textu cōmenti. lxxxix. Digestio facit cessare putredinez manente substātia. Et in li. prio de crisi. c. ix. cuz inqt. Nō expedit tibi vt administres medicinā solutiuam: nisi postqz digesta est egritudo: ⁊ nō in principio vbi cruda est materia opz vt administres illud. qd nō min⁹ sensit Auicē. in. iiij. pmi. c. iij. dicens. In chronicis egritudinib⁹ maturatio tm̄ ⁊ nihil plus expectāduz est: ⁊ i acutis etiā egritudinib⁹ maturationez expectare meli⁹ est: ⁊ precipue cū quiete fuerint: qz si mobiles extiterit: tūc ad euacuādū materiam festinare erit meli⁹: qm̄ impedimētuz mot⁹ ei⁹ est maius quam sue euacuatiōis nocumētū anteqz ipsa sit matura: ⁊ pprie cū hūores fuerint subtiles ⁊ in cōcauitatib⁹ venarū. Et infra su biunxit. Cū hūor fuerit in vno mēbro cōprehēsus: nullo mō moueat donec maturetur: ⁊ essentiā habeat tēperatā. Et iterum post aliqua subdit. Illd qd magis custodire debem⁹ in euacuatiōe: ē cānaliū habitudo ne ipi sint clausi: qd tibi possibile erit si añ maturationē vētrē soluas. i. materiā cuz leuib⁹ minuas. Et in q̄rto eiusdez. Anteqz vētris fiat solutio aut vomitus: pmittēda ē hūoris subtiliatio q̄ euacuādus est: ⁊ amplificatio cannaliuz ⁊ ipsorum apertio: qm̄ hoc est ex eo qd corp⁹a pena securū reddit. ⁊ in. c. sequēti. Ex causa timorosa est vt medicina ventris solutiua sumatur fece i intestinis existēte sica: immo expellenda est saltē cum clysteri aut iure mollificatiuo. Et sic innuit nobis p hec q̄ dixit: quātū lenitio añ vētris solutionē sit necessaria. Quātuz aūt digestio hūoris euacuāda sit opportuna: satis eādē patefecit cū i pma q̄rti. tract. ij. c. vij. scripsit. Nō euacues materiā indigestā in calido: neqz i frigido: nisi pter necessitatē. Et infra. Si nō ē digest⁹ humor nō moueas nisi in pricipio: apud statū vero nō moueas aliqd donec vincat natura ⁊ digerat. Que fuit Hippocratis sentētia i prio aphorismorum. aphorismo. xxij. dicētis. Digesta medicari ⁊ mouere nō cruda: nisi in pncipio fuerint furiosa ⁊c. Ex qb⁹ satis apparet qz nō sit festinādū ad medicinas exhibenduz solutiuas: immo paulati ⁊ ordinate pcedendū. s. prius leniēdo: aperiendo mollificādo: subtiliādo: ⁊ hūores crudos digerendo. Quez q̄ medic⁹ ordinez nō obseruauerit: irregularis ⁊ penitus inutilis dicetur: ⁊ minime ad restaurandaz sanitatē amissam idoneus. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxciiij. ostēdit bonū medicū debere etiā i pcessu nō semel causam morbi eradicare: et declarat quas i egritudine materiali curatiuas intentiones oportet ipsum obseruare.

Cut medicus

Ut medicus sapiēs melius dignosceretur nobis visum est ꝛ hãc inter alias ei necessarias conditiones annotare debere. s. vt postq̄ cognouerit morbi materiã digestã esse ꝛ carnales apertos foꝛe: ꝛ cetera oīa: que superius diximus: pꝛeparata ad huc egritudinis materiã: nec totã nec multaꝫ semel educere pꝛesumat: imo paulatim a leuioꝛib⁹ ꝛ facilioꝛib⁹ incipiens ad foꝛtioꝛa ꝛ vberioꝛa procedat. Unde si per phlebotomiã: pharmacuꝫ vel per vomitũ: aut aliter quo modo libet euacuare voluerit: debet semper aīaduertere ꝛ grandi cũ diligentia attendere ne virtutē ꝓsternat vel mēbꝛa debilitet: multã semel: aut bis ēt euacuatiōnē operando: sed potius sit solicitus de eductionis materiei partitiōe vt scientificũ decet operatoꝛem. dicente Auicē. in. iiij. tertij. c. v. circa finem. In euacuatiōe cōueniētius est vt multiplicet̄ numerus eius: ꝛ minoꝛetur q̄titas ipsius omni vice: quatenus conseruet̄ virtus. ꝛ in. xiij. eiusdem trac. iiij. c. xiij. Opoꝛtet vt solutio ventris non sit subito: imo ꝑꝫ vices: nã illđ qđ subitũ est: moꝛtale est. Et post aliqua. Recti⁹ q̄dē est vt euacuatio nō fiat vice vna subito ꝛ cadat ꝟtus imo paulatiꝫ ne ipsa pueniat ad multã debilitatē: qđ ēt sensit Rasis i libro de egritudinibus iuncturarum. c. vij. cũ dicit. Et caue in purgando melancholiam ꝛ quēlibet aliũ. s. humoꝛē ꝛ pꝛecipue grossum: q: non debes semel purgare: sed sepe. Isti em̄ humores non ducentur in multa q̄titate in vna purgatione. Que fuit Gal. sentētia in pꝛimo Terapentice. c. vi. dicentis. Opoꝛtet q̄dem non repente neq̄ semel foꝛtib⁹ tentare sanare pharmacijs. sꝫ tpe magis caute. i. paulatine. ꝛ similiter hyppocrates in pꝛimo aphoꝛismoꝛuꝫ: aphoꝛismo tertio. cũ inquit. Compꝛessiones. i. euacuatiōes ad vltimum ducere fallax est: sꝫ qualis natura fuerit substinentis ad hoc ducere similiter ꝛ ianitiones ad vltimũ ducentes fallaces. Ex quib⁹ euidentissime apparet q̄ nō tm̄ ab euacuatione multa per pharmaciã semel facta debeat verus sanitatis restauratoꝛ abstinere: verũetiã ab alijs oībus subitis euacuatiōibus: ꝛ pmaxime a multa ꝛ superabũdãti: phlebotomia: materia non existēte furiosa: vt in chimocha. ꝛ q̄ ita sit satis ex doctrina pꝛincipis patet dicentis in. iiij. pꝛimi. c. xx. Ad summũ melius est vt phlebothomie vices sint multe q̄ vt ipsius q̄titas sit multa. ꝛ infra ex iuuamētis secundationis est q̄ phlebotomi virtutem cum perfectione sue euacuatiōis que est necessaria conseruat. Et in pꝛima tertij. c. vij. Non extrahas totum qđ est necessariũ ex sanguine propter egritudinem aliquã significantē eius extractionem: imo retine ex eo aliq̄d vt resistat illi egritudini ꝛ i pꝛia quarti tracta. secundo. c. vij. similiter ait. ꝛ consilium q̄deꝫ meũ in phlebotomia est vt dimittatur q̄tum possibile est. Si autem nō est possibile: tũc multiplicatio numeri est melioꝛ multiplicatione q̄titatis: opoꝛtet em̄ vt euacuetur sanguis multus subito: qm̄ euacuatur: multũ de eo cuius non est necessaria euacuatio: ꝛ q: debilitat̄ virtus ꝛc. Partietur itaq̄ sapiens medicus phlobotomiã cuꝫ ipsa necessaria fuerit: ꝛ similiter pharmaciã sicut et quãlibet aliã euacuationem totiens replicabit vsq̄ quo totam materialis egritudinis causam absciderit: quoniam melius esse sic interpolando pꝛecedere cognoscet: q̄ velle totã simul: ꝙ semel moꝛbi materiã euacuare. Imperitus autem de quo minime confidendum erit: hac non vtetur diligentia: ꝛ ideo perducit infirmum si debilis fuerit ad moꝛtem: ꝛ si foꝛtis ad

maximā sui corporis debilitatem ob virtutis resolute pstrationē.ad aliqđ euacuationis genus subito factum: consecutam. Rōnabilis vero hunc in errorem nequaꝗ̄ incidet:eo ꝙ canones medicinales obseruando paulatim ꝛ ordinatissime in egritudinis remotione:ꝛ sanitatis inductione procedet curatiuas huiuscemodi intentiones obseruās in morbo materiali:nā post couenictis in qualitate ꝛ quantitate diete ordinationem.primo leniet ventrē cum clysterijs ꝛ huiusmodi.secūdo si expediet phlebotomare faciet infirmum.tertio loco digeret causam antecedentē morbi factiuā cum lenibus.quarto minorabit illam cum facilibus solutis.quinto cum fortiorib⁹ procedet digestiuis ꝛ aperiētib⁹ magis si oppilationum apertio oportuerit.Sexto cum potētioribus:nō tamē venenosis:materiā egritudinis eradicabit pharmacijs.Septimo diuertet si quid a loco patiēte diuerti fuerit necessariū.Octauo autem reliquias materiei per sudorem vrinam ꝛ huiuscemodi vias resoluere cōminabit.Nono corriget accidētia que curam non peruerterunt.Decimo ꝛ vltimo qualitatem malā a morbo ꝛ causa eius impressam remouebit mēbra confortando debilitata:ꝛ totum paulatine resumendo donec patiens ad pristinam redierit sanitatem.Sic ergo sapientes medici procedunt ordinate:sicut ignari confusissime modo vnum modo aliud irrationabiliter administrātes.quare ꝛc.

¶ Capitulū.cccxv. ostendit cognoscere medicum rationalem ex hoc ꝙ cum predictis intētionib⁹ procedat:et nō ilico currat ad narcotica:vt emperici:sed tantummodo eis in extrema vtatur necessitate.

Rationalis et honorandus medicus pretactas in precedenti.c.curatiuas obseruabit intentiones in materialibus curādis egritudinibus acutis et chronicis salubrib⁹ si aliquod fortissimorū accidentiū ei curā peruertere nō cogerit:ꝛ suū ordinē non impediuerit:ꝛ felicē semper egritudinis successuꝫ inueniet:quēadmodum per cōtrariū emperici:ꝛ a tali veritatis tramite ꝛ vere curationis modo deuiātes in saluberrimis etiā passionibus:ꝛ in fortissimis corporib⁹ sepius:ꝛ(vt verius dicā)semper vident mortem aduenire.Et hoc q: nullū ordinem habētes in curationibus suis cām negligunt:ꝛ tantūmodo ad accidentiū remotionē intēdunt vt sapientiores esse videant:ꝛ ꝗ̄primū ad narcotica adueniūt ꝛsomnū patientibus inducūt:vt eos ilico liberasse ꝛ quiescere fecisse ab astantib⁹ inducent ab illisq̄ immerito cōmendētur.Inde tamen postea nocuisse magis:ꝛ qn̄q̄ interemisse cōpertum est:sicuti in dolore colico:ꝛ in alijs huiuscemodi vidimus sepius cōtigisse.Unde tales medici postmodū vilipensi fuerūt ab oībus ꝛ maledicti:q: verū curandi modum scilicet cause abscissionē nō intellexere:nec quantū periculi somnifera concipiāt prout decet ꝛ opꝫ cōsiderarūt.Nec viderūt Auic.in.iij.f.c.xix. dicentē.In dolore colico et exhibitione narcoticorū magnificatur malus finis:qm̄ materiā augmētat:ꝛ frigus ꝛ congelationē ꝛ clausulam.ꝛ in.f.iij.c. xxix.Alienatio a medicinis vehementer frigidis factis ex eis que sunt sicut papauer ꝛ opiū ꝛ reliqua huiusmodi: nō est tibi necessaria:nisi apud vehementē necessitatē ꝛ fortem dolorē.et in trac.ij.c.x.eiusdē.Tibi quidē conuenit ne declines ad narcotica ꝗ̄tū potes.ꝛ in.c.xxix.eiusdē.Si narcotica et somnifera tibi necessaria sunt ꝑpter

doloris vehemētiā: vtere eis cautela ⁊ timore. ⁊ in.iij.iij.trac.j.c.ix. Qñ doloris vehemētia facit necessariā stupefacientiū adhibitionē illa tamen quātū potes expelle: q̄ si aliquod eoꝝ administras propter necessitatē administra illud scd̄m cautelā. ⁊ in.c.xiij.eiusdem sic etiā retulit. In egritudinib⁹ ⁊ dolorib⁹ vētosis nō est narcoticis vtēdū: sicut quidā presumptuosi qñq̧ audēt administrare apud doloris vehementiā vt inde sedetur dolor in hora. Sed ipse post horā vehemētius excitatur q̄̄ prius fuit ꝑpterea qd̄ prohibet resolui ventositatē. Et in.xiiij.fen eiusdē sic etiam scripsit in trac.j.c.xxj. Qñq̧ est necessariū sumere ī potu stupefaciētia ⁊ cōfectiones opiatas recipientes iusquiamū ⁊ philoniū: et ego abhorreo illud cū inuenit̄ ab eo iter. ⁊ in.xvj.iij.cap.iiij. In narcoticis est timor: licet qñq̧ accidat vt sint necessaria. Et quomodocūq̧ sit nō opꝫ vt administrent̄ q̄̄diu ab eis excusatio esse potest: q̄ si necessaria fuerit eorū administratio: nō exhibeant̄ ei cuius infrigidatur corpus ⁊ debilitat̄ virtus: ⁊ apparet illud in pulsu. Si vero necessarium fuerit: misceātur cum eis que sunt sicut castoreū ⁊ crocus: ⁊ similia. Et iam testificati sumus nos vidisse qui supposuit sibi collyriū ex opio et mortuus fuerit. Et cuꝫ possibile est vt administrētur in collyrio non administrētur in potu: ⁊ quando possibile est vt administrētur in emplastris nō administretur suppositoriū factum collyrium. Et in tracta.iiij.c.ij.eiusdē sic etiam ait. Incipiētes sedare dolorem cum narcoticis cōponunt rem maximi erroris. Administratio enim narcoticorum non est curatio vera in aliquo: ⁊ illud ideo quoniā curatio vera est incisio cause. Et stupefactio est cōfortatio cause: ⁊ destruitur sensus per eam. hec ip̄e. Ecce igitur quotiēs hac de re princeps Aui. medicos hos bestiales admonuerit: vt non nisi in extrema necessitate talia administrent̄ periculosa: quem si quādoq̧ legissent quod faciunt non auderēt. Sed quia opera eius nedū Gal. ⁊ aliorū nunq̄̄ inspiciunt: volui hoc in.c. loca omnia in quibus hec prohibeat annotare: vt si fortassis: quod nō credo: hoc nostrū opus ad eorū manus peruenerit: videre possint ⁊ cognoscere suum errorē seipsosq̧ ab eo corrigere: qd̄ nisi fecerint ab astātibus hunc librū habentibus cognoscētur: ⁊ vt eorum merebitur ignorantia: magno cum dedecore ex domibus expellētur. Periti autē et sapientes hoc non timebunt: quoniā causam prius abscindere conabūtur predictis cum intētionibus: nec vnq̄̄ ad huiusmodi somnifera peruenient: nisi cum vehemētia accidentis virtutem sua fortitudine prosternentis id exposceri: et tunc pronostico cautela ⁊ timore ea administrabit: et nō quomodocunq̧: sed vt supra Auicen. preceperat. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxcvj. ostēdit qñ postpositis dictis intētionibus curatiuis: possit etiaꝫ rationabilis medicus ad narcotica cum cautela tamen transire ne astantes ⁊c.

Decreuimus hoc in ca. declarare quādo etiam rationabilis et studiosus medicus possit secūdum regulas medicine narcoticis vti vt p̄ hoc astātes intelligāt eū nō nisi canonice ⁊ sciētifice procedere ⁊ ip̄m ab emperico secernere valeāt. Dicamus ergo cū Auerroi i.vij. colliget. c. de sincopi accidente causa doloris. q̄ non sit narcoticis vtendum: nisi cum infirmus in articulo mortis esse reperitur causa doloris. Tunc enim sedationi inten=

dere oportet cuz q̄buscunqꝫ remediis mitigantibus a leuioribus tamen incipiendo quibus non conferentibus ad narcotica somnifera tandez deueniendum est: ꝛ non ad omnia: sed solummodo ad correcta ꝛ consolata cū suis bezarticis licet peruenire: dicente Auicenna in quarta primi. capitulo trigesimo. Stupefacientis complexionē considerare debes ꝛ ipsius qualitatem: ꝛ vt qđ ex eo est facilius dones: ꝛ vt tribuas id quod est cū suis tyriacis compositū: nisi res fuerit maxime que forti indigeat stupefactiōe: ꝛ prius exterius erunt applicanda. et sic etiam non conferentibus: interius postremo in pauca q̄titate ꝛ cū maximo timore ꝛ premissa pronosticatione ꝓpinētur vt dolor aut huiusmodi aliquod aliud fortissimum accidēt sopiatur: ꝛ virtus totaliter non resoluatur: cum dolor permaxime virtutem prosternat. dicente Auicenna in primo canonis fen: doctrina ꝛ summa secundis. ꝛ capitulo vigesimosecundo. Dolor virtutem dissoluit: et membra a suis propriis operationibus prohibet adeo vt mēbra spiritualia ab aeris prohibeat attractione aut eius destruat operationem: ꝛ facit eum intersectum ꝛ frequentem ꝛ omnino nō secundum naturalem cursum. Et in primis calefacit membra: ꝛ postea infrigidat: ꝓpter illud quod resoluit ꝛ vincit de spiritu ꝛ vita. Et in quarta primi. c. xxx. Omnis q̄dem dolor q̄ fit fortior interficit: q̄m ex eo in primis accidit frigiditas corporis: ꝛ tremor postea fit pulsus paruus: deinde destruitur: postea moritur. Et propterea dixit Rasis in diuisionibus. ca. cxl. Tu non dimittere debes vt eger tolleret dolorem: q꞉ facit incurrere apostema ꝛ putrefactionem ꝛ corruptionē membri ꝛc. Et ideo debēt medici omni suo ingenio sedare dolorez primo cuz rebus vere curantibus ipsum si eis possibile est: que res: vt dixit Gal. in. vi. aphorismo. cōmento. xxxi. sunt mediocriter calide: q̄m calefactionis cōsuetudo est dolorem mitigare aliquandiu. Et in sexto de ingenio sanitatis. cap̄. secundo dixit. Aqua calida mitigat dolorem omnis apostematis. Et in li. v. de simplici medicina. dist. quinta. c. i. sic etiaz scripsit. Medicine que sunt vere sedantes dolorem: oportet vt sint subtiles: ꝛ caliditatis earū sit maior q̄titate que intenditur: sꝫ euacuent: ꝛ resoluant ꝛ ratificent ꝛ subtilient ꝛ maturent ꝛ faciant procedere omne quod est coarctatum ꝛ retentum in membro cum quo est dolor siue humor calid⁹ sit siue viscosus. In secundo vero de febribus ad glauconem ait. mediocrē dolorē sepe adhibita extrinsecus calefactio: vel euaporatio sola per seipsam totū curauit: vel minuit causam ꝛc. Un̄ princeps in secunda primi. doct. ii. c. xxi. sic cōclusit. Causa quietis doloris est: aut ꝙ cause ex qua prouenit existit contrarium ꝛ ipsam euacuat sicut anetū ꝛ lini semen cum super locū dolentē ex eis fit emplastrum: aut cū quo mollificant: ꝛ fit somnus: ꝛ sensibilis ꝟtus ad suā redit operationem sicut inebriantia: aut quo infrigidat ꝛ stupidum efficit sicut narcotica: sedans: tamen certum est primum. Et ideo medicus cum ipso aut aliquo sibi simili tentet pri⁹ sedare dolorem: que si non contulerint ꝛ dolor magis atqꝫ magis infestauerit: adeo quod virtutem deiicere incipiat: tunc ad narcotica cum cautela transire debet eligendo ex eis q̄ magis correcta sunt ꝛ ab autoribus commendata: ꝛ primo exterius apponat: ꝛ postremo per os exhibeat ꝛ in modica quantitate: ꝛ grandi cum timore: vt diximus postquam aliud ei contulisse non perceperit. Sic ergo rationabilis medicus poterit somniferis vti ne virtus omnino prosternatur de

qua tātū solicitus esse debet: vt supra
declarauimus. In simplicib⁹ itaq; et
materialibus morbis tali cum ordine
predictisq; cum intētionib⁹ sanitatis
restaurator procedet ⁊ in hoc eius suf
ficientiā demōstrabit: quemadmodū
confusa ⁊ inordinata curatio irregu=
larem ⁊ minime pro inductiōe salutis
egri retinendū ostendit. quare ⁊c.

¶Cap. cccxvij. ostēdit qualiter co
gnoscēdus sit regularis ⁊ sapiens
medicus ex curatiōe complicata=
rum infirmitatum.

Quia non modicū fa
cere ad sanitatis et
vite conseruationē
existimam⁹ scire me
dicū sufficiētē: ⁊ ad
curationē idoneū
cognoscere i cuius
manibus eger cū fi
ducia reponat per multa in hoc ope=
re capitula conati sumus id ostēdere:
ne quis in huiuscemodi electione ne=
cessaria deciperetur: permaxime autē
per immediate precedētia: in quibus
declarauimus qualiter medici peritia
ex processu ⁊ ordine curationis sue in
simplicibus morbis dignosci possit: in
hoc autē pro huius materiei comple=
mento dicemus quomodo etiā per cō
plicatarū egritudinum curationē do=
ctum ⁊ honorandū ab indocto ⁊ equi
uoce medico astantes discernere va=
leant. Presupponam⁹ ergo ꝙ plerūq;
cōtingit scilicet ꝙ in patiēte non solū
vna: sed due vel tres aut plures sunt
egritudines coniuncte: vt putrida cū
ethica: tertiana cum colica: ⁊ renū ex=
coriatione: vel soda cum stomachi de
bilitate ⁊ dolore matricis ⁊ huiusmo=
di sicut persepius accidit. Stāte ergo
vna istarum complicationū dicamus
ꝙ sapiens medicus debet canonice ⁊
regulariter procedēdo vnicuiq; harū
passionum attendere: inequaliter ta=
men: nam fortiori magis ⁊ minus de=
biliori: dicente Auicē. in. iij. ſ. doc. ij. c.
xij. In primis oportet maiorem habe
re solicitudinem de re que maiorē in=
currit terrorem regendo illud etiam
quod est sub ea. Et in. iiij. ſ. c. vltimo.
Cum multe cōiungūtur egritudines:
ab ea incipere debem⁹ in qua vna ha
rum trium proprietas existit. Una ea
rum est ꝙ alia sanari non pōt anteq;
ipsa sanetur: sicut apostema et vlcus
cum coniunguntur: medicamur enim
apostema donec cōplexionis malicia
que cum eo venit remoueatur: absq;
cuius sanatione vlcus sanari non po=
test: postea vero medicamur vlc⁹. Et
secūda earum est cum vna egritudo
causa fuerit alterius: sicut cū accidit
oppilatio ⁊ febris: medicamur em̄ op
pilationem primo deinde febrem: ⁊ si
nobis necessariū fuerit oppilationem
aperire cū eo in quo aliqua existit ca=
liditas non curabimus de febre: quo=
niā impossibile est vt febris remouea
tur causa ipsius remanēte. Tertia ve
ro cum fuerit vna earū de qua maior
solicitudo sit habenda: sicut si coniun
gatur sinochus et paralysis: medica=
mur enim sinochū extinguēdo ⁊ phle
botomādo: ⁊ paralysi nō curabimus.
Cum autem egritudo ⁊ accidēs con=
iunguntur a sanatione egritudinis in
cipiemus. Et si accidens superauerit:
tunc accidentis curam habebimus et
egritudinem non considerabimus si=
cut in colica damus stupefaciētia: p=
pterea vt doloris fortitudo remouea=
tur: ipsi colice impedimentū faciat ⁊c.
In tertio quoq; tertij canonis tracta.
iiij. c. xxiiij. sic ait. Cum due coniungū=
tur egritudines: oportet vt vehemen
tiorem earum diligenter attendas.
Quod etiam voluit Rasis in libro de
egritudinibus iuncturarum. c. iij. cum
inquit. Primum medicandū est rei pe
riculosiori. Et Auerrois. l. vj. colliget

capitulo de conseruatione corporis cuius membrum est distemperatum: sic etiã scripsit. Stãte egritudinuz cõtrarietate vt stomacho frigido ꝛ epate calido: in talibus indigemus regimine mixto: ꝛ plus instare distemperantie periculosiori. Et in semptimo libro eiusdem capitulo de cura febris ephimere cum fluxu ventris inquit. Medicus in hoc prouisor eẽ debet: vt resistat ei quos plus est timendum. que fuit Gal. sententia in primo aphorismorum cõmento decimoseptimo dicentis. Duorum morborum fortior medicandum est prius: altero tamen non neglecto. Sic igitur sapiens medicus sua cum prudentia sincero qꝫ iudicio in curatione complicatarũ infirmitatum de ea magis erit solicitus passiõe: q̃ maiorẽ: iducit timorẽ: q̃ grãdiorẽ solet virtuti lesionez afferre: quecunqꝫ res illa fuerit siue dolor. aut sincopis: aut accidẽs anime: aut vigilie superflue: aut fluxus immoderatus: vel alia huiusmodi virtutis prostratiua: quam rẽ cum medicus sedauerit: ꝛ virt⁹ deinde restaurata fuerit febri vel alteri secũ coniuncte passioni principaliꝰ poterit attendere prehabitas obseruando curatiuas intentiones: ꝛ sic domino concedente vnamquãqꝫ salubrem infirmitatem scientifice curabit ꝛc. Qui autem compositas egritudines altero tramite q̃z dictum sit: curare tentauerit: ꝛ preaddu ctis auctoribus nõ obedire presumpserit: pro bestiali aut fatuo periculosissimoqꝫ habeatur. Bene igitur aduertant egrorũz astantes ad hec que scripsimus: vt valeant peritos ab imperitis discernere: quoniã hinc tota salus totaqꝫ vite conseruatio cõsistit. Nec homo reperitur qui semel saltez si non semper: hanc non indigeat obseruãtia: quia medicorũ nõnulli reperiuntur qui diuersis eorꝫ astutijs: ꝛ si nihil aut parum quippe intelligant: in famam tamen deueniunt. Ut in libri huius capitulo sexto declarauimus. a quibus permaxime cauendũ est: qm̃ ꝛ si medici dicantur: equiuoce tamen nomen illud intelligendũ. sicut in ꝓlogo physicorũ inquit Auerrois. q̃ hõ pdicaꝶ de hoĩe vivo ꝛ ð hoĩe lapideo: sic etiã scdm̃ diuersas rationes ꝛ hy medicus predicari solet quod sensit. hippocrates in libr. de lege dicens. Medici numero quidem multi. opere vero pauci. Et ideo replicamus iterum ad vocãdũ medicũ bene cõsiderent astãtes: ꝛ postq̃ȝ aduenerit ad omnia que cunqꝫ faciet ꝛ ordinabit q̃ȝ diligenter animaduertẽte: qm̃ pauci medicorũ regũt infirmos regimine recto: vt Galie. ait in primo de creticis. c. septimo. quare ꝛc.

¶ Capit. cccxviij. in quo autor se primo de q̃busdam excusat: deinde presens opus exponit omnium maiorum patrum sensuere.

Taz soluimus qualiter hominũ vnusquisqꝫ dũ sanus fuerit: in sua valeat sanitate cõseruari ꝛ pariter qũo cũ iã egrotauerit: suã possit salutem amissam recuperare: queadmodum ab huius operis initio velle discere ꝓmiseram⁹. Que satisfacere ꝓ p̃senti negotio: de salutis scꝫ conseruatione arbitramur. Uñ plura scribi hac de re superflua ꝛ minime necessaria videreꝶ: q̃ȝobrẽ hec q̃ iam dicta sunt sufficere volumus ꝛ p̃termittere longas admodum ꝛ tediosas: q̃ dici possent: philaterias: eo q̃ sua cũ ꝓlixitate ꝑmoleste quidẽ narrate ꝛ inutiles penitus efficerenꝶ: dicente Auicen. in xv. tertij. c. vj. Nõ est in prolongatione sermonis vtilitas. Et per hoc intẽdimus. j. de ãpliori huius libri quãtitate nos excusare per itidem etiaz de

hoc q͏̄ dubitationes que circa auctorum dicta oriri poterant nequaq͏̄ mouerimus: q͏̄ non aliā ob causam fecimus. nisi vt legētiū mentem a re iam incepta minime diuerteremus: ꝛ ne nimium tractatus noster prolongaret. Impossibile nāq͏̄ videtur vt questionum solutionibus intellectus humanus acquiescat. nisi ante illas distinctiones ꝛ presupposita pro conclusionibus necessaria predisponantur: et sup illa deinde respōsiue cōclusiones fundentur: ꝛ demum ad arguta: vt fieri solet: respōdeatur. Hoc autem paucis: vt quilibet intelligit: minime possunt expediri. Nec etiā meipsum a proposito deuiarem: ꝛ ad artes alias trāsire: eas q͏̄ libētissime postergaui questiones: quoniā plurimū solent medicū impedire: ꝛ ipsum a medicina diuertere: vt voluit Princeps in. j. quarti. c. j. cum inquit Occupatio in cōtradictionibus est illud quod non confert in sciētia medicine aliquid. ꝛ facit medicum procedere ex arte sua ad inquisitiones que fortasse impediūt ipsum ab arte sua. Et ꝓpterea dicebat Gal. in libro primo de simplici medicina distintiōe. iij. c. v. Caue vt nō ponas teipsum loco eius qui facit hesitare: ꝛ aptus est implicari in questionibus plenis dubitationibus ꝛc. Volumus etiam hac in parte excusatos esse: q͏̄ in aliquibus dissentientes: vt in gradibus medicinarum simpliciū ꝛ in aliijs q̄busdā discordes antiquos non cōsiliauimus: quoniā id difficillimum onus ꝛ lōge nostris humeris impar esse cognouimus: ex eo quod voluit Rasis in. vj. suorū aphorismo. dicens. Cum doctores antiqui in re aliqua nō concordarunt: graue est eorum rationē concordare. Et vt omnia simul comprehendamus: veniā a legētibus humiliter petimus: rogantes vt pro sua benignitate nos in cunctis habeant excusatos. Quia vere scimus. ꝛ ita fore sine dubio fatemur: q͏̄ singula que ad presens negotium fuerāt necessaria: nō adduximus: nec credimus in aliquo ex addductis ob imperitiam ꝛ iuuenile iudicium non errasse: cum ita sit equidem. vt Rasis voluit in sexto suorum aphorismorū allegato: cum ait. Hominis enim natura non euadit errorē maxime in rebus difficilib⁹. Qđ clari⁹ nobis innuit Gal. in libro. ij. memiri. c. de dolore capitis sine febre. cum inquit. Difficile est enim hominem existētem non peccare in multis: alia quidem vt ignorantem: alia autem vt male iudicantem: alia vero vt negligenter scribentem. Et ideo ex tota mente: totali corde: ac ex omnibus anime viribus rogamus: exoramus: ꝛ deprecamur medicos omnes ꝛ maiores precipue: vt si quid hoc in opere male intellectū vel fuisse a nobis interpretatū: ad aliquod impertinens de dictis autorum adductum inuenerint: id pro sua corrigant humanitate. Multoq͏̄ magis omni mentis affectu precamur reuerendissimos catholice fidei nostre professores: Pontifices. Cardinales: Episcopos: ceterosq͏̄ omnes ad quorum manus vt spero. licet indignus sit: noster hic tractatus perueniet: vt si in eo minimū aliquod tota dei vel eius filij redemptoris nostri mandatis contrarium vel dissonū reperient: quod inauertentia nostra aut insciētia scripsissemus: emendēt. corrigant. quinimo eradicent ꝛ abrandant: vt omnino non remaneant: ꝛ vt pro nihilo reputetur: ꝛ tanq͏̄ non dictum habeatur. Si vero aliq̄d boni ꝛ vtilis hoc ī opere inuenerint volum⁹: ꝛ (si dicere licet) mādamus: vt id nobis minime ascribāt sꝫ totū creatori omniū atribuant: quoniā vt Auenzoar inquit in sui Theisir libro ꝛ tracta. tertijs. omnis res procedit ab illo qui est summe et vltime scientie: scilicet a deo viuo ꝛ ve

ro ⁊ benedicto. Quod etiam voluit Auicenna.in libro de viribus cordis c.ij.dicens.Quecunq̧ perfectio:⁊ omne bonum non nisi a pima veritate sunt:que omnium bonorū prima est vniformis manatio.quare ⁊c.

¶Cap.ccxcix.in quo auctor altissimū ⁊ omnipotētē deū deprecatꝛ vt p sua pietate legētib⁹ hūc librū sanitatē cōcedere dignetꝛ.

In hoc penultimo capitulo nihil aliud intendimus nisi cōuertere nos ex toto corde ad altissium omnipotē-tem ac sempiternum deuȝ: de quo vt Gal.refert.in libro de virtutibus animalibus:sic scripsit Plato. Ingenitum ⁊ primum ac maximum deū dicimus bonumq̧ nominamus: ⁊ nos omnes diligimus eum natura existentem talem ab eterno ⁊ non factum bonum a seipso: penitus enim nunq̄ fuit factus:cum semper fuerit ingenitus ⁊ sempiternus.Ipse quidē vt Hali dixit Abenragel in sui operis initio.est primus sine principio:⁊ postremus sine fine terminato:qui creauit celos circunferentiales : ⁊ stellas mouentes:⁊ celum cooperiens:⁊ terram sufferētem.Et est ille cuius omnes res quas visus attingunt ⁊ recipiunt cogitatus ⁊ sensus in omnibus signalibus ⁊ significationibus demonstrant dominum ⁊ virtutem suam:cuius saluationes sint super eos qui fideliter euȝ credunt.Ipse etiā:vt Princeps inquit in.vij.tertij.c.j.creator est sublimis ⁊ excelsus:in cuius manib⁹ omnia existunt.vt dixit Auenzoar in sui Theisir primo.Et qui munduȝ regit ⁊ gubernat suo precepto ⁊ voluntate.vt idem ait in secundo eiusdeȝ. Et qui curā habet circa omnia entia. vt scripsit Auer.in.xij.Metaphysice cōmento.xxxvij.Nunc igitur deū vnū tantummodo in substantia:licet in psonis trinū:vt canoniste tradunt de consecratione distinctiōe.iij.c.vltimo ⁊ nos ipsum sic firmiter credimus:cōfitemur:⁊ adoramus:⁊ impresentiaꝝ omni cuȝ humilitate deuotione:⁊ mētis affectu deprecamur:vt pro sua immensa pietate infinitaq̧ misericordia nobis hec concedere dignetꝛ:ꝙ quicūq̧ presentem habuerint tractatū:legerint ⁊ intellecta obseruauerit:thesaurum sanitatis cōsequi valeant:cōsecutumq̧ prudentissime sua inenarrabili fauente gratia conseruare.Non enī sufficit humanum propositum absq̧ diuino subsidio:vt,recte Theophilus inquit.Cū ipse quidem solus sit fons vite:vt Origenes ait.Et ab eo non solum vita ⁊ quecūq̧ perfectio:sed omne bonū:vt in de viribus cordis scripsit Auicen.procedat ⁊ ideo ab eo tātūmodo tale ac tam preciosum salutis sensum rationabiliter exposcimus tum quia plena semper ⁊ redundātia sunt diuina beneficia nō exiguo constricta munere sed vberi bonoruȝ cocernata cōgestu:vt Ambrosi⁹ inqt. tum etiā quia ipse solus largitur sanitatem corporū ⁊ vitam animarū:vt dixit Auerrois in prologo canticorum. Eya ergo pro sua clementia concedat nobis quod petiuimus: omnipotens ⁊ miserator dominus:qui nō reliquit querentes eum:vt ait Propheta.Qui nimo dat petitiōes cordis eoꝝ:⁊ ipos confirmat:cū ipse sit protector omnibus exquirentibus eum inveritate.vt in secundo Ecclesiastici dicitur. Confirmetq̧ ergo:⁊ coutinue seruos suos protegat admirabilis dominus noster:qui nobis dixit:vt Joānes refert Sine me nihil potestis facere:quoniā ⁊ si minuerit hominem paulominus ab angelis:gloria ⁊ honore coronauerit euȝ.⁊ constituerit ipsum super opera manuum suarum:⁊ omnia subiecerit sub pedibus eius:oues et boues

vniuersas:insuper ꝛ pecora campi: volucres celi ꝛ pisces maris. vt Dauid inquit. Et similiter Galienus in quarto de iuuamentis membrum. capitulo primo cuȝ dixit. Homo est princeps ꝛ rex omnium animalium. Et ideo fuerūt omnia animalia demissorū capitum apud ipsuȝ: ꝛ ipse solus eleuat capitis ꝛc. Attamen fecit illū ex limo terre. aptante ecclesia. Memēto queso ꝙ sicut lutum feceris me: ꝛ in pulueres reduces me? nōne sicut lac mulsisti me: ꝛ sicut caseum me coagulasti ꝛc. Et alibi. Memento homo quia cinis es: ꝛ in cinerē reuerteris. Quod sensit Augustinus in capitulo. lxxxvij. Enchiridion. Multoqȝ clarius Auerrois in octauo commento canticorum cuȝ ait Deus cuius nomē exaltetur: creauit hominem ex luto sicut testam figuli. Et ideo fecit illum facile alterabilem ꝛ corruptibilem: seipsum ꝓprio consilio conseruare non potentem: ꝛ ꝑ consequens diuina protectione maxime indi'gentem. Sine qua profecto nullum regimē sanitatis: sicut nec aliquod aliorū entiū: hominibus iuuare posset. Cū ita sit equidem: vt in secundo theisir tractatu tertio voluit Auēzoar cum inquit. Scimus certissime ꝙ sphere: ꝛ stelle: ꝛ materia: ꝛ forma: et tempus: ꝛ locus sunt res generate et create quare nullum profectū vel nocumētū possunt agere vel imprimere nisi precepto ꝛ voluntate diuine prouidentie. Quid igitur ꝓderit legentibus hoc nostrū opusculum in preciosissime sanitatis conseruatione sublato infinite bonitatis presidio nihil ꝑfecto. Denuo itaqȝ atqȝ iterū: sicut ab initio: ex tota anima fontem bonoruȝ omnium deprecamur: vt nos pro sui infinita pietate exaudire dignetur: et concedere corporis ꝛ anime salutez: opera libri huius ꝛ consilio vtētibus amicisqȝ ꝛ pariter inimicis nostris sit propitius. Et per viscera sue profundissime charitatis omnibus vitā eternam viuis fidelibus ꝛ defunctis clementissime largiatur ad laudem et gloriā sue excelse maiestatis. Amē.

¶ Capitulū. ccc. ꝛ vltimū causam reddit huius tercētenarij: ꝛ gratias agit altissimo ꝛ sanctis eius ob operis perfectionē.

Quia omnia in trinitate perfecta cōsistūt: vt voluit Aristoteles in. xxvj. problematū. probleme mate. ix. dicēs. Finiūt autē in trib⁹ omnia ꝛ minima in prima trinitate. ꝛ in. j. de celo ꝛ mūdo textu ꝯmēti scđi autoritate pythagoricoꝝ inqt. Cum omnia ex principio medio ꝛ fine constituta videantur: propter qđ a natura accipientes tanqȝ leges illius ꝛ ad sanctificationes deorum trinario vtimus numero ꝛc. In cuius commēto dixit Auerrois. Secundum istum numerum tenemur magnificare creatorē remotum a modis creaturarū in orationibus ꝛ sacrificijs. ꝛ vt ait Albertus super eo. Prisci partes in lege antiqua vtebantur trinitati in sacrificio deorum: scilicet thuris oblatione: cātur ꝛ oratione. Numerus igitur trinitatis est perfectus: vt vbi supra probatur. Et nos ipsum in lege noua et verissima ponimus ipsum in magestate diuina tres in ea credentes: ꝛ ita cōfitentes personas esse in vnitate substantie ꝛc. hec ipse. Cum ita sit ergo: rationaliter in trinitate centenarij ad laudem diuine trinitatis nos presens opus sigillabimus: gratias quas possumus: ꝛ non quas deberemus agentes patri ꝛ filio ꝛ spiritussancto. vnico infinito ꝛ glorioso deo: dicentesqȝ cū Auicē. in prologo sui canonis. In primis deo grās agam⁹ sicut sui ordinis

celsitudo: et beneficij ipsi⁹ multitudo meret: cuius misericordie super oēs prophetas existunt. Et cū eodem in xj. tertij tractatu primo. c. ij. dicente. Sit ergo deus exultatus q̄ verax est laudabilis et benedict⁹: et melior omnium sanctorum etc. Similiter dicamus cum Hali abenragel in initio operis sui de iudicijs sit scribente. Gratias agamus vni deo victorioso: honorato: potenti creatori: noctis et diei detectori occultorum scientiarū et puritatum: ipsi qui creauit: equauit: iudicauit: dixit: interfecit: viuificauit domino libertatis: mercedis: honoris: et regni qui est primus sine principio: et postremus sine fine etc. Et in quarte partis eiusdem principio sic etiam cum eo taliter scribēte dicamus. Laudatus sit deus dominus virtutis regni et luminis: ipse quidem apparens et veridicus per manifesta experimenta creauit terras: montes: maria: et celos circundantes omnia: et posuit stellas in eis mouentes se in similitudinē lucētium candelarum: et posuit in eis signalia pro temporibus diuidendis et rebus alijs ex quib⁹ sit in sempiterna secula benedictus. Et in sexto eiusdem. Laudatus sit deus et regratiat⁹ qui est dominus boni: largitatis: sapientiarum et scientiarum: ipse factor est et creator omnium rerum et per voluntatem et gubernationem eius manutenentur: ipse est principium omnium rerum et temporū permutator: per sui potētiam texit celos et firmauit eos: depressit terraz et situauit eā: creauit omnes creaturas et omnia nouit secreta: creauit res et dedit illis finem: et postea iterum creauit eas. ipse sit laudatus et benedictus sicut cōuenit magne nobilitati et altitudini sue. Et iterum in octauo libri eiusdē parte. Laudatus sit deus qui est domin⁹ subtilitatum: nobilitatū: mercedum: pietatum: creator omniū creaturarū: cognitor occultorum. rationū intellector: et puritatum: recompensator dānorum et occasionum: gubernator totius mundi et omniū rerum per gratiam et virtutē suam: dator pluuiaruz per pietatem eius: defensor eoruz qui habent in eo fiduciam: et custoditor eorum qui se dant sibi. Rex cui obediunt omnes reges: et eius potentie et glorie non est finis. Ipse potentiam dedit humiliantibus se sibi: et potentes humiliauit. Nihil est contrariuz iudicijs. Nec est qui suis factis cōtradicat. Completus est omnis bonitatis et pietatis: ipse sit igitur laudatus vt conuenit. Dicamus quoqz cum Rasi in sui continentis rubrica. Laus sit vni deo glorioso: sublimi: victorioso et indultori: qui tantam nobis gratiam pro sua inenarrabili clementia concedere dignatus est: vt librum hunc inextimabilis quidē laboris hac in iuuenili etate: et sine vllo corporis nocumēto et omnino feliciter perficere potuimus. Nō me cepisse sed pfecisse virtutis est: vt super Mattheū hieronym⁹ inquit. Benedictū sit igitur nomē domini ex hoc nunc et vsqz in secula. Cuius in ore nostro laus semper existat pro infinita beneficiorū eius multitudine. Que nos inducit ad concedendum cum Gal. in libro octauo de iuuamentis membrorum. capi. tertio sic dicente. Nostra possibilitas est parua secundum quam debeamus laudare creatorem: bonam tamen ipse mentem nostram suscipiat. Beatissime preterea dei genitrici Marie semper virginis: et beatis apostolis Petro et Paulo: ac omnibus sanctis et continuis eorum precibus pro nobis exorant: gratias non cōdignas: sed quas possumus habemus: agemusqz ex toto corde dum spirabimus. Et sic finientes quod inchoauimus: dicemus cuz

Gal. in tertio de creticis sic in fine scribentis. Et iam peruenimus ad finem libri: auxilio dei ꝛ eius adiutorio: cui sit honor ꝛ gloria per infinita secula. Amen.

Diuino fauente numine: Ego Antonius Gazius patauus medicorum omnium minimus: die .xij. Augusti de anno domini. M. ccccxc. presens opus absolui: ad laudem redemptoris nostri ꝛ ad tuam ꝛ amicorum tuorum vtilitatem. D. M. obseruandi. cui iterum atq; iterum me cōmendo.

Exhortatio

Antonij Gazij omniū medicorꝫ minimus: procurans virtutē fortē cōseruare: ꝛ debilem fortificare: vt rationabilis ꝛ studiosus medicus possit secundū regulas medicine narcoticis vti: et per hoc astantes ꝛ legentes intelligant eum non nisi canonice ꝛ scientifice procedere: ꝛ ab Emperico secernere valeant.

Et si minime obseruandissime. D. me lateat ꝙ de numero hoc nostro libello indigentium neq̄q; existas: tum quia moderatissimus sis omnemq; damnosum abstinentia diceris superare appetitum: tum quia altioribus detentus curis: vt Socrates predicare solebat: solum vt viuas comedis: nō autem viuis vt comedas. Quod non pauci asperantes in maximas labūtur egritudines vitamq; sepius cum morte commutant. Sed proptera librum hunc tibi tradimus vt non ciborum aut potuū quantitatē te fugere doceamus. Sed que a veteribus laudata: que ve vituperata sunt euitare valeas: ciborūq; ꝛ potuum qualitatem ac ipsorum nō solum in comedendo ordinem adipiscaris. Sed qua id hora exequendum sit: q̄tum exercitandum: quādo quiescendum: qua hora ꝛ q̄tum dormiendum: reliquaq; his similia. Que non minus sunt homini vtilia quam necessaria facillime perscrutari possis

Ad lectorem.

Jta enim doctissimorū veterū in hoc libro dicta de regimine sanitatis cōspicies ac si oēs de re hac in cubiculo tuo differentes corā haberes: audies Aristo. peripatheticorꝫ principem qui in natura regula fuit ⁊ exēplar qđ natura inuenit ad demōstrandū vltimā perfectionē humanā in materijs: vt de eo scribitur in cōmento. xiiij. tertij de anima. Senem etiam illū necnon medicorꝫ patrē hyppocratem intueberis qui primus omniū rectam viā ostendentiū vt solis iubar effulsit: a quo omne lumē ⁊ recta artificialis semita: vt de ea in huius libri cap. ix. dicitur in medicinis est inuenta. Sapiētissimum preterea Gal'. artis huius complectorē haud parua cū voluptate cū eo ꝗ hali: Rasim: haliabatem: Diascoridē: Serapionem: Auicennā: Auenzoar: Damascenū: ceterosq; omnes hac in sciētia approbatos videbis. Quorum sapiētia tu qui semper virtutes ac doctos benigno fauore amplexus es: ita obiectaueris ꝙ nullum huic letitie genus compar esse affirmabis. Quotienscunq; etenim librum hunc aperies scireq; aliquid ad sanitatem oportunum desiderabis ad predictorꝫ vnoquoq; ac si viuus adesset ilico optato poteris. Nā ipsorꝫ non solum sententias: sed ⁊ verba: quibus ipsi vsi fuerunt nostro inserere voluimus libello: vt vltra ex eorum verbis: leporem ac suauitatem: si quis in nos liuidus obtrectare voluerit tanq̄ minerue clipeum contra Medusam: sic etiam eorꝫ latratibus ⁊ iaculis opponere valeam. Grandem igitur vtilitatem ex hoc nostro opere immensamq; letitiā accipies cum prefati tibi sapientes ostendant qualem medicū pro huiusmodi sanitatis conseruatione eligere debeas: in quo aere habitare: quem locum incolere: qualiter ⁊ quantū exercitari: quid comedere ⁊ bibere: qualiter dormire et vigilare. A quibus anime accidentibus abstinere: quomodo purgari ⁊ a futuris egritudinib⁹ preseruari oporteat: qualiter si in egritudinē labi cōtingeret: ꝙ deus auertat curari: pluraq; alia non min⁹ hominis vsui vtilia verū etiam q̄ maxime necessaria. Que oīa tibi gratissima fore speram⁹ ac te tantū ex hoc opere vtilitatis consecuturū. quantū si oīa prefatorꝫ: que quasi infinita sunt volumina perlegisses: vt nos ipsi magno cū labore multisq; vigilijs fecim⁹. Et qm̄ legenti sepe tediū prolixitas afferre solet hinc solū: ex eis tantum meliora ⁊ q̄ magis huic nostro pertinere videbant negocio excerpim⁹: diuersisq; ex locis hinc inde q̄ dispersa erāt hoc in libello congessimus quē ad finem deductū tibi tradimus pro virib⁹ deprecātes vt sic ipsum leta facie ac hilari vultu ꝓ tua erga oēs incredibili humanitate accipere digneris: sicuti ⁊ nosmetipsos omni tue volūtati semper deditissimos offerimus. Vale.

Impressum rursus est hoc egregiū et sane q̄ vtile opus: large auctū ac emēdatum. Lugduni per Magistrū Jacobum myt. Impēsis vero honestorꝫ virorum Scipionis de Gabiano: ⁊ fratrum Astensium.

Registrun.

A a b c d e f g h i k l m n
o p q r s t v x y z ⁊ ꝯ

Omnes sunt quaterniones.

Crozius
Med: Indiad